

Rara 433 1

Ode
fibr.

Lemniur

LEVINI LEMNII MEDICI ZIRIZÆI

OCCVLTA NATVRÆ MIRACVLA, *ac varia rerum documenta, probabili ratione atque artifici coniectura explicata. Quibus præter priores fusissimè recognitos ac locupletatos, accesserunt Libri duo noui, mira rerum ac sententiarum varietate exornati, qui studioso auidoque Lectori vsui sunt futuri, & oblectamento.*

Elenchus operis, & capitum enumeratio, omnium gustum exhibebunt.



ANTVERPIÆ,
Apud Guilielmum Simonem
ad insigne Scuti Basilienſis.
Cum Priuilegio.
1564.



Univ.-Bibl. Giessen
27 023 436

Expreſsit mentem ratione vſuq́ medendi
Lemnius, effigiem picta tabella refert.

Seminar für Philosophie
der
Justus Liebig-Universität
13342



e vsuq̃ medendi
tabella refert.

ophie
rsität

PASCHASII OENII
HEICRVCINI IN OPERIS commendationem Carmen.

SI te delectat multò pulcherrima nymphe
Natura æterni fida ministra Dei:
Aut plusquã varius rerũ color, optime Lector,
Ornatus, series, forma, vel ordo iuuat:
Si censes operæ pretium cognoscere, quicquid
Tellus, Oceani tractus, & astra ferunt:
Et cupis ingenuè multa & præclara doceri,
Id quod Naturæ lex, Pietasq̃ monet:
Huc ades, hos memori libros fac mẽte recõdas,
Proposiri exiguo tempore victor eris.
Scilicet eloquio cumulatus, & arte medendi
Lemnius ostendet, quidlibet vnde petas.
Abdita Naturæ pandit miracula, vires,
Causas, quæ multos texerat vmbra dies.
Tum solidis adeò rationibus omnia fulcit,
Vt carpi, Momo iudice, posse neges.
Ingenij mirè felicis acumine quid non
Disserit argutè, perspicueq̃ docet?
Candidus & tersus leni fluit agmine sermo,
Multus vbique nitor, multus vbique lepos.
Nec Medicis solis (ne fortè quis inscius erret)
Hic operam & studium dedicat ille suum:

Plurima ciuili præcepta ſalubria vitæ,
Fingendusque probè moribus apta leges.
Auribus inſtillans animoq; τὸ γνῶθι σεαυτὸν,
Hoc agit, vt ſtudeas notior eſſe tibi.
Ignauas hominum vetat obbruteſcere mentes,
Præteritis'ue bonis deteriora ſequi.
Quin obiter ſtudijs melioribus imbuit omnes,
Qua ſe cognoſcant, qua ratione Deum.
Sed fruſtra celebrem malè natis verſibus illum,
Cuius fama volat docta per ora virûm.
Inſtar multorum Geſnerus Apolline dignus
Myſtes, ſat locuples hic mihi teſtis erit:
Qui citra inuidiam preſſo vir candidus æqua
Expenſum trutina pollice laudat opus.
Vt taceam geminos Hetruſca voce loquentes
Quàm cupidè Auſonidûm turba diſerta legat.
Lucis enim vſura caruere, nec hactenus extra
Septa domus reliqui corripuere pedem.
Reſtat vt Hiſpanos, Celtas, linguaq; Britãnos
Repræſentantes, Belgica verba ſonent:
Quos æquè gratos doctis ſi ſenſerit autor,
Adijciet totidem, cœpta iuuante Deo.

ILLVSTRISSIMO POTENTISSIMOQVE Suecorum, Gothorum, Vandalorumque Regi, ac Liuoniæ Domino, ERICO eius nominis decimoquarto, Leuinus Lemnius Medicus S. D. P.

Exordiũ à platonis dicto.

SCITVM *est illud Platonis, Rex inuictissime, Fœlices fore Respublicas, si vel studia sapientiæ consectentur Reges, vel Sapientes imperent. Quod quum in te sine controuersia perfici intelligam, qui non solùm studiis sapientiæ sedulò insistas, sed quasuis artes amplectaris ac colas, non possum tuæ Maiestati, tuoq; amplissimo Regno non impensè gratulari. Dici enim vix queat, quàm sis hoc nomine tuis subditis futurus amabilis ac gratiosus, deniq; ad ea sectanda quæ in humanis rebus sunt præcipua, quæque ad summam fœlicitatem spectant, incitamento. Vt enim filij maiorum vestigiis insistunt, in quos oculos continenter habent defixos, illorumq; imitantur vel vitia vel virtutes: ita in Imperio Aulæ Proceres ac pro-*

miscua passim multitudo ea consectari conatur, ea vita & moribus exprimere, quæ Regi aut Principi placere videat, & quibus ille maximè afficiatur. Quum autem multis magnisq; rebus spectata sit tua, ERICE illustrissime, Maiestas & amplitudo, corporis animiq; præstantia, acumen ingenij, eruditio singularis, summa vitæ integritas, in pace incredibilis imperij moderatio, belli verò tempore, quod nunquam nisi iustè à te suscipitur, mira rerum gerendarum peritia, pari consilio ac prudentia fulta: quibus artibus non minus fortiter quàm animosè, magnoq; successu ac dexteritate finitimos qui alienæ ditioni inhiant, propulsas ac conficis: quis tantas tamque admirandas naturæ dotes quibus à Deo Opt. Max. affatim excultus es, ac cumulatè exornatus, non admiretur ac suspiciat, solidisq; encomiis prosequatur? quod ipsum vnicè perficere meditor. quandoquidem Maiestatis Regiæ fauorem experiar, quæ ex nostra hac statione atque excubiis, magnis præmiis in Aulam suam nos euocat. Quocirca quum latissima Regna, longeq; exporrectos Sueciæ ac ditionis Gothicæ tractus (à quibus totius Europæ exortam nobilitatem seriò dictitare solet Imperator Carolus huius nominis quintus, sibiq; id laudi ducere) incredibili sapientia ac comitate te mo-

moderari audiam, atq; abs te conquiri vndique non solùm artifices manuarios, sed quod præcipuè laudem meretur, conuocari magnis tuis sumptibus atque impensis viros doctos, ac literatos, qui Regno tuo decus & ornamentum asserant, passus sum D. Guilielmum Lemnium, quem vt archiatron, seu Medicum primarium in corporis tui tutelam ac sanitatis conseruandæ præsidium asciuisti, tanto locorum interuallo, à patriis sedibus, à paterno complexu, congressuq; familiari ac domestica consuetudine diuelli, præsertim iis annis quibus parentes filiis, tanquam scipione fulti, inniti soleant, atque inclinata vergenteq; ætate, aliqua ab iis oblectamenta concipere, nonnulla imminentis senij solatia consequi. Et quò erga clementissimum Regem magis constet Lemnij studium, promptæq; voluntatis ac propensi animi testificatio, libros hos de Naturæ dignitate & præstantia, abditisque rerum causis Maiestati Regiæ dedicare visum est, quò se oblectare iis possit, vbi à serius rebus respirare liceat, atq; à publicis functionibus conquiescere. Multa autem inesse lucubrationibus hisce nostris, citra omnem ambitionem aut adulandi suspitionem, ausim polliceri, quæ amœnitate lectionis ac quum rerum tum sententiarum varietate atque illecebra quemq; possint reficere

ac demorari. Siquando itaq, inuictissime Rex, occupationibus quibus implicatus es, defungi te contigerit, atque aliquid tibi lâxamenti imperare visum sit, his auocamentis animum grauioribus rebus defessum recreare poteris ac reficere. Hoc autem argumentum, quo nullum excogitari potest plausibilius, ea mente ac consilio illustrandum suscepi, vt omnibus innotescat quàm immensa sit rerum Natura, quæ vsibus commodisque nostris inseruit, quò vis eius se proferat, quàm longè lateque sit diffusa. Quæ quum sit Diuinitatis instrumentum, tota moles ac rerum vniuersitas illi incumbit atque innititur, eiusque munere cuncta subsistunt, ac continuata successione se propagant ac tuentur. Quæ consideratio hoc efficit in animis hominum, eumq; vsum consequitur, vt mens humana in Opificem erecta, res momentaneas ac caducas despicere condiscat, atque ad sempiternas aspiret atque enitatur. Siquidem Naturæ contemplatio, quæ multiplici rerum varietate instructa est, atque exornata, totiusque mundi decor & species, in Conditoris admirationem atq; amorem mortales allicit: ita vt tam spectabili ac visendo mundi opificio obstupefactus humanus animus, in huius architectum atque artificem tota mente rapiatur, haustoq; tacito quodam

dam Diuinitatis afflatu, illum colat ac veneretur, in illo confidenter conquiescat. Cuius rei quum toto passim opere specimen sum exhibiturus, superuacaneum existimo plura congerere, quibus Naturæ splendor illustrari possit, eiusq; dignitas amplificari, præsertim quum R. M. sedulò Naturæ ac rerum comtemplationi insistat, eaque continenter se oblectet, ita vt nulli aptius magisq; appositè hæc Naturæ miracula consecrari possint, quàm Erico Regi, qui huiusmodi oblectamentis vnicè afficitur. Eò autem magis gratum acceptumq; amplitudini Regiæ hoc munus literarium fore confido, quòd tempestiuè ac captata opportunitate oblatum sit, nempe iis nuptiarũ auspiciis, quæ serenissimus Rex propediem initurus est, assumpta in matrimonium Illustriss. Hessiæ Principis Philippi inclyta filia: quod vt fœlix faustumq; sit, optimi quiq; bonis acclamationib. bonisq; ominibus exoptant ac precantur. Deus Opt. Max. qui cuncta fulcit ac sustinet, Regni tui solium Rex illustrissime stabiliat, tibiq; in omnibus fœlicem progressum, magnaq; incrementa conferat.

Zirizææ pridie Calend. Ianuarij
Anno redempti Orbis
M. D. LXIIII.

Priuilegij ſententia.

Authoritate Philippi Hiſpaniarum Regis, cautum eſt, ne quis alius præter Guilielmum Simonem hos de occultis naturæ miraculis Libros quatuor, ante decennium imprimat, néue alibi quocunque modo excuſos, venales exponere tentet, ſub pœna in Diplomate contenta.

Datum Bruxellis.
27. Maij. 1563.
Subſignauit
Facuwez.

AD CANDIDVM LECTOREM

Præfatio L. Lemnij Medici.

DVO sunt artium, quæ hominum vtilitati atque vsui deseruiunt, instrumenta, quibus omnia firmari solent, ac stabiliri, Ratio & Experientia. His enim ipsa Medicina, & præter Mathematicas artes, pleræque aliæ fulciuntur. Siquidem quæ exacti, excussique iudicij hominibus sunt factura fidem, ad hanc amussim exigi, ad hunc lapidem Lydium debent explorari. Quid autem magni præstiterit Medicus, si herbas ac medicamenta efficaces obtinere effectus ratione studeat euincere, nisi id experimento comprobet? Ediuerso, qua fiducia niti posset experimento, quod plerunq; absque iudicio adhibitum fallax esse, ac periculosum declarat inconsulta Empyricorum temeritas, nisi illi ratio suffragetur? Et quanquam Sophisticum censeri posset, contra experientiæ testificationem ac documentum, rationem exigere: nunquam tamen quisquam sani iudicij, & qui in delectu rerum aliquid pensi habet, experimento assensum fecerit, aut id temerè experiri sustineat, nisi ratione id per omnia comprobatum sit, ac suffultum. Non tamen diffiteri possim, aut tergiuersari, quin multa sint in natura rerum abdita, atque abstrusa, effectuq; tam latenti & cæco, vt temerarium sit talium rationem inire, aut facti causam explicare. Hæc ipsa Dioscoridi ἀναιτιολόγητα dicũtur, hoc est ratione destituta, & causarum cognitione vidua, quæ sensui & intelligentiæ manifestam demonstra

Occultæ proprietates.

strationem non exhibent, eoq; occultæ proprietates Medicis dicuntur. Siquidem aliquid interuenire censent huiusmodi rebus, vel ex decursu astrorum, ac siderũ corradiantiũ meatu, vel ex diuina voluntate, aut elementorum cõcretione ac mixtura, vel denig; totius substantiæ vi, formaq; specifica, quæ quum ratione, mentisq; iudicio assequi nequeamus, in occultas essentias, abditasq; proprietates ea reijcimus, ac tali suffugio eluctamur, ex eoq; Labyrintho nos extricamus. Ego verò, quò ad huiusmodi rerum demonstrationes, causasq; eruendas doctorũ animos extimulẽ, adnitar pro virili probabili atq; artifici coniectura rationem elicere, aut q̃ proximè collimando scopum attingere. Multa sunt, fateor, incompertæ originis in naturæ rebus, ac densis obscuritatibus inuoluta, quorũ tamen probabilis ratio excogitari, atq; effectus causa, si non euidenter, & perspicuè, certè verisimiliter reddi potest. Verbi causa: Basiliscus hominẽ visu perimit. Quis exercitatus in operibus naturæ id euenire nesciat ex emanantibus noxiis expirationibus, quas sensim ac latenter in hominis perniciem exhalat? Nec enim solus Regulus, sed omne propemodum ferarũ genus homini infestum est, atque afflatu, sibiloq; gestit inferre exitium. Sic lupi conspectus, modò propius homini assistat, oris hiatu atq; halitu virulento raucedinem inducit, ac tantùm non vocem adimit. Sic muliebris sexus mensibus profluentibus eboris, speculiq; nitorem offuscat, ferri aciem retundit, segetes strangulat, hortorum germina conficit halitus contagio, ac non modò obuios quosq;, sed ipsam se maculis nauisq; deformat. Pari ratione

tione oculis lippitudine, atque ὀφθαλμίᾳ vitiatis, alterius oculos affici contingit. Quod venusta similitudine expressit Ouidius, & Iuuenalis:

Quum spectant oculi læsos, lædunter & ipsi:
Multaque corporibus transitione nocent.

Sic pecudes, armenta, boues, grex totus in agris Saty. 2.
Vnius scabie cadit, & porrigine fœda,
Vuaq; conspecta liuorem ducit ab vua.

Homines autem hominibus contagionem potissimùm afflant, vbi ex aduerso consistunt: neq; enim si in obliquum vergat expiratio, vel si in dextrum, aut læuum effluxum ferri contingit, tantũ damni adfert, tantaq; labe inficit. Vt enim trãsuersa, atq; obliqua visio, quemadmodũ petis ac luscioſis assolet, nonnihil obtunditur atq; hebescit: ita quæ ex oculis, aliaq; corporis parte emanant, si obliquè ferantur, retundi atq; hebetari contingit, minusq; mali inferre adstantibus. Quod ipsum studiosius obseruare soleo, vbi ægrotis contagio affectis assisto, adeò vt semper auersus cum iis verba faciam, nunq; inter fumarium & decumbentem consistens. Hic effluxus atq; emanatio, tametsi oculis se non exhibeat, minusq; sensui visorio sit exposita, naribus tamen, auribus, cerebro, vocali arteriæ, pulmonumq; fibris se ingerit. Sic nõnullos obseruaui tam tetra mephite, atq; animæ graueolentia, vt nisi longius absistas, obuios quosq; halitus cõtagio feriant, inficiantq;. Quàm latè autem se porrigat halitus animantium, quousq; se proferat contagium, hybernis mensibus, flante per gelicidia Aquilone, cuique perspicere licet. Siquidem ob aëris densitatem ac crassitiem fumantẽ animam ex intimis præcordiis

reci-

reciprocatione quadam, vt Oceani æstuaria erumpere videmus, ac longè lateq; se diffundere: quæ licet æstiuis diebus non sit conspicua, oculisq; minus exposita, eam tamen vel odore percipis, vel in intimis præcordiis tacitum virus concipis. Atq; vt hæc ipsa corpori perniciem moliuntur, ac lethale virus inferunt: ita suaues odores, ac stirpium fragrantia spiritus erigunt, ipsumq; vitæ fontem cor fouent ac recreant. Quod vel obesæ naris quisq; animaduertere potest, quũ vires syncopi collapsos, animiq; deliquio sopitas restaurari, erigiq; videt odoramentis. Verùm omissis his minutiis, postmodum fauore supremi Numinis magis recondita proferam. Quod si videbor cuiquã non penitus naturæ arcana eruisse, vsusq; sublanguidis parumq; firmis rationibus, ac tenui orationis filo, nulloq; verborum apparatu, nullis copiis naturã instruxisse: huic ego persuasum cupio, doctis præbitam potius ac demonstratam à me scribendi materiam, q præreptam. Ista siquidẽ sum aggressus, ac tractanda suscepi, non tam spe, fiduciaq; perficiendi, quàm experiendi studio ac voluntate, simul vt pleniore obsequio meum patronũ demererer, meosq; ciues hoc officio deuincirem.

Saty.3. Excitat autem ad huiusmodi tentanda post Platonem Persius, cupitq; patriæ, ciuibusq; hoc tanquã debitum munus exsolui. Sic enim ad rerum contemplationem, ad studium virtutis, ad sectanda hominum commoda nos extimulat:

Discite, & ô miseri causas cognoscite rerum,
Quid sumus, aut quidnam victuri gignimur, ordo
Quis datus, aut metæ quàm mollis flexus, & vndæ:
Quis modus argenti, quid fas optare, quid asper

Vtile

Vtile munus habet, patriæ charisq́; propinquis
Quantum elargiri deceat, quem te Deus esse
Iussit, & humana qua parte locatus es in re.

Itaq; experiar, quid efficere, aut quò progredi possim, mihiq; culpam deprecari liceat, si non omnia sum assequutus, eoq; iustius, quòd instituti operis argumentum tam sit vastum, adeoq; se in immensum porrigat, vt infiniti sit operis, nec mediocris ingenij, omnia adamussim exequi, istamq; spartam pro sua dignitate, atq; amplitudine exornare. Quòd si Horatius in triuiali, minimèq; operoso argumento In Arte Poetica.

Dat veniam maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cauit natura:

quantò magis in tanta rerum difficultate ad pleraque conniuere mussareq; conuenit, nec omnia ad viuum, vt dicitur, resecare? Dici enim vix queat, quanta Medicis deuoranda tædia, qui subeundi labores, quæ perferendæ domi foriscq; molestæ querimoniæ, ac voces plorabundæ, quum rerum suarum satagunt, ac ciuibus suam operam sedulò impendunt: quorum quum omne studium atq; industria in actione consistat, nihil laxamenti, nulla respirandi spatia admittit non minus negotiosa, quàm quæstuosa praxis, adeò vt quæ succisiuis horis, hoc est, vbi legitimis officiis sunt perfuncti, meditantur, vix ea literis mandare vacet, nedum expolire. Quod quum mihi assiduè vsueniat, atq; huiusmodi occupationes domi foriscq; continenter me inuoluant, ægrè ac difficulter omnia pro animi sententia perfici possunt: verùm quum naturæ contemplatio vnicè me afficiat, nec excogitari possit argumentum plausibilius, visum est eius miracula

tracta

tractare locupletius, omniaq; naturæ opera spectatiora efficere. Quocirca post consecratos noui huius anni auspicio Inuictiss. Sueuiæ Regi ERICO libros hos quatuor de naturæ miraculis, eiusdem argumenti duos breui adiicere meditor, quò Serenissimus Rex confecto sopitoq; bello, quod illi contra coniuratos aliquot hostes, summa virtute atq; excelsi, inuictique animi magnitudine & robore, terra mariq; susceptum est, cumulatius Naturæ ac rerum contemplatione reficiatur. Hoc à Guilielmo Simonide Typographo Antuerpiano stipulatus, vt in gratiam Maiestatis Regiæ, auidiq; Lectoris, speciosos ac spectabiles typos exhibeat: quod quum se effecturum sit pollicitus, ac summa fide præstitit Ioannis VVithagij industria, reliquos maturè perficere cogito, modò ne quid incommodi inciderit, ac Pater cœlestis firmam stabilemq; valetudinem concesserit: sic enim futurũ spero vt proxima apud Francfordianos nundinarum frequentatione noui quiddam prodeat, quo studiosius Lector denuò se possit oblectare. Nouitas enim & oblectatio legendi discendiq; incitamentum est & illecebra, præsertim vbi res dilucidè appositisq; verbis explicatur, ac seria iocosis, vtilia dulcibus atq; amœnis mixta sunt: quod ipsum pro virili præstare studui, ea vsus moderatione, vt nusquam à decoro deflectam, nusquam honestos limites egrediar.

ERICI Sueuiæ Regis magnanimitas.

Autor aucturũ lib. pollicetur.

Autor culpam amolitur

LEVINI LEMNII MEDICI ZIRIZAEI DE OCCVLTIS NATVRAE MIRACVlis. Liber. I.

DE NATVRA DIuinitatis instrumento Cap. I.

NATVRA in qua elucent, atque expresse se proferunt Diuinitatis vestigia, cuiusq; rei principium est, quo consistunt omnia.

Natura est mens, λόγος seu ratio diuina, operum naturaliuum effectrix, rerumque existentium conseruatrix. Quę vis nulli, præterquam Deo, & qui illi indiuulsè adhæret Christo asscribi potest. Ipse enim splendor paternæ gloriæ, expressaq; imago substantiæ illius, naturæ, totiusq; vniuersi est opifex, suoq; nutu, nulla subiacente materia, omnia condidit, in eoq; est vita, vigorque rerum conditarum, atque ab illo singulis viuifica virtus infusa est, hoc est, per eum vnumquodque genuina sua vi subsistit, insitaq; facultate se

Naturæ quid.

Heb. 1.

Ioan. 1. Deus omniũ rerum causam in se ipso complectitur.

Coloſ.ca.1. propagat, ac tuetur. Nihil in tanta, tamque immenſa rerum vniuerſitate iners aut otioſum, nihil temere aut fortuito, ni hil fruſtra effectũ eſt, omnibus ſtirpibus ſua vis indita, ſingulis animantibus ſuum ingenium, ſuáque attributa naturæ inclinatio. Obiter quęcunque mundi ambitu, cœlique complexu continentur, vi quadam inſititia inſtructa ſunt ad actum ſibi peculiarem, ac ſuis quęque locis, temporibusque diſpoſita, admirabili quadã viciſſitudine munia ſua obeunt, curſumque perficiunt. Hinc quum Deus tanti muneris effector ac moderator colluſtraſſet quæ ſex dierum ſpatio perfeciſſet, viſa ſunt illi inſigniter bona, hoc eſt, ita elaborata, vt artis ratio efflagitabat, vt expoſcebat ordo rerum ac ſeries, vt decor vniuerſi exquirebat, adeo vt omnia ad vſum conducerent, atque ad finẽ cui erant deſtinata, ſpectarent. Qua de re ſapienter diſſeruiſſe mihi videtur Ariſtoteles huiuſmodi propemodum verbis: Nihil in natura rerum tam minutum, tamque vile aut abiectum, quod nõ aliquid admirationis hominibus adferat. Et quod Hieraclitum Tarentinum dixiſſe ferunt, quum in caſa quadam tur-

Natura nec iners, nec otioſa.

Geneſ.1.

De pœrtib. ani.lib.1. cap.5.

furnaria diuertisset: Introite, sunt hîc etiam Dij: hoc quoque in naturæ operibus sentiendum. In minutissimis enim naturæ rebus numen elucet, omniaque honesti pulchrique rationem obtinent. Siquidem operibus naturæ hoc præcipuè adiunctum est, vt nihil temere, viceque fortuita sit effectum, sed omnia finis sui gratia. Et quemadmodum, quum de ædibus magnificè constructis sit sermo, non de calce, de lateribus, de lignis, aliaque materia agitur: sed de forma ac specie, structuraque ædium, & in quem vsum sint erectæ: ita qui naturæ opera excutit, non de materia, sed forma, totaque substantia, de vsu denique atque vtilitate disserit. Sic corpus animæ gratia conditum est: membra verò officiorum quò commodè actiones suas obeant, suasque functiones exequantur. Homo autem Dei causa in hoc mundi theatrum productus est, quò illo se oblectet, illius munificentiam agnoscat, in illo conquiescat, illique fidat, atque innitatur. In tanta itaque, tamque immensa rerum existentium multitudine ac varietate non suspicienda modo naturę vis & efficientia, sed eius maiestas atque amplitu-

Simile ab ædium structura.

Homo in quē vsum & finem creatus.

plitudo,à quo ſingula producta & profecta ſunt, cuiuſq; benignitate naturę opera ſubſiſtunt,atque ab interitu vindicantur. Quæ cogitatio exuſcitat animos noſtros humi alioqui defixos,atque in Dei notitiam ac cognitionem deducit. Deus enim tametſi ſit inconſpicuus , ex rebus tamen creatis, vt Paulus teſtatur , atque ex mundo tam mirifice condito , tam ſapienter adminiſtrato & perſpici poteſt & intelligi . Et quemadmodum,Cicerone teſte,ex memoria rerum,ex inuentionis ſubtilitate, ac celeritate motus , omniq; pulchritudine virtutis vim mentis agnoſcimus, quamuis oculis ipſa nō pateat : Sic Deum mentemq; illam æternā ex operibus eius dilucide perſpicimus, eiusq; vim atque afflatū efficaciter percipimus.Illius enim virtus per omnia diffuſa,ſingulis calorem,ſpiritum vitamque largitur.Quà de re eruditè concionatus eſt Athenis D . Paulus ex Arati ſententia , quam eleganter expreſsit Lucanus libro 9.

Naturæ vis ad Deū referenda.

Rom.1.

Tuſc.1.

Deus quare homini innoteſcat.

Act.17.

Hæremus cuncti ſuperis,temploq; tacente
Nil agimus niſi ſponte Dei ,non vocibus vllis
Numen eget,
Eſtq; Dei ſedes niſi terra,& pontus,& aër,
Et cœlum & virtus: Superos quid quærimus vltra?
Iuppiter eſt quodcunque vides ,quocunque moueris.

Est Deus id quicquid vides, &c. Quis

Quis igitur erga illum non afficiatur? cuius vires manifestè percipit, cuius donis cumulatè fruitur. Si Imperatores & principes optimo iure veneramur ac suspicimus, illosq; plurimi facimus, ac magnos honores ijs deferimus, quòd regna atq; imperia incruenta, citraque sanguinis iacturam parta, summa æquitate administrant, quòd magistratus habent inculpatos qui in obeundis negotijs, munijsque publicis magnam curam, multamque operam subeunt, quo omnes in officio cõtineant, omniaque passim sint pacata, nec Resp. vlla discordia, aut seditione ciuili diuulsa: quanto magis Deum suspicere ac venerari par est, qui nulla cura, nulloque negotio, aut solicitudine tam vastũ latumque mundi imperium nutu suo regit ac moderatur? Quò spectat illud Apuleij hominis à nostra quidem religione alieni, sed qui ex Hebræorum fontibus id hauserit; Quod in triremi gubernator ac nauclerus, in curru rector, Choragus in Comœdijs exhibendis, præcentor in choris, aganotheta seu remunerator in obeundis certaminibus, consul inter ciues, dux in exercitu, comes in suscipiendis propulsandisque periculis: hoc

Simile ab imperatorũ officio.

De mundo

Simile à multis officijs desũptum.

est in mundo Deus: nisi quod ærumnosum, curisq; innumeris implicitum videtur officij alicuius principem fieri: at Deo nec molesta est, nec onerosa imperij sui cura. Cęterum nolim mihi aduersari Medicos, aut grauatè ferre Philosophos, quòd in asserēda naturæ dignitate, ipsam ad fontem, suiq; originem referam: hac enim ratione omnia reducuntur ad essentiam primigeniā, totiusque naturę archetypum. Et quanquā latè pateat naturę vocabulum, suoq; arbitratu secūdarias quisque definitiones comminisci possit, ad vnum tamen oēs reuocātur. Sic Medicis.

In Deum omnia naturæ opera referenda.

Natura est insita atque innata rebus qualitas.
Natura est quatuor elementorum mixtura & temperies
Natura est vis & propensio animi cuiusque.
Natura Philosophis est motionis & quietis principium.
Natura est quæ cuique formam dat Specifica differentia.

Natura est vis & causa effectrix, rerumq; conseruatrix toti mundo eiusque partibus inserta. Natura (vt propius rē ipsam designem) est diuinorū operum ordo & series, quæ illius potentiæ, illiusque verbis ac iussis obsequitur, ab eoque vires mutuatur. Harū omnium descriptionū, & quotquot à viris disertis excogitari possunt, præcipua causa & origo ab æterna illa mēte tanq; vberrimo fonte promanat.

Propria Naturæ definitio.

Quòd

Quod omnium scire interest ac permagni refert obseruare, animoq́; penitus infigere, quò cuique magis innotescat summus rerum opifex, illiusqúe accendatur in mentibus nostris maiestas & amplitudo. Rerum enim conspectus, & naturæ contemplatio brutos etiam homines atque à Deo cognitione prorsus alienos, modo ne desit aliqua sanioris mẽtis scintilla, in maximam admirationem Diuinitatis perducit. Siquidem natura rerum, quæ immensa est, ac longè latéque diffusa, quum nusquam non oculis ac menti se ingerat, mirificè hominem afficit, atque in summi parentis amorem ac venerationem dirigit. Nam si cui excutere libeat, atque attentè considerare, quis sit rerum conditarum quæ aliæ ex alijs emergunt, decor & ornatus, quãtaqúe arte, quo artificio, quàm concinnè atq; affabrè omnia elaborata sint est cõstructa, cunctaqúe in hominum vsus necessarios, in oblectamentum ac commoditatem condita obseruet, quis illis affici non possit, aut æternam illam mentem non venerari ac suspicere, quę solius hominis causa ista extare, ac cõtinuato perẽniqúe ordine ac serie subsistere voluit,

Naturæ cõtemplatio ad Deum erigit animos.

Omnia hominis causa condita.

non sine admirabili propagationis successu? Effecit hæc naturæ præstantia, vt præter alios Antonius ille (qui ob Christianorum proscriptiones, ac persequendi rabiem, quæ nullis non Sæculis increduit, atque efferata redintegratur, in solitudinem secessit, ac loca vasta, auia, impedita, tyrānisque inaccessa incoluit) vnicè se oblectaret naturæ ac rerum cōtemplatione adeo, vt quum quidam ab eo sciscitaretur (nam omnibus se affabilem præbuit, nec cuiquam responsa denegabat, vt tetrici quidam) cur paucos ac prope nullos apud illum libros conspiceret: respondisse dicatur: hæc mundi spectacula sic animi sui desiderium explere, ita mentem reficere, ea præbere documenta, viuendiq; præcepta, atque institutiones tradere, vt multorū librorum vicem suppleant, nec magnopere eorum adminiculo indigeat. Satiat enim aliquando librorum quamlibet amœna lectio adeò, vt mens assiduitate legendi lassescat ac defatigetur: quum naturę cōsideratio ea oblectamenta, has voluptates, tanta blandimenta atque illecebras proferat, vt nulla vnquam oboriatur satietas aut fastidium. Adornant equidem scri-

Antonij Eremitæ de natura sententia.

Prouerbio. caput vltimo.

scriptores culti Rhetorum coloribus ac pigmentis lucubrationes suas ac cõmentaria, appositisque verbis rem illustrant: At natura summi opificis instrumentũ, ac ministra quæ ad quiduis elaborãdum fingendumque efficax est & apposita, nõ ascititia varietate, sed genuina ac natiua oculos mentemque insatiabiliter pascit ac recreat. Quis verò naturæ solertiam, artificium, industriam, scitè elaboratas stirpium, floscul orum, animalium, reptilium, piscium, alitum species, omniumque cõditiones, vires, effectus possit vel exprimere vel explicare? Quis artifex aut architectus quamuis eximius eas formas atq; effigies imitando consequi possit? quæ passim se proferũt atq; oculis humanis singulis momentis sese exhibent. imitatur quidem ars naturam, atque hominum industria graphicè quędam ad viuum exprimit atque ementitur. Sic Cõrardus Gesnerus vir vt reconditæ eruditionis, ita indefessi laboris strenuam operam nauauit in illustranda animalis omnis spirabilisque naturæ historia, cui prę cæteris palmam defero. Sic plerique alij in herbarum descriptionibus, effingendisque earum figuris, non postremã lau-

Conrardi Gesneri laus.

dem ſunt promeriti. Verum vt nihil non populare & plauſibile, ac laudē meretur artificioſa naturæ æmulatio : ſic omnia muta exhibet, inanima, inſipida, inodora, nullaque vi atq; effectu prædita. Neque enim elinguis eſt, iners, ignaua, ſomniculoſa, ſtupida, inanimata natura rerū, ſed viuida, alacris, erecta, ſuique oſtentatrix, & quę ſenſibus ſuauiter blandiatur, ſic vt contemplantem multa cōmoneat, multa edoceat, ſuisq; inuitamentis incitet atque illiciat, adeo vt ſpectator mini me otioſus non in ea ſolum cōquieſcat, ſed ad illum mentem erigat cuius virtute hæc omnia vigent & ſubſiſtunt. Ita in ijs quæ oculis noſtris expoſita ſunt, non ſolum naturæ artificium excellens quidē, & inimitabile ſpectari debet, ſed Dei maieſtas, amplitudo, decus, ſplendor, magnificentia, deniq; munifici patris erga humanum genus amor, & propenſio. Elementa, cœlum, ortus & occaſus ſiderū, diurnę nocturnæque viciſſitudines, quadripartita anni varietas, quæ duo æquinoctia vere & autumno: ac totidē ſolſtitia æſtate & hieme complectitur, quorū decurſu herbæ exoleſcunt & deficiunt, ſuoq; tempore emergunt ac reuiuiſcūt, quum

Natura verum ad Deum nos erigit.

Rerū viciſſitudo quid indicet.

quum multa indicent ac commonstrẽt, tum à morte ad vitam reuersionẽ ac reditum, quo suo tempore corpora per resurrectionẽ restituenda sunt in integrũ, documenta præbent. Hanc naturæ vim mirificã Dauid operum Dei admirator vnicus subinde effert in immẽsum, eãq;, vt par est, opifici asserit, cuius opera quæ in terra conspiciuntur, quæq; in cœlo se proferũt, miris laudibus exornat, solidisque encomijs prosequitur, adeò vt attẽtè, fixaq; contẽplatione obstupefactꝰ exclamare cõpulsus sit: Quàm magnifica sunt opera tua domine! omnia sapienter perfeciſti, impleta est terra possessione rerum tuarũ. Visa est etiã Ethnicis, quibus perexigua contigit rerum diuinarũ cognitio, hęc naturæ cõsideratio fructuosa, mentique vtilis ac iucunda. Sic Cicero in Academicis: Nunquam ego Physicorum quæstiones exterminandas censeo. Est enim animorum ac mentium naturale quasi pabulum, consideratio contemplatioq; naturæ: erectiores enim efficimur, ac res fluxas caducasq; despicimus, mẽte & cogitatione in cœlestia defixi. Indagatio ipsa rerum summam parit delectationem, ac mens amœnissima cõpletur,

Psal. 103.

Cicero Libr. 4. de phisica.

Tuscul.5. pletur,afficiturque voluptate. Quicquid autem ipsa natura genuit,non modo animal,sed etiam quod ortum è terra stirpibus nititur, in suo quodque genere,perfectum est. Quorũ alia humilia sunt,nec altius se à terra tollunt, quædam in maximã altitudinem assurgunt, alia perpetua fronde virent,alia hieme spoliata nitore ac pompa frondium, verno tempore tepefacta frondescunt ac repullulant, denuoque in stirpem emergunt. Nec est vlla res,quę non ita vigeat insita vi,quin protuberante turgenteque semine aut flores, aut fruges, aut baccas proferat, easque Solis calore ad perfectam maturitatem perducat, effectuque salubri imbuat. In animantibus quoque, quibus quum ratio desit, sensus attributus est, ipsius naturæ vis atque inclinatio perspici potest,aliâs enim natãdi peritas aquarum incolas esse voluit,alias volucres libero cœlo frui,alias reptiles, quasdã gradientes,non nullas soliuagas, plerasque gregatim volantes,vt sturni factitant,miliarię,frigilli,passeres, columbæ : immanes alias ac feras,quasdam cicures & mã suetas, vt omnia gallinacei generis, & quæ domestica atque altilia dicuntur.

Herbarum diuersitas.

Animãtes naturæ instinctu ducuntur.

Homo

Homo verò, cuius imperio omnia ſubdi ta ſunt & ſubiecta, multò quiddam præſtantius eſt conſequutus, nempe præter loquendi munus, rationem & mentem, animumque cœleſtis naturæ ac diuinitatis participem. Humanus ſiquidem animus decerptus ex mente diuina, cũ nullo alio, quàm cum Deo comparari poteſt, nec ad vllius naturam referri. Quocirca homini enitendum, vt quàm proximè ad ſuum opificem aſſurgat, illique aſſimilem ſe præſtare affectet. Quum enim Deus cæteras animantes abiecit ad paſtum ac pabulũ: ſolũ hominẽ humo excitatũ, celſum ac ſublimẽ cõſtituit, quo ad cœlum ac domicilij ſui conſpectũ mentẽ oculosque erigeret, qua de re ſequenti capite fuſius. *Pſalm.8.* *Hebr.1.*

HOMINIS DIGNITAS & præſtantia. Cap. II.

QVum autem Deus Opt.Max. ſummopere ſuſpiciendus ſit in rebus creatis quæ paſſim obuiæ exiſtunt, atque oculis mentique ſe ingerunt, tum potiſſimè in homine mirificè eius elucet ſapientia. Quic-

Homo præcipuũ Dei opificium.

Quicquid enim in mundo se profert quamlibet concinne atque affabrè factum, nulla ratione comparari, componiq́ue hominis præstantiæ potest, adeò vt hinc præcipuè sumi voluerit sui æstimationem Deus, suæq́ue diuinitatis specimen exhibere mortalibus, hoc est, ex sua cuiusq́ue mente, suiq́ue notitia perduci nos voluit in cognitionem, tantiq́ue opificis reuerentiam: nihil enim expressius representat Deum, quàm mẽs hominis, qua ad imaginem ac similitudinem eius est conditus. Est siquidem homo expressissimum Dei simulachrum. Quamobrem ob externum, internumq; ornatum, atque ampliſſimas dotes μικροκοσμος dici meruit, quod in hunc cumulatissime omnia profuderit munificus ille rerum parens atque opifex Deus, Huius enim causa omnia producta in lucẽ, illiusq́ue vsui cuncta patent, ac sunt exposita. Quod ipsum agnoscit Psaltes regius, gratiq́ue animi argumenta proferens: Feciſti illum, inquit, paululò angelis inferiorem, Imò propemodũ vt Deũ quendam gloria & honore decoraſti, illumq́ue præfeciſti operibus à te creatis. Hanc autem prærogatiuam etiam à mũdi ex-

Mens hominis Dei simulachrũ.

Psal. 8.

di exordio obtinuit,adeò vt omnia, dũ vigent ac consistunt, homini sint obsequiosa ac famulẽtur.Sic enim Geneseos primo omnium rerum principatum ac præfecturam Deus homini asseruit: Fructificate,multiplicamini,replete terram, eam subigite,& in pisces aquatiles,volucresq; aëreas,& omnes quę in terris mouentur bestias,imperium exercete. De mente autem quæ illi diuina est, & qua proximè ad Deum accedit,deque internis animi dotibus, ratione & intellectu, quibus belluis præstat, quũ abundè scriptores alij,nec sit huius instituti, in præsentia supersedeo. De corpore vero, quæque illi cognata sunt,ab eoque depẽdent,pauca dissera m. Illius enim excellens & spectabilis forma moribus animæ congruens,atque accõmoda, status corporis celsus,atque erectus in cœlum, os sublime ac resupinatum,omnium partiũ ac totius symmetria,seu exacta commensuratione, etiam ab ethnicis atque à nostra religione alienis sunt depredicata, adeo vt mirari subeat nostrorum hominum incuriam,qui aut nihil prorsus scrutantur aut frigidè atq; oscitanter seipsos, naturæque opera excutiunt, quũ Dauid

Homo mũdi præfectus.

Decor corporis humani.

rex

rex magnificus, preſſius fixiusque naturã hominis contemplatus exuſcitari cœperit atque exardeſcere in tanti opificis amorem atque admirationem. Sic enim quum alijs, tum huiuſmodi elogijs illum proſequitur: Celebrabo te Domine, quòd mirificè ſim formatus, opera tua admiranda ſunt, eaque ſcrutatur & agnoſcit anima mea, non fuit tibi occultũ vllum os meum, quum formarer in abdito, & quum miro artificio fingerer in materni vteri latebris. Informem atque inelaboratum fœtum viderunt oculi tui, & omnia mẽbra mea velut in libro penes te deſcripta erant, quæ deinceps non niſi multis diebus formata ſunt, Admirationi mihi eſt ſcientia tua, qua in me formando vſus es, excedit illa prorſus captũ meum. Quum enim, inquit, me totũ excutio, quum corporis ſtructuram, animæ præſtantiam, vim mentis ſedulò expendo, eaque ratione ac iudicio aſſequi nequeam, & maieſtatem tuam veneror, & amplector munificentiam. Iam verò ſinamus paululum interquieſcere formã illam ſpectatiſſimam, tum reliquas partes corporis viſenda ſpecie: internorum viſcerum ſitum, naturalium facultatum poten-

Dauid naturæ admirator vnicus. Pſal. 138.

Dauidis exclamatio in Dei admirationẽ.

tentias, neruorum à cerebro ortum, ductum arteriarum à corde, venarum ab hepate propaginem consideremus, tum animæ facultates & potentias, quibus ipsa suas functiones profert ac perficit, his accedit spiritus ille æthereus caloris naturalis sedes ac vehiculum, qui trifariam discriminatur, ac totidem locis discretus est, sic vt animalis cerebro, vitalis cordi, hepati naturalis sit asscriptus, hic quum natiuo calore, humoreque nutricio, vtriusque fomite corpus alit ac vegetat, atque in exercendis actionibus vires suppeditat, quamobrē non indiligenter tria hæc fouenda, instaurandaq; sunt somno, vino, alimentis, exercitatione: quæ tamē moderatè adhiberi postulant, ne si vel immodica sint, vel intempestiua, hominē à sede mentis contingat dimoueri, multisq; ac varijs affectibus duci.

Tres in homine spiritus.

Quæ res spiritus fulciant.

Igneus est equidem vigor & cœlestis origo
Omni homini, quantum non noxia corpora tardant,
Terreniqúe habitant artus, moribundaque membra.
Hinc metuunt, cupiuntqúe, dolent, gaudentqúe, nec auras
Respiciunt, clausi tenebris & carcere cæco.

Aeneid. 6.

Quibus poëta quatuor animi perturbationes cōplectitur, quæ ex intemperātia ortæ mentem hominis turbulentam

Affectuū tyrannis

efficiunt atq; inquietam, mirisq; modis exagitãt. Postremò ad illa dirigamus oculos, quæ istis omnibus speciẽ prębẽt, formęque præstantiã inducunt, hoc est, formandi figurandiq; fœtus artificium excutiamus, quod tale, tantumq; est, vt quiuis etiã à re medica alienus in eo excutiẽdo vires ingenij acriter debeat intẽdere: huiusmodi enim res scire & perscrutari cuiusuis interest, quum in se ipse versetur, atqui in sui contẽplatione quiescat. Siquidem quũ homo ex corpore & anima constet, & conflatus sit, ipsumq; corpus animæ sit instrumentum per quod actiones suas perficit, cui non summa esse debet vtriusque partis cura & obseruatio? quis nõ vtriusq; incolumitati optimè cõsultũ cupiat? præsertim quum alterũ sine altero cõsistere nequeat, suasq; functiones & munia inoffensè obire, namq; alterius sic altera poscit opẽ res, & coniurat amicè. Est quidẽ corpus pro tempore caducũ & mortale: sed quum sit animi vas & receptaculum, illiusq; ministerio vtatur, Deus id quoq; destinauit ęternitati, ac per resurrectionis mysterium eiusdẽ muneris voluit esse particeps, nempe immortalitatis.

Consensus animi & corporis.

Horat. in Arte poet.

NA-

NATVRALISSIMVM PRO-creare sibi simile, eoque reuerenter vti debent homines tanquam diuino munere, Deique instituto.

Cap. III.

POstquam Deus cœlum ac sublunare hunc mundum condidisset, omniaq; tam mirabili sapientia atque artificio cõstruxisset, vt nihil ad necessarios vsus, ad commoditatem atque ornatum deesset, visus est illi desiderari aliquis, cui ista essent vsui, quiq; se his oblectaret ac frueretur. Itaq; completo perfectoque omni naturæ ornatu, hominem in mundum tanquam in suam possessionem produxit, illique ne vitam inamœnam degeret, in adiumentum ac societatem mulierem adiunxit, inseuitque vtrique vim amoris, ac procreandæ sobolis auiditatem, humore spirituque turgido, atque organis idoneis ad eum vsum præparatis: & ne alter alterius contactum exhorresceret, addidit illecebras, ac mutui complexus appetitionem, vt quum se inirent, suauiter illos affici, mirisque modis deleniri contingeret. Siquidem

Coniugij institutio à Deo.

nisi omnis generis animantibus hoc esset natura insitum, vt posteritati consulerent, ac propagationi insisterent, concideret, ac collaberetur genus humanum, nec diu possent subsistere res mortalium,

Georg. 3.

Omne adeo genus in terris hominumqúe ferarumqúe,
Et genus æquoreum, pecudes, pictæqúe volucres,
In furias ignemqúe ruunt: amor omnibus idem.
Qúid iuuenis magnum cui versat in ossibus ignem
Seuus amor? nempe abreptis turbata procellis
Nocte natat cæca serus freta, quem super ingens
Porta tonat cœli, & scopulis illisa reclamant
Aequora, nec miseri possunt reuocare parentes.

Stimuli Veneris varij

Quum itaque tam validus sit is affectus, tamq; indomitus, vt ægrè possit coërceri (nec enim omnes suis cupiditatib⁹ æquè norunt moderari) indulsit homini Deus Genialem legitimumq; thorum, vt saltē intra illius limites consisterent, nec vago se concubitu contaminarent, qui dono continentiæ sunt destituti. Postquam igi tur peracto concubitu mulierem conceptu impleri contingit, magna subsequitur naturæ solertia in fouendo ac coagulando fingendoq; vtriusque sexus semine, quo stato tempore exactoq; nouem mensium decursu emergat dominator ille ac toti⁹ vniuersitatis decor homo hāc

Deus quur coniugium instituit.

spem

ſpem dubiam ac rudimentum naturæ ho minem effigiare condiſcentis, appoſitiſſima ſimilitudine expreſſit Iob: Nónne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeum me coagulaſti, pelle & carne circundediſti me, oſſibus & neruis me compegiſti, tuoque beneficio vita mea ſubſiſtit, ac tua virtus fulcit ſpiritum meum? Huic affinis eſt ſapientis Hebræi ſententia, qua vitæ ſuæ primordia in hunc modum deſcribit: Sum quidem & ego mortalis homo ſimilis reliquis, terrigenæ protoplaſti ſoboles, atque in vtero matris figuratus ſum caro, decem menſium ſpatio coaleſcens in ſanguine, ex ſemine hominis ac delectamento, ſubſequenteque ſomno. Idem quoque & ego genitus hauſi communem aërem, ac ſimili modo prodij in lucem, omniumque hominum more ploratum edidi, atque à lachrymis vitam ſum auſpicatus. Ex quibus intelligimus quum in omnibus, tum in excitandis propagandisque liberis omnia naturæ ordine ac moderatè inſtituenda, vt ex Hippocratis & Galeni ſententia, motus ſeu exercitatio cibum præcedat, cibum ſequatur venus, ſomnus venerem, qua expleta facultates naturales in ela-

Cap. 10.

Sapien. 8.

Hominis primordia quæ.

Moderatè omnia inſtituenda.

borando fœtu partes ſuas obeunt, ac laſſitudo ex concubitu contracta obdormienti ſtatim remittitur, adiuuante ſimul ſomno concoctionem: ſomnus enim ad concoctionis celeritatem eſt adiumento. Cæterum quod ad generationis noſtræ principia adtinet, magna ſolet agitari quæſtio, Conferat ne ſemen ad fœtus generationem mulier? An conferat ad formæ ſimilitudinem, ſexuſque diſcrimen virile robur? De effigie, formæque ſimilitudine primum mihi inſtituetur diſputatio, poſtmodum de muliebri ſemine, & quantum ad fœtus procreationem conferat adiumenti. Id eò ſum facturus accuratius, quòd apud noſtrates non deſint lenæ quædam, quæ perſuadere conantur fœminis, quàm minimum conferre ad generationem fœtus matres, ſed tantum geſtationis tædia obire, nouemque menſium faſtidia tolerare, quaſi conductitium vterum offerrent viris, cui tanquam naui onerariæ ſuas merces inferant, ſuamque ſentinam deponant. Qua perſuaſione efficitur, vt matribus erga ſua pignora amor tepeſcat, omnisque humanitatis affectus, qui huic ſexui peculiaris ineſſe ſolet, penitus

Fœminis multũ tribuendũ in procreatione liberorum.

tus exuatur. Quas ego quauis infamia dignas potius deputo, quàm patiar in vllo honestarum numero censeri. Quòd si exempla in has edenda sunt, catamidiari, hoc est, publicitus spectaculo esse merentur, ac contumelia probrisque afficiantur. His enim imputandum, quod nonnullę in suos inhumanę sunt ac crudeles, suosq; fœtus vel exponant, vel desertos patiantur. Quę sæuiores sunt ac magis feroces, quã tigrides, leopardi, vrsi, pantheræ, aliæq; brutæ pecudes, quę multũ operæ impendunt alendis fouendisq; fœtibus, quod etiã in alite domestica gallina cõmonstrauit Seruator, adeò vt animantia quæque pro catulis suis dimicent, ac se periculo exponant, vitæque discrimina illorum causa animose adeant. Vidimus autem hisce vernis mensibus trecentarum ouium gregem, quum balantes fœtus scapha è littore auectos, matrumque vberibus auulsos, non deterritæ maris sæuitia, incredibili affectu prosequerentur, accedente Oceani æstu, ad vnam omnes fluctibus oppressas. Quo exemplo commonitos velim, & documenta sumere improbos atque inhumanos progenitores, qui aut nihil prorsus

Catamidiari quid.

Matt. 19.

Ex animãtibus naturæ vis perspicitur.

Exhortatio ad humã-

nitatem ex animantiũ affectu.

ſus, aut languidè & oſcitanter erga liberos, erga chara ſua pignora afficiuntur: quum inertia, mutaque pecora mactationi ac lanienæ deſtinata non vulgarem affectum, ac propenſi animi teſtificationes erga ſuos proferant.

DE SIMILITVDINE NATORŨ cũ progenitoribus. Et qua ratione, quę foris incidunt, infanti communicentur, multarumque rerum formas ex matris imaginatione concipiat.

Cap. IIII.

CONſtans eſt apud medicos, multisq; rationibus confirmata opinio, ſi mulier ſemen conferat affluentius, matri infantẽ aſſimulari: ſin viro profluat exuberantius, patri: quod ſi ex æquo, parique menſura, ac collatis viribus contribuãt, vtrique aſſimilem eſſe, vel parte vna patrem, altera matrem referre: denique ſi in dextrum vteri ſinum deriuetur, atque è dextro teſte promanet, caloris ratione marẽ proferri: ſi verò è ſiniſtro atque in lęuã partẽ inclinet, ob loci frigiditatem

Seminis efficaciã in ſimilitudinis ratione.

tatem, atque humiditatem femellã procreari. Nonnunquam Lactantio teſte, quum forte in læuam partem vteri viri ſemen inciderit, mas quidem gignitur: ſed quia in parte quæ fœminis procreandis deſtinata eſt, cõceptus perficitur, aliquid in ſe ſemiuirile habet, ſuprà quàm viri decus patiatur, vel formam venuſtã, vel nimium candorem, vel corporis læuorẽ ac molliciem, vel vocem gracilem atque exilem, vel mẽtum glabrum nullaque barba decoratum, animum denique minus virilem: rurſus ſi in partem dextram fœminei ſexus ſemen defluxerit, fœminam quidem procreari contingit: ſed quoniã in aliena parte concepta ſit, habet in ſe aliquid virilitatis, vltrà quam ſexus ratio permittat, vt valida membra, nimiã proceritatem, colorem fuſcum, faciem hiſpidam, vultum indecentem, vocem robuſtam, animumq; virilem atque audacem, Quò fit, vt iſtiuſmodi conſtitutionis mulieres excuſſo iugo imperiũ in viros exerceant, tantumque ſibi in adminiſtrãdis rebus aſſumant autoritatis, vt viris ne hiſcere quidem aut mutire liceat. Hæc autẽ & pleraque alia quæ de ſimilitudinis ratione adferri poſſunt, licet ſint vero con-

Libro de Opifi.

Lactantij ſententia de ſimilitudinis ratione.

Virago vnde nomen fortita.

Mulier quæ magis imperioſa.

sentanea, magnaque ex parte sic res euenire soleat: præcipua tamen effectus huius causa in tacita mulieris imaginatione consistere mihi videtur. Siquid enim illa animo concipit, aut in obuia quęque inconniuenter defigat oculos, mentique imprimat, ea plerũque infans in extima parte representat. Sic inter amplexus & suauia, si mulier oculos ac cogitationem in viri vultum dirigat, aut quem aliũ præsentem imaginetur, huius effigies in fœtu solet elucere. Ea siquidẽ est imaginariæ facultatis vis & potẽtia, vbi mulier fixius quid intuetur, vt simile quiddã conspectis emoliatur, adeo vt infanti varias rerum formas induci contingat, ac neuos, lentigines, lituras, verrucasque imprimi, quæ non facile elui possunt, aut emaculari. Sic nostrates matronę ex leporis obtutu infantes edunt, labello supremo bifido ac bifurcatim dissecto. Simili ratione nonnulli simis existunt repandisque naribus, ore distorto, labris indecorè prominentibus, totoque corporis habitu deformi, quòd mulier conceptus ac gestationis tempore, oculis totaque mente ac cogitatione in monstrosas quasdam species fuerit defixa: Tale quiddam in re liquis

Imaginatio mulieris quid moliatur.

Leporina fissaq; labra vnde.

liquis animantibus elaborare solent naturę artifices obiectis sub ipso conceptus momento variarũ rerum coloribus. Quo stratagemate astuque vsus Iacobus, cui postmodum Israëli nomen inditum, passim stratis obiectisque virgultis, quibus cortices ademerat, maximam gregis partem quum se inirent, maculoso tegmine, varioque ac versicolore vellere præstitit. Sic picturatas alites, sic canes equosque scutulatos ac guttatos perficimus. Quod naturæ artificium, omnesque similitudinis rationes ac causas exactissimè expres sit his propemodum verbis Plinius: Similitudo in animo menteque est reputatio, in qua multa creduntur fortuita pollere, visus, auditus, memoria, compræhensæ hausteque sub ipso conceptu imagines, tum subito oborta cuiusque rei cogitatio effingere similitudinem, formasque miscere creditur, hinc alios auorũ, alios patrum, plerosque autem cognatorum effigiem ostentare, Ideoque plures in homine, quã in reliquis animãtib⁹ differẽtię ac discrimina, quoniã cogitationũ velocitas, animiq; celeritas, atq; ingenij varietas multiformes notas imprimit, quum cæteris animãtibus animi ferè sint im-

Arte mutatur species & color animantiũ.

Genes. 30.

Lib. 7 cap. 12. Plinij sententia de similitudinis ratiõe.

immobiles stabilesq;, atq; in suo cuique genere similes. Quo fit vt mulieris imaginatio alienam formam, atque ascititiã effigiem infanti inducat, nullaq; in parte gignenti similem. Sic mulier quædam quum extra legitimum thorum se alteri prostituisset, metuens ne inopinato subitoque mariti interuentu opprimeretur, exactis nouem mensibus infantem enixa est non adulteri cuius furtiuo vsa erat cõcubitu, sed absentis mariti prorsus similẽ. Qua de re extat perquam lepidum Epigramma disertissimi viri Thomæ Mori, quod quum huic argumento mirè congruat, non grauabor adscribere.

Thomæ Mori lepidum epigrãma.

Quos ante coniunx quattuor
Natos Sabine protulit,
Multum ecce dissimiles tui,
Tuos nec ipse deputas.
Sed quem tibi puellulum
Enixa iam nuperrime est,
Solum tibi simillimum
Pro quattuor complecteris.
Adulterinos quattuor
Vocas, repellis, abdicas.
Atqui graues tradunt Sophi
Quodcunque matres interim
Imaginantur fortiter,
Dum liberis datur opera,
Eius latenter & notas
Certas, & indelebiles
Modoque inexplicabili
In semen ipsum congeri.

Qui.

Quibus receptis intimè,
Simulque concrescentibus
A mente matris insitam
Natus refert imaginem.
Quum tot abesset milibus,
Dum gignit vxor quattuor,
Quòd esset admodum tui
Secura, dissimiles parit.
Sed vnus omnium hic puer
Tui refert imaginem,
Quod mater hunc dum concipit,
Sollicita de te plurimum,
Te tota cogitauerat,
Dum pertimescit anxia,
Ne tu Sabine incommodus,
Velutique lupus in fabulam
Superuenires interim.

Quò fit vt inefficax sit argumentum, ac prorsus inualida, parumque firma asseueratio, quæ in designando parente ex similitudinis ratione sumitur. Neque enim naturæ lex, aut publicus orbis consensus, ob similem formam, atque effigiem cuiquam prolem addici patitur. Cæterum quod ad ingenia, ad mores, ad studia, animique propensiones adtinet, quotidiana exempla demonstrant, liberos, vt quibus omnis vis animi ac vitalis spiritus ex facultate seminis est infusus, pari propemodum esse conditione cum progenitoribus eandemque cum ijs naturam sortiri. Verum hac in re plurimi refert intensius aut remissius re Venerea affici, illique incum-

Similitudo nemini prolem asserit.

cumbere. Sunt enim plerique minus ſalaces, minusque feruidi, & qui non magnopere hanc monomachiam, hoc eſt ſingulare certamen expetant, imo hoc luctamen detrectent potius: hi quò vxoribus gratificentur, easque pacatiores, magisq; commodas experiantur, penſum concubitus, ſeu debitũ, vt Paulus vocat, perſoluunt quidem, ſed languidè, & oſcitanter. Quò fit, vt fœtus à parentũ natura ac moribus, inſitaque generoſitate deſciſcat, atque hinc ſapientes aliquando ſtupidos atque inertes, parumque ſanæ mentis liberos procreant, quòd huiuſmodi voluptatibus nõ magnopere afficiantur. Quũ vero progenitores in Venerem incaleſcant ardentius, ac cumulatè affatimque conferunt, plerumque euenit, vt liberi eoſdem mores ac ſtudia, motusque animi ac geſticulationes exprimant, parentumque indolem repræſentent. Vt enim alites eandem cum parente naturam ſortiuntur, eundem in pennis colorem referunt: ita liberi progenitorum mores exactè exprimunt, eademque cum ijs ſunt naturæ eſſentia. Sic quæ parenti ſigna genitiua impreſſa ſunt, eadem filijs ineſſe conſueuerunt. Siquidem ex Horatij ſen-

1. Cor. 7.

Sapientes quur aliquãdo ſtultos procreẽant.

Simile ab alitibus.

sententia, Carminum libro quarto. Ode quarta.

Fortes creantur fortibus & bonis.
Est in iuuencis, est in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Et quoniam institutio naturæ dotes perficit, atque errores corrigit, vitiaque eximit, commodum adiecit.

Doctrina sed vim promouet insitam,
Rectique mores pectora roborant.

Chremes quoq; Terentianus ex maternis moribus filium æstimat. Sic enim cum Sostrata Heautõtimorumenos Actu quarto. Scena tertia, rixatur:

Is quòd est consimilis moribus,
Conuinces facile ex te natum. tui similis est probè.
Nam illi nihil vitij est relictum, quin id itidem sit tibi.
Tum præterea talem, nisi tu, nulla pareret filium.

Et quidem ita natura comparatum est, idque magna ex parte vsuvenire videmus, vt filij sint paternorum morum æmuli, parentumque vestigijs insistant, Sic vt plerique sectentur aleas, scorta, popinas: nõ nulli tamen parentum industria atque educationis beneficio ad summam virtutem emergunt, ac ad optimam frugem se conferunt. Quamobrem sedulo cuiq; elaborandum, vt ita affectibus moderetur, vitæque cursum, ac victus rationem in-

Mali cortici malum enim.

instituat,ne vel sibi quicquam incommodi inferat,vel aliquo vitio suos contaminet.Siquidē ex patris semine, maternióq; sanguinis profluuio atque affluxu multa ad posteros solent deriuari.Eadem enim vis & natura,quæ parentum semini inest, in natos diffunditur,ac transuasatur . Sic ex Catulli sententia.

Naturæ sequitur semina quisque suæ.

Parentum morbi ac vitia in proles redū dant.

Quum autem semen ex præcipuis partibus defluat , omniumq; mēbrorum in se naturam viresque cōplectatur, fit vt quæ vitia vlli parti inhęserint, ea hæreditario iure proles sortiantur. Sic qui elephātiasi quæ vulgo lepra dicitur, epilepsia , podagra,chiragra, morbisque alijs cōtagiosis sūt inquinati, ijsdē vitijs suos imbuūt. Et quoniam maternus sanguis præcipuū sit fœtus alimentum , & secundaria procreationis origo , plerumque euenit , vt plus labis ex matre contrahant,siue corporis habitum,siue animi mores spectes. Sic inprobæ apud nos, temulentæ, acsto lidæ liberos producunt sibi prorsus assimiles, vitijsque maternis affines. Materna autem macula plus officit liberis,quā paterna, quòd ad expugnatā pudicitiam, aut commaculatum Genialem legitimūque

Ex muliere mator mali pars in natos deuolnitur.

legitimumque torum attinet, vel ob bibendi consuetudinem ac temulentiam, aliamque improbitatem spectat. Nam si vir aut adult⁹ iuuenis nulli addictus, nec coniugio alligatus ex puella quadã prolem suscitet, id laudem propemodũ meretur, non vituperium: quũ vulgo dictitare soleãt, tuto huiusmodi homini posse elocari filias, nempe non infœcundo aut effœto nec deploratę sterilitatis, vt qui iã specimen ediderit progenerãdæ sobolis. quum fœmina aut puella nubilis, maturaq; viro, si id factitet, aut tale quiddã admittat, vbi vri aut prurire occeperit, illã existimationis iacturam, hoc pudicitię detrimentum patiatur, vt vix cerdo infimæque sortis homuncio se illi addicere sustineat: aut si tale quiddam aggrediatur, confestim prostituti corporis vitium exprobrat. Ita vbi semel pudicitia vlli virgunculæ excussa est, atque expugnatum virginale claustrum, abditaque embolia reserata sunt, nunquam ea labes ac macula elui potest, nunquam hic hiatus resarciri. Siquidem, vt is ait.

Emboliain gressus secretior ab immittendo.

Nulla reparabilis arte
Læsa pudicitia est: deperit illa semel.

Quò spectat illud Plauti in Amphitrione:

Dos Virginis optima

Eccle.7

ne: Non ego illã dotẽ duco esse, quæ dos dicitur, Sed pudicitiã, & pudorẽ, & sedatũ Cupidinẽ, Deũm metũ, parentũ amorẽ, & cognatũ concordiam. Quapropter præter alios sapiens ille Hebræus studiosè commonefacit progenitores, vt vigilãter prospiciãt filiarũ suarũ pudicitiæ atq; honestati, ne illas cõsuetudine improborũ contaminari cõtingat, aut vllã maculã concipere. Est enim is sexus natura fragilis, atq; ad ruinam propensior. Quũ itaq; plurima sint quæ moribus vitæq; integritati officiũt, nec minus rara quæ effigiem formãq; corporis dehonestant, dãda cum primis opera, ne quid incidat quod animũ deprauatis moribus, corpus monstrosa aliqua specie posset deformare. Et quoniã corporis species formæque elegantia omnibus grata acceptaq; est, accuratè obseruanda sunt quæ ex naturalium causarũ progressu, formæ gratiam, vel conciliant, vel adimunt. Ea quũ in muliebri imaginatione, atque ijs quæ foris obueniunt, potissimè consistunt, enitendum ne quid illi sexui versetur ob oculos, ne qua obrepat absurda cogitatio, quæ in elaborãdo fingendoque fœtu aliquid adferat detrimenti. Siquid enim alicũde mali ingruat, siquis

siquis incidat terror aut ex re obuia trepidatio, confestim omnis affectus & consternatio in fœtum decumbit, spiritibus naturalibus atq; humoribus eò cõuersis, totaq; muliebri facultate in tale quiddã effigiendo occupata. Vehemẽs siquidem fixaq; cogitatio dum rerum species vehe menter monet, atque identidem versat, formam figuramque quam assidua imaginatione reuoluit, fœtui imprimit, atque illi rei cogitatæ figuram inducit. Spiritus enim interni atque humorum affluentia rei excogitatæ pingit formatque imaginem. Nec vero temere aut ex nulla causa est, quod nonnulli enormi sunt corpore, aspectu toruo atque inamœno, protuberantibus inflatisque buccis, ore distorto, rictuque indecenti. quum hæc eò eueniant, quòd grauidæ huiusmodi spectra ac simulachra cogitatione menteq; conceperint, aut oculis intentius in illa fuerint defixæ. Sic nihil mihi æquè improbari solet apud lasciuiores mulierculas, quàm quòd catellis simijsque sese impensius oblectent, quodque illos sinu gestant, fouent, demulcent, basiant, blandéque contrectant. Horum enim consuetudine & aspectu natura fœminarum

Mulier gestans vterum affectibus exposita.

Vnde corporis deformitas.

rum imperfecta nescio quid alienæ formę animo menteque concipiat, ac fœtui inamabilem minusque speciosum vultum affingat. Sic apud Belgas catelli quidam Melitæi in delicijs habentur Heroinis, Camusij vulgo à naribus dicti, pusillo corpore, colore niueo, naribus medio simis ac depressis, pinna eorũ resupinata, cauda non in aluum reflexa, vt ignauis canibus quas hybridas vocant, sed erecta atque in sublime falcata, oculis mire patulis, ac protuberantibus, vtrinque lippitudine vitiatis, fractis eneruatisque crurib' ac circa pedum suffragines repandis, postica vero corporis parte glabra, & quam nulli pili conuestiunt, sic vt podicẽ indecẽter conspiciendum prębeant, eiusque rei causa spectantibus subinde obuertãt. Hoc animalculum, quoniã mẽbris moribusque ridiculũ est, multaq; obtinet quę gignẽtis natura in se quoque posset trãsformare, ablegandum censeo, ne quas impregnari contingit, aliquid deformitatis ascisçant. Hanc autem monstruosam formam, membraque tam deformiter distorta non sunt natura nacti, sed hominum opera, qui caueolis includunt, subductoque alimento cogunt gracilescere, quẽ admo-

Catelli melitæi.

Mulieres immodicè canibus afficiuntur.

admodũ virgunculis, vt est apud Terentium, cibum subtrahunt, quò reddant iũceas, ne si qua paulò sit habitior, athleta videatur. Sic circunforanei circulatores iuuenculis membra intorquent, quò in obeundis saltationibus sint agiliores. Nu per nebulo quidam oppidatim spectandum obtulit infantem inusitatę magnitudinis capite, reliquis membris non correspondentibus vlla proportione. Quod vitium vbi ex morbo contrahitur, non arte ascitum, vt hoc erat, hydrocephalon medici vocant, ob caput scilicet aqueo humore turgidum. Huius quum picturam modo spectasset grauida quędam, tam insolito spectaculo attonita exacto gestationis tempore, non sine vitæ discrimine infantem edidit fungoso, stupendæque magnitudinis capite, cui hoc etiam accesit mali, quòd inter nutricis amplexus magis magisque extumesceret, atque ad molem insignem protuberaret. Quod mihi questa est mulier oblato puero, cui° quũ caput hinc inde prementibus digitis leniter contrectarem, puluini more subsidebat modo cutis, modo assurgebat. Huiusmodi autem spectacula non prægnantibus modo sunt euitanda, sed omnibus

Rei gestæ enarratio.

Hydrocephalon quale capitis vitiũ, vulgo Bolhooft

etiam, quibus horum conpſectus & imaginatio nocturnam quietem poſſit vel intercipere, vel turbare. quod ferè vſuuenire ſolet pueris, ægrotis, ſeniculis, melancholicis, quibus tamen monſtrificus rerum aſpectus minus incommodat, quã mulierculis, quæ oblatis huiuſmodi ſimulachris ſimile quiddam in vtero effingunt ac moliuntur. Quum enim omnes vires ac naturales facultates totæ ſint in formando fingendoque fœtu, fit vt muliere aliquo malo perculſa omnes humores ac ſpiritus ad ima ferantur, atque in vteri ſeceſſum confluant. Quibus quum accedit inhærens penitusque menti infixa conſpectæ rei imaginatio, vis ipſa quæ formationi inſiſtit, eam formam ac ſpeciem quam animo concipit, effigiat, ipſique fœtui inducit. Neque enim temere eſt quod dicitur, Imaginatio facit caſum. Simili ratione ſi ſorex, ælurus, muſtela, aut tale quiddam inopinato corpori inſilijt, aut fragra, corna, ceraſa, baccæ, vuæque acinus vlli parti inciderit, confeſtim notam imprimi contingit, illique membro huiuſce rei imprimi veſtigia: niſi forte mulier in ipſo momento quo hæc corpori ingruunt, ſubito abſterſo

Vnde pueris notæ imprimantur, & deformes ſpecies.

Prouerbiũ vulgare ex imaginatione deſumptum.

sterso membro posticæ, aut remotiori parti corporis manum admoueat. Quo facto confestim auertitur malum aut cõtactæ parti nota infigitur, tota imaginatione ac facultate naturali eò conuersa.

Quando mulier ex facie in fœmora aut nates næ notas trãsferat.

DE ABSVRDO PRAEgnantium appetitu, atque insatiabili rerum desiderio, quibus si contingat frustrari periclitantur.

Caput V.

SVperioris narrationis series exigere videtur, vt de prægnantium malacia, rerumqúe insatiabili appetentia pauca differam. Quãdoquidem in simili fere ratione hęc ipsa cõsistunt. Circa tertiũ à conceptu mensem vitium grauidas infestat, Græcis κίττα, Latinis pica dictum, in quo ob vitiosos frigidosqúe humores, atque acidam pituitam, qua ventriculus imbutus est, carbones, putamina, cretam,

Pica morbus vulgò vremde lust.

Causa pice. Vel Malacia

teſtacea, aliaque eſui inidonea auidè concupiſcunt. Quod malum potiſſime inualeſcit, quum infanti crines erumpere incipiunt, ac femellam geſtāt. Siquidem ob caloris penuriam, humores pituitoſi minus concoquuntur. Quò fit, vt flatus crebrique ructus ac fluctuationes fœminas moleſtent. Huic affinis mulierum malacia ſeu mollicies, cui viri etiam ac febricitantes plerunque ſunt obnoxij. Prægnantes autem quæ hoc vitio tentantur, tam inexplebili tenentur rei alicuius deſiderio, vt ſi denegetur, aut potiri nequeant, quum ſe, tum fœtum in præſentaneum vitæ diſcrimen adducant. Id malum Belgicæ nationis matronas magna ex parte corripit: quòd ſint humentis frigidæque naturæ, ac prauo nutrimento alantur. Non defuerunt noſtra memoria, quæ conſpecto viro quodam thoroſo, ac corpore ſucculento, morſu huius appeterent armos. Quod ipſum cuidam grauidæ, quò illius deſiderium expleret, & ne quid incommodi accideret, haud grauatè admiſit: itaque illa dentibus partem auulſit, crudamque paululum modo mandibulis confectam deuorauit. Illa vero necdum ſatiata, iterato id tentauit.

μαλακία.

Humidæ mulieres exotica appetunt.

Rei geſtæ narratio.

at

at vir illam repulit, nec denuò in corpore ſuo pati lanienam ſuſtinuit. Quæ confeſtim mœrore tædioq; affecta, parturire occipit, ac quum geminos geſtaret, alterum viuum, alterũ quòd eodem pulpamento fruſtrari contigerat, mortuũ edidit. Huius non alia mihi ratio excogitari poſſe videtur, quã quod cõtracto mœrore mulieris animo ſpiritus vitales imminui, atque humores fœtui alendo deſtinatos aliò auerti, nec ad vterum deferri contingat. ſic vt infans alimento quo illum mater expleri voluit, deſtitutus vel elangueſcat vel emoriatur. Quum enim meatus & conceptacula per quæ deriuari dirigiq́ue cõmeatus in vterum ſolent, occludantur, fruſtrari alimento infantẽ eſt neceſſe, ac vita priuari. Quòd ſi prægnans validæ ſit naturæ, ſuisq́; affectibus obſiſtere norit ac mederi, non omnino extingui, ſed valetudinarium infantẽ eſſe contingit. Ex his abũde perſpici poteſt, quid efficiat mulieris imaginatio, quid rei obiectæ ac mente conceptæ deſiderium in formando fingendoq́; fœtus corpore. Quamobrem non prẽter rationem artis mihi facere videntur, qui minus rigidi, non nullis licet aliena appetant, nõ

Mulier prægnans incõmodũ ſentit ex denegatis edulijs.

Aegrotis quando in edulijs gratificandũ.

nunquam admittunt, modo ne magnum detrimentum corpori sint allatura, tali enim victus ratione aliquando diuturnos chronicosque morbos discutimus. Sic vbi ægroti longis morbis conflictantur, nō admodum difficilem aut refractarium præbere me soleo in ijs admittendis quæ summa auiditate ac quodammodo blandimentis, tum velut precario exposcunt, quum impense ea cupiunt, magnaque alacritate atq; auidè assumunt, vt excitato calore naturali, insitisque facultatibus iritatis atque excitis, concoqui infixos corpori humores contingat ac meatibus recluſis dissipari. Itaque ex Hippocratis autoritate nō nunquam ægrotis gratificari studeo, ad eaque mussare ac conniuere, quæ non magnam noxam corpori inferunt. Siquidem (vt is ait) paulo deterior cibus & potus, modo suauior melioribus quidē, sed minus suauibus præferendus. Quæcunq; enim sapidiora sunt, palatoq; gratiora, & facilius concoguntur, & plus alimenti adferunt, quòd auidè, summaque voluptate ea ventriculus amplectatur. Sic noui qui ex haleculis, quas arengas nostri vocant, ctudis etiam, recensque mari exemptis, quar-

Libr. 2. Aphor. 38.

Auiditas omnia suauia efficit.

quartanas, erraticasque febres discusserunt. Sic in deploratis morbis, quiq; ad summum prauitatis adaucti sunt, auidam illam appetentiam non magnopere formido, neque enim in illis admittendis, quorum flagrant desiderio, me aut contentiosum aut obstinatum præbeo: sed adhibito delectu, præscriptaque vtēdi ratione ac modo, eatenus hæc illis admitto, quatenus non offectura valetudini confidam, morbumque expugnatum iri conijciam, huiusmodi enim acrimonia, edendique cupiditate acuitur atque extimulatur naturæ vis & potentia paulò ante sopita, collectisque viribns morbum impetit alacrius Sic morbum morbo, vt clauum clauo retundimus, maloque nodo malum adhibemus cuneū: quòd ipsum nemini absurdum videri debet, quum in quibusdam morbis febrem sponte excitemus, qui aliâs futuri erant deplorati. Sic noui qui ex subito hostiū incursu, incussoque inopinato tēmore quartanā depulerunt. Sic apud nos morbus popularis, qui aliquot milia absorpse rat, exorta repētina Oceani inūdatione, cōfestim cōsilescere, prorsusq; sequire desti tit, ingruēte eñ externo aliquo tumultu humo-

Morbos expugnarī ciborū nōnullorum desiderio.

humorum collectiones dissipari, ac morbos oborta critica euacuatione mitescere, ac sedari contingit. Atque hinc est, quòd ὑδροφόβους, hoc est, qui ex canis rabidi morsu & aquam appetunt, & reformidant, inopinato subitoq; impulsu aquis immergimus, ac metũ metu discutimus: non nullos frigidis morbis oppressos iritamus, atque vt incandescant, efficimus: quò excitato calore natiuo crudi frigidique humores concoquãtur, ac natura ad expugnandum morbum incitetur.

Cura mor. ỹ canis rabidi.

Morbũ aliquando morbo expugnari.

SEMEN CONFERRE mulierem, totiusque operis esse consortem.

Cap. VI.

QVanquam virile semen cũprimis efficax, agentis motusque ac generationis principium existat: semen tamen cõferre mulierem, atque efficaciter procreationi fœtus adminiculari, solidis rationibus commonstrari, validisque argumentis conuinci posse video. Primum frustra illis indita forent vasa seminaria, testesq; annexi genitales, si excremento seminali desti-

Fœminis non deesse semen ratione conuincitur.

1. Ratio.

destituta mulier, quàm minimum confer ret, prorsusque esset asymbola. Quũ autẽ nihil temere natura sit molita, necesse est ad seminis vsum, ac propagandi facultatem fabricata esse, suisque sedibus ac locis collocata, cum testes, tum seminis conceptacula, quorum vis ac natura est, spermati vim fœcundam, ac prolificam suppeditare. Nec ad conuincendũ quicquam adferri potest validius, quã quòd obseruemus magnos suboriri morbos, sęuaque excitari mulierculis symptomata, nisi semen concubitu iritatum profluat. Multas siquidem videre est tum viduas dissuetas Veneri, tum virgines nubiles, matura sque viro, vbi serius ad connubiũ expetuntur, erumpentibus etiamnũ stato tempore mẽsibus, animi deliquio, atque vteri strangulatione acerbissimè infestari. Equidẽ omnibus hoc persuasum esse conuenit, plus detrimenti naturę inferri ex vitiati seminis, quàm menstrui fluoris suppressione. Nam semen corruptum virus contrahit, ac venæni qualitatem asciscit. hinc giluus ille, ac mustelinus virguncularum color, vbi vri, ac prurire incipiunt: hinc crebra suspiria, cordisque tremor & palpitatio, expultrice scili-

scilicet facultate ad excretionem turgentis humoris incitata. Quod si tales seu viduas pruriginosas, seu prouectioris ætatis virgines connubio destinari contingat, ac semen subdito virili pessulo elici, in vsumque procreandæ sobolis depromi, protinus illas efflorescere videas, ac faciem roseo, nitidoq; colore perfundi, blandas denique atq; amabiles, minusque tetricas ac morosas, præsertim vbi viros nactæ sunt, qui valenter munus suum obeunt, atque officio connubiali strenuè perfunguntur. Et quanquam in his non consistat legitimi thori societas, nulla tamen re magis deuinciri perspicimus hunc sexũ, quàm si vir hac in re sæpius vxori obsequatur. Sic enim omnia pacatiora sunt in ædibus, nullæque ingruunt intemperiæ, nulli tumultus, nullę tempestates. Alioqui si rarior sit concubitus, aut vir in præstanda opera pensoq; absoluendo langueſcat, omnem rerũ domesticarum ordinem inuerti videas, omniaque sursum ac deorsum misceri: adeo sunt auidæ huiusce voluptatis nõ nullæ, vt lassari citius, quã satiari queant. Quæ mihi potissima causa visa est, quod mulier in congressu, mutuoque amplexu semen

3. *Virgines tẽ pestiuè eluenda.*

Puellæ maturitate reuisiunt.

4.

Mulier concubitus auida.

men conferat, & viro plus voluptatis cõ cipiat. Quum enim natura comparatum sit, vt genitalis seminis excretionem propter turgidi spiritus eruptionem, neruorumq; tentiginẽ, ingens comitetur voluptas, ipsaq; mulier geminũ munus obeat, atq; vtroque modo patiatur (elicit enim virile semẽ, suumque cũ eo commiscet) verisimile est illã plus gestire, ac voluptatis concipere, perfundique affluentius. Quò fit vt proles matri sit plerunq;, quã patri cõformior, quòd vires maternæ exuberantius illi sint impressæ: argumento quòd mulieres infantes diligant impensius, summoque studio erga illos afficiantur. Siquidẽ præter seminis excretionẽ, etiam synceriſſimi sanguinis scatebra atque irrigatione toto gestationis tempore, fœtus alitur atq; augescit. Itaq; Galenum in ea esse sententia cõperio, vt fœtũ plus paulò à matre suscipere, quã à patre censeat: ipsamq; speciẽ, sexusq; discrimen ad menstrui sanguinis affluentiã refert: similitudinis vero rationẽ ad seminis vim ac facultatẽ. Vt enim stirpes plus cõsequuntur ex vbertate soli, quã à coloni labore atque industria: sic infans omnia vberius à matre accipit. Primum enim

Fœmina virum, vt materia formã appetit,

Quur ferè proles matri assimiles. 5.

Libr. 2. de sem. 6.

Simile à satis & coloni industria.

Comixtio seminis in Vtero.

enim vtriusque semina vteri calore foueri contingit ac cõglobari, deinde sanguine materno adolescere, taciteque ac sensim incrementa suscipere. Hinc maxima amoris vis infantibus erga matres propter sympathiam, hoc est, consensum, ac naturæ cognationem, quodque cumulatius maternæ vires illis sint inditæ. Similiter matres totæ sunt philostorgæ, hoc est, indulgentiori affectu erga tenerã ętatem, quàm patres, qui plerunq; seueriores sunt, magisque rigidi: Quod designari puto ab Euangelista, quum matres inducit Rachaëlis nomine deplorantes infantium suorum calamitatem, tantumq; in animo concepisse vulnus ob filiorum orbitatem, ob desiderata extinctaque tã chara pignora, vt nulla blandimenta, nullaque lenocinia, aut verborũ solatia admiserint. Nihil enim ex Esaiæ sententia naturæ legibus repugnantius, quã quòd mulier infantis sui obliuionem cõcipiat, exutoque materno affectu ac pietate, erga vteri sui filium sit inhumana, vel leuiter afficiatur. Cæterum videmus & patribus suam non deesse propensionem, affectumque naturalem illorum quoq; mentibus insidere. verum serius se is in natos exe-

6 Quur proles matri addictior.

Matth. 2. Hiere. 32.

Cap. 49. Quur mulier quàm vir, erga natos propensior.

exerit. Siquidem adultis illi magis afficiuntur, ac tũ demum illorũ rebus prospiciunt, commodisque consulunt, dum spem aliquam de ijs concipere incipiũt. matres vero infantiæ potius misereſcũt, & quia ab alieno, externoq; subsidio ea ætas dependet, eò studiosius, paulòque maiori cura illam fulciunt, eiusque tutelam suscipiunt, minus rigidæ, magisque exorabiles, quàm patres. Huius rei causa toties ad remunerationem, ac mutui officij vicem sacri codices inuitant, quam ciconiarũ exemplo progenitoribus debent liberi, multisque locis gratitudinẽ atque hostimentum exigunt. Parem affectum videre est in gallina quæ pullos, quos fouit, impensius amat: & quanquã gallus ouis eam vim qua animantur, indidit, nulla tamen cura tangitur, nullo erga pullos affectu ducitur. Quòd autem vterque conferat, ex gallinarum ouis experimenta capimus: nam & gallinæ citra galli operam oua pariunt, at illa si foueri contingat gallinæ subdita, putreſcere citius, quã animari: quũ oua à gallina edita quam gallus subegit, post vndeuigesimum ab incubitu diem alites proferant, adeò vt pipiant etiam, antequam testam

Matth. 23. Ciconiæ parentibus afficiũtur.

Gallinæ incubatio.

Gallina oua edit absque galli opera.

Epilogus in quæ breuiter repetit.

aut putamen rumpi contingat. Hæc igitur tædiosa matrũ gestatio, qua anni dodrantem purissimo sanguine fœtum alũt ac nutriunt, amor denique erga recens editum infantem, tum similitudo matri plerunque conformis ac concolor, euidenter euincunt semen conferre mulieres, minusque otiosas esse in elaborando formandoque fœtu, quàm viros, qui ingesto semine, expletoque concubitu subducunt sese, ac nullam mulieri præstant operam, nullum adferunt in perficiendo fœtu adiumentum: quum interim in tanto mensium decursu, multa effingere atq; elaborare debeat vteri muliebris facultas, penitusq; necesse est.

Mulieres non segnes in elaborãdo fœtu.

Aeneid. 6. *Multa diu concreta modis inolescere miris.*

VNDE SPECIES, SEXVSque animalis, hoc est, vtri acceptam ferre conueniat viróne, an mulieri masculi vel fœmellæ procreationem.

Cap. VII.

QVanquam totius vniuersitatis opifici omnia merito ferantur accepta, multa tamen fiunt ex naturæ decursu, suoq; ordine

ordine incedunt,atq; insito motu feruntur. Horum omnium quum Deus sit autor, ipse pleraq; immutare solet,atq; rerum ordinem & seriem inuertere, cõtraque naturę legẽ alia forma ac specie non nulla producere. Verbi causa, Mulier masculæ prolis auida, in Deum sua vota dirigit, fatigatq; precibus atq; efflagitat, vt virilẽ sexum concipiat,cuius supplicationibus Deus annuit, illiusq; voluntati acquiescit,atq; obsequitur.Exẽplo res erit testatior: Sara prorsus effœta,& cui iã pridẽ menses substiterant,ex Abrahamo grandæuo prouectæque ætatis, Isacum concepit, in quem Deus totã posteritatis spem sitam esse voluit,omnesq; nationes auspicatum hinc habere salutis,assertæque libertatis initium. Anna itidem mœrore, tædioque sterilitatis confecta, quũ precatur assiduè ac fœcunditatẽ exposcit ardentius, Samuëlem à Deo extorsit.Elisæi quoque officiosæ sedulitatis hospita ad prophetæ preces, filiũ consequuta est, quẽ etiã mortuuum ad vitam postliminio reuocari cõtigit. Quin & Zacharias senilis,deuexęq; ętatis,sic omnia moderãte diuina dispensatione, ex Elisabetha annosa ac deploratæ sterilitatis,

Deus præcipua facũditatis causa, vt non nisi fœtus fœlicios reddat.

Genes. 17.

Generatio Isaac.

1. Regũ. 1.

4. Regũ 4.

Luc. 1.

Ioannem Christi præconẽ sustulit. Multiqúe alij singularem sexum à Deo eblandiuntur, quò non desit qui in maiorum hæreditatem succedat, in quem opes atque heriles facultates deuoluantur. Hæc diuini esse muneris nemo potest ambigere, eaque peculiarẽ effectum ex Dei voluntate obtinere. Cæterum de ijs nobis instituetur sermo, quæ ex naturaliũ causarum progressu emergunt, quæque natura vi sua insititia moliri soleat. Ipsa siquidem præparat corpus animæ moribus aptum, suumqúe temperamentum cuiqúe accommodat. Quum autem duo sint principia, ex quibus corpus humanũ coalescit ac generatur, quæqúe infanti progenitorum similitudinem, quæ sexũ inducunt, semen quod vtriqúe commune, Menstruus humor fœminæ solum peculiaris: similitudo consistit in virilis vel fœminei seminis facultate & viribus, sic vt vel vni, vel alteri assimuletur pro affluentia copiaqúe collati seminis: Sexus verò discrimen non ad semen, sed ad sanguinem menstruum refertur, quod mulieri tantum familiare & cognatum est, nam si semini ea vis ineesset, quum virile valentius sit ac calidius, semper patrem

Seminis vis.

Menstrui liquoris facultas.

sexus

sexus referret. Species itaque seu genus animantis tribuitur temperamento actiuarum qualitatum, quæ consistunt in caliditate & frigiditate, atque ad substantiam siue naturam materiæ subiectæ refertur, hoc est, ad menstrui sanguinis confluuium. Semen autem & vim generandi figurandique fœtus suppeditat, & materiam suggerit: mẽstruo itidem & simul materia inest & facultas. Vt enim semen ad materiale principium maximè confert: sic menstruum ad potentiale conducit. Est autem semen, vt Galenus ait, sanguis accuratè percoctus à vasis ipsum cõtinentibus: vnde sanguis non solum materia est generandi fœtus, sed & semen est potentia. Quòd vero tum sanguis mẽstruus habeat vtraque principia, hoc est, materiam & facultatem aliquid efficiendi, omnibus inconfesso est: sed semen quidem effectiuum fortissimum est, materiale vero exiguæ molis. Menstruum autem materiale quidem plurimum, potentiale siue effectiuum maxime debile. Iã verò si materiale gignendi principium, iuxta quod species animalis absoluitur, in solo menstruo esset situm, fœtus vtiq; exactè eiusdem cum matre speciei exi-

Lib. 2. de semine. Semen qd.

Menstruũ materiam suppeditat alendi fœtus.

steret: quemadmodum si effectiua vis in semine solum esset, semper patri foret assimilis. Quando verò vtrumque ambo principia habet, ac prædominatur in mē struo quidem materiæ copia, in semine autem facultatis & roboris: meritò, vt Galenus testatur, speciem à matre potius suscipit fœtus, quàm à patre: etiamsi ipsius semen ad materiale principium conferat sed debilius. Similitudo vero, etsi imaginatio in ea re maximum momentum obtineat, non tam ad matrem, quàm patrem refertur, licet maior vis sit in virili semine, muliebris enim genitura, quum facultatem ex menstruo per noueni menses prodeuntem assumpserit, tanto èxuperat, quãto circa primum congressum superabatur. Proprium enim mulieris semini est, suam ipsius substantiam magis, quàm virilem augere ac roborare. Sic fœmina non solum materiam suppeditat elaborandi fœtus, sed vim, robur, ac facultatem conceptus perficiendi, licet muliebre semen virili familiare alimentum existat humiditatis scilicet ac tenuitatis ratione, eoque ad effingendum concinnandumque accommodatius. Vt enim ex cera molli ac

fluxa,

fluxa, vdaq; ac tenaci argilla artificis manus quiduis potest effingere: sic semē virile commistum confusumque muliebri semini & menstruo, formationi efficaciter insistit, atque hominis opificium omnibus suis partibus absoluit. Vel si ex natura rerum sumi velis harū rerum comparationem: quod in plantis terra, hoc in conceptu vterus. Vt enim plantarum semen terra indiget, vt ex ipsa nutriatur atque augescat: ita hominis semen matrem, quæ prolis desiderio afficitur, exigit: cuius humore, sanguinisque ex venis irrigatione fœtus alimentum capessit. Ex his conijcito, quanta solertia natura vtatur in concipiendo, formandoque homine, qui insita vi sensim adolescit, tacitisque auctibus ad perfectum robur prouehitur. In quo & illud inuestigatione dignum iudico, qua vi masculum vel fœmellam muliebris natura effingat atque emoliatur, quæ facultas mulieri potius, quàm viro asscribenda videtur abundantioris materiæ ratione, quæ consistit in mulieris semine & sanguine, qua toto gestationis tempore fœtus alitur atque irrigatur, in eamque molem augescit, vt enim virile semen cum pri-

Simile à cera ac vda argilla.

Terræ atq; vteri comparatio.

mis efficax mouendi principium est, denique instrumẽtum & velut artifex, quo opificium humanum perficitur. Muliebre tamen semen, conferente etiam suas copias sanguine, vberiorem materiã suppeditat, quàm vir, eiusque adminiculo fœtus absoluitur, suaq; specie distinguitur ita, vt vel marem vel fœmellam effingat atque emoliatur.

Epil:

DE PRODIGIOSIS MONstrosisque partubus, obiter quid designet Prouerbium QVARTA LVNA NATI, alia ratione, quàm in libello nuper à me edito, tractatum. Cap. VIII.

NAtura humana, eiusque partes generando homini destinatæ, si optimè constitutæ sint, nec in his quidquam desideretur, speciosa quæque profert, suique generis animal producit omnibus numeris absolutum. Quòd si quid vitij subsit, aut perplexa confusaque sint semina, aut aliter quàm res exigit, conuoluta ac conglomerata generandi prin-

Vnde monstrosa corpora.

principia, multiformes ac prodigiosos partus, monstrososque fœtus efformari contingit. Non desunt qui ex astrorũ cõtuitu, influxuq; siderũ, atque in scelerum vindictã multa portenta prouenire contendant. Quod vt vero consentaneũ, sic ex vitiosa vteri constitutione, ex sordido corruptoque semine, atque enormi concubitu, magna ex parte hæc euenire contenderim. Vt enim in opere fusili si materia impura sit, minusque defecata, si vasculum aut receptaculũ obliquum, amfractuosum, hiulcũ, anguloſum, distortũ, rimosum, voluminibus implicatum, dissolutum, maleq; cohærens, ridiculas imagines, absurdaque simulachra, atque aspectu horrenda produci videmus: ita si loci malè constituti sint, si vterus in alterũ latus inclinet, ineptaque sit, ac malè temperata materia, nunquã natura decentẽ, exactamque formam expresserit. Sic mulieres Belgicæ potissimum quæ oras maritimas accolunt, quum tumultuosæ sint atque inquietæ in peragendo concubitu, alienas, insuetasque formas subinde embrioni inducunt, nec solũ molẽ, hoc est, rudem, informem, atque inelaboratã massam quæ ferri aciẽ respuit, proferunt, sed

Simile ab arte fusoria.

Mulieres Belgicæ in locis maritimis.

Mola matricis.

quiddam deformi ſpecie, quod palpitet, ac vitale exiſtat, formamque inchoati operis obtineat, qualem artifices rudiori penicillo adumbrare ſolent, Nautę ſiquidē, quibus ferè ſunt addictæ, vbi ex lōga, diutinaq; peregrinatione, ouātes in portū ſunt delati, plenisq; velis oſtia ſubeūt, confeſtim vxores ſuas ineūt, nulla habita menſtrui decurſus ratione, nec obſeruato interlunio, Lunęque coitu, quo tempore ob menſium defluxum cōgreſſus noxius eſſe ſolet ac pernicioſus. nequit enim ſemē coaleſcere, nec debitè cū muliebri ſanguine vniri. Quò fit vt genitura vel effluat, vel ſi omnino cohęrere cōtingat, nō poſſit natura confuſam maleq; cohærentē materiam elaborare. Nec ſolum virorū incontinentia culpanda eſt, verum & mulierum, quibus quum iam pridem non ſit rei Venereæ facta copia, vltro ſe nonnunquam viris ſubijciunt, atq; auidè ſemen rapiunt, vt famelici cibum, ac Cerberus offam. Eoq; fit vt vteri facultas aut prorſus à ſpe generandi excidat, prolisq; ſucceſſu fruſtretur, aut ſiquid efficere tentet, operiq; manum admoliatur, monſtroſam quandam formā ab hominis ſpecie prorſus alienā embrioni inducat. Nōnunquā

Intemperātia Veneris infantis noxia.

poſt

post trimestre spaciũ fœda illa colluuies effluit, ac frustulatim, confertimq; erũpit indigesta congeries, quasi nauem sentina exhauriri contingat. Huic affinis est efflu xus quidã multis torminibus, pressurisq; mulieribus infestus: nostrates, quod quarta silentiq; luna, cuius vi menses defluũt, conceptus inchoari cœperit, Lunarẽ partum, aut populari voce Manekindt indigetant. Perficitur autem spurius hic conceptus nonnunquã citra virilẽ operã ex imaginaria venere in ijs quę admodũ pruriunt, impẽseq; sunt salaces ac lasciuæ, sic vt ex crebro virorũ cõtuitu cõtactuq; muliebrę semen cũ sanguine menstruo conglobari cõtingat ac coalescere, ipsamq; facultatẽ vteri, atq; insitum calorem rudimentum aliquod animantis meditari. verum quum desit causa formalis, nempe viri semen opificis rationem obtinẽs, materia, quã mulier suppeditat, alienã, absurdamq; formã ascisc it. Nonnunquam tale quiddã mutua viri opera conficitur, quũ vir quarta Luna, silentiq; sidere, ac quarto à lunę coitu die quo mẽses defluũt, mulierẽ subigit, nõ obseruato naturę cursu, vt qui fluctui obnititur, æstuq; aduerso nauigationem instituit. Id nostrates contra lunam

Conceptus non naturalis eijcitur.

Virile semẽ opifex fœtus.

lunam micturire prouerbiali figura, Latini Quarto Luna natos vocant, Quod inauſpicata vitæ principia habeant, præterque naturæ ordinem ac modum generationis primordia ſint conſequuti. Quò fit vt infelicem plerumque in aggrediendis rebus ſucceſſum obtineãt, qui tali ratione concipiuntur. Siquidem quum erumpentibus menſibus mulieri vir commiſcetur, ſiſti fluxum contingit obducto viri peſſulo, labentemque ſanguinem reſilire, ac regurgitari. Cuius experimentum capere licet ex dolijs, cadisque vinarijs, atque in ſanguinis è naribus fluxione, in quibus profluentẽ liquorẽ immiſſo embolo, licioq; contorto cohibemus, ac reſtringimus. Hoc autem nec conſultũ nec neceſſe eſt promanãtem ſanguinem ſiſtere, quum virile ſemẽ tali vligini commixtum non poſsit purum putumq; hominem efformare. Materia ſiquidem eſt improba atque inhabilis, minusque apta, vt concinnã formã decentemq; figurã aſſequatur. Quò mihi iuſta ratione, idque ex Dei præſcripto inhibuiſſe viſus eſt Moſes, nequis congrediatur fœminæ huiuſmodi inquinamentis conſpurcatæ. Dici enim vix queat quid labis ac cõtagij his in-

Vulgare prouerbiũ Teghens de mane ghepiſt.

Simile à dolijs vinarijs.

inferatur, quid detrimenti, quæ valetudinis incommoda concipiant qui ad eum modum cõstituta fœmina, cupiditatibus suis impotentius indulgent, illamque auidius amplexantur. Sensim enim serpit cõtagio, totumq; corporis habitũ inuadit, atque elephantiasi, lueque Venerea tacitè inficit. Quod equidẽ peragit celerius, vbi mulier cõtagioso aliquo morbo, quod ferè prostitutis nunc vulgare est, sit imbuta. Sic enim præsentaneo venæno obuia quæque polluit, contactuque omnia fœdat. Quamobrem non est, quod quisquam magnopere miretur, vnde tot monstrosi partus, tam deformes hominũ species, tot passim ficosi, mutili, distorti, vari, repandisq; cruribus, tot circa podicẽ, atque in inguine condilomata, bubones, tumidæque marisc æ: quod ad animũ vero attinet, tot passim stupidi, obliuiosi, bardi, blitei, deliri, stolidi, rationis inopes, amẽtes: quum non aliũde, quàm ex enormi decubitu, atque intempestiua Venere, hęc proueniant, vel potius ex vitioso, corruptoque progenitorum semine in posteros deriuentur. Hinc secũ quisque expendat, quàm sint crudeles in sua pignora, qui illa tantis malis inuoluunt, quales

Menstruo inquinata intacta esto.

Bubones inguinis, Clapoores.

Vnde in corpore & animo mõstrosæ species.

Quarta luna nati, vulgo tegheus de mane ghepist.

les præ cæteris existũt qui Quarta Luna, hoc est, profluente mensium illuuie, concubitum non exhorrescunt, liberisq; propagandis operam impendunt. Hoc enim efficiunt vt quos excitant liberos, omnibus dotibus, naturæque muneribus, quibus bene nati abunde fruuntur, destitutos esse contingat. Ad nullas siquidem functiones obeundas, ad nulla munia, nullasque res præclaras sunt appositi. Quod si attentare quippiam pergãt, nullum habent in rebus aggrediendis successum, nullumque optatum aut prosperum euentum. Sunt enim inabsolutæ naturæ, vt qui naturales facultates, quæque ad actionem hominibus sunt adiumento, imminuta, mutilaque habẽt, atque imperfecta, idque non suo, sed parentum errore, qui præter decorum, contraque naturæ ordinem, negotium procreandæ sobolis sunt aggressi. Quò effectum est, vt multa illis subducta ereptaque sint, aut saltem parcè & malignè distributa, quæ alijs effuse atque affluenter obtigerunt. In animo verò nõ minus grauem iacturam patiuntur. Sunt enim à cõmuni humanitatis sensu prorsus alieni, stupidi, obtusi, inertes, nec præstantia do

ctri-

ctrinæ,nec acumine ingenij,nec inuentio nis ſubtilitate, nec conſilio aut prudentia, cæteris vlla parte conferendi. Superioribus annis me vſa eſt medico,mulier quædam inſularis, quæ quum ex nautici generis homine concepiſſet, in tantam, tamque inuſitatam molem illi cœpit intumeſcere vterus,vt non videretur ſuffectura geſtando oneri. decurſo exactoque nouem menſium ſpatio, quod anni dodrantem conficit, accita obſtetrice, primum magno conatu ac molimine maſſam quandam informem enixa eſt, quam ſuperfœtatam poſt legitimum conceptū conijcio, cui vtrinque anſæ duæ annexæ erant in brachiorum longitudinē ac modum exporrectæ, palpitabat autem, lliique vitale quiddā ineſſe viſum eſt, vt ſpōgiæ & vrticæ marinæ quas noſtri Elſchouvve vocant,quarum innumeræ æſtate in Oceano fluitant, exemptæque mari diffluunt, ac diutius manibus contrectatæ liqueſcunt inducto pruritu ac mordaci vredine, vnde nomen id obtinuerunt. Poſtmodum monſtrum delapſum eſt ex vtero,adunco roſtro, longo,teretique collo, oculis vibrantibus, cauda accuminata,eximiapedum agilitate. Id poſt primum

Rei geſtæ narratio.

primum lucis intuitū cōclaue ſtridoribus implet, atque vltro citróque diſcurrens, latebras perſequitur: tandē mulieres pul uinis impetunt, ac ſuffocando perimunt.

Sanguiſugæ in corpore muliebri.

Hoc monſtri genus, quoniam hirudinis more, ſugillando ſugendoq́; fœtui infeſtū eſt, ac ſanguinē adimit, Sanguiſugam nominant, vulgo Suygers. Poſtremo mulier hæc plus ſatis delaſſata, non ſine ſummo vitæ diſcrimine prolem maſculā edidit à monſtro ita excarnificatam vt à ſacra lotione quā minimū vitę ſupereſſet: mulier verò egrè refocillata, quas moleſtias, ac torturas perpeſſa ſit, optima fide mihi enarrauit: illiq́; preſcripſi ſaluberrimā vitę ration ē, tum quæ reſtaurandis firmandiſq́ue viribus ſunt accommoda, Erat enim prorſus elumbis, atque eneruata. Hæc & pleraq́; alia documento cuique eſſe debent, vt in congreſſu mutuo omnia decē ter, debitoq́; ordine peragantur, ne quid incommodi aut detrimenti naturæ contingat inferri. Qua in parte acriter increpandi videntur iactabundi quidā, qui nihil non ſibi permittunt in præſtanda Venere, nec vllas leges ſibi præſcribi patiūtur moderandæ voluptatis. Siquidē nulla habita concoctionis, aut cruditatis ratio-

Solaces notantur.

tione, nullo noctis aut diei discrimine, neglectaque eius rei opportunitate, quũ lubet, suis cupiditatibus indulgẽt, ac libidini identidem obsequuntur, tantumq; inesse sibi virilis roboris iactitant, vt nulla concumbendi assuetudine satientur, nulla cõtinuatione lassescant. qui λάσαυροι ignorare mihi videntur, in quem vsum genitales partes homini sint attributæ, vt quas non in fœtificandi vsum, ac propagandi successionem, sed ad obscœna opera accommodant, atque ad sterilem infœcundamque voluptatem cõuertunt: sed hi tandem profusæ effrenisque libidinis pœnas persoluent, mẽbris, articulisq; podagra, ac chiragra contortis.

Podagra ex Libidine.

QVA RATIONE MASCVlum, qua fœminam procreare possit, qui eius rei sit auidus: obiter ex qua causa Hermaphroditi, hoc est, vtriusq; sexus homines generentur.

Cap. IX.

SI quis procreandi sexus virilis sit auidus, aut denique fœmellæ desiderio teneatur, hoc illi in primis persuasum

Deus prima conceptus causa.

esse cõuenit, istarũ rerũ successum, atque auspicata principia à Deo Opt. Max. impetranda, penes quẽ effectus huius causa prȩcipuè cõsistit. Fit enim nõnunquã, cõstantibus etiã beneq; cõstitutis facultatibus naturalibus, vt vel sterilescãt homines, vel orbari prolibus cõtingat, Quod Deus per Oseã his cõminatur, qui præter eius institutũ illegitimo cõcubitu se cõtaminant, aut aliundè, quã à Deo fœcunditatis subsidia petunt. Quia, inquit, Baëlphegor, hoc est, Priapi statuam ac simulachrum adierunt, atque addicti fuerunt turpitudini, auolabit gloria eorum ab vtero, à conceptu, à partu: Dabo eis vuluam sterilem, & vbera arentia: radix eorum marcescet, nec fructum vllum proferet. Quòd si genuerint, interimam amantissima vteri eorum. Quæ documento cuique esse debent, irato Deo omnia inauspicato tentari, atque improsperum successum consequi. Tale quiddam minatur etiã apud Ezechielem Deus superstitiosis mulierculis, quòd Adonidem, hoc est, Veneris amasium deflerent, qui ab apro dilaceratus circa inguinã, erecta statua quotannis coli cœptus esset. Cæterũ si is homini-

Cap. 9. Sterilitas à Deo.

Baëlphegor 9d.

Cap. 8. Idololatria & superstitio infœcunditatis causa.

nibus non sit infensus, omniaq; sinat decurrere naturæ ordine, suisq; legibus ferri, nihil vetat externa præsidia accersere, ac naturæ imbecillitati adminiculari, siquando ex occulta quadã, ac latenti causa frustrari quenquã liberis, atq; inanem subire laborẽ contingat. Duo itaq; sunt, quibus potissimè concubitus perficitur, queq; ad liberorũ propagationẽ sunt adiumẽto: primũ humor genitalis, qui partim à cerebro, totoq; corpore, partim ab hepate sanguinis officina diffunditur. Deinde spiritus per arterias à corde promanãs, cuius vi pudẽdũ erigitur ac rigescit, cuiusq; impulsu materia seminis foras erũpit, atq; eiaculatur. His accedit appetit° ac concubandi desideriũ, quòd vel imaginatione excitatur, vel ex cõspectu contuituque ac contactu venustarũ mulierum accẽditur. Quibus præsidijs quisquis est destitutus, eaq; vel languida habet, vel inualida, cum primis ineunda ratio est, qua naturę lapsus atque error corrigi possit, viresque naturales, tanquam luxata quædam aut collapsa restaurari. Vt enim steriles agros cultura atque industria hominum fœcundos effici videmus, stirpesq; atq; arbores infructuosas

Quæ generandi facultatem perficiant.

Simile appositum ab agri cultura.

adhibita cura vberrimos fructus producere, ita in excolendo hoc fundo ars medica ſtrennuè ſuam præſtat operam, ſummoque ſtudio naturæ vitijs medetur, ac velut agrum ſterilem adhibito lætamine reſtibuli fœcunditate inſtaurat. Sic calorem languidum, raros exilesque ſpiritus, ſiccitatem frigiditati coniunctam, partium genitalium, neruorumque imbecillitatem ad temperamentum reducit: obiter omnia amoliri tentat quæ homini progenerandæ ſobolis ſpē adimunt. Cæterum quum alimenta qualitates etiam elementares immutare ſint apta, atque infelicem corporis habitum ad commodiorem transferre: neceſſe eſt, vt eiuſmodi conditionis homines cibis vtantur, quibus natura fœcunda effici poſſit, ac propagationi ſobolis idonea. Inter ea autem quæ Venerem excitant, ac ſeminis generationi ſunt accommoda, cibi numerantur laudabilis ſucci, quique probè nutriant, ac corpus vegetum reddunt, ac ſucculentum: cuius facultatis ſunt calida & humida. Conficitur enim, Galeno teſte, ſeminis ſubſtantia ex ſyncera excoctaque ſanguinis ſuperfluitate, ſimul & flatuoſa. Plerisque autem vis ineſt augendi

Quæ ſemē virile accumulent, ac Venerem excitent.

gendi cumulandiq́ue ſeminis, non nullis efficacia incitandæ mouendæq́ue tentiginis, atque humoris propellendi. Edulia quæ materiã ſuppeditant, oua ſunt gallinacea, Phaſiani, turdi, merulę, ficedulę, Gallinagines, pipiones, paſſerculi, perdices, capi, pullaſtri, amygdala, nuclei pini, vuę paſſæ & Corynthiacę, vina omnia generoſa, dulcia ac meraca potiſſimũ quę ex vua Apiana (quã muſcatulã vocãt) exprimuntur, Partes verò genitales erigũt, ac prurigine afficiunt Satyrion, Eriagiõ, Naſturtium, Eryſimum, Paſtinaca, Cinara, Cepæ, Napi, Rapæ, Aſparagi, Zinziber conditum, Galanga, Acorus, Bulbi, Cochleæ marinæ. Ervũa.

Materia accumulandi ſeminis.

Muſtarol= Eryngium.

Et quæ frugifero ſeritur vicina Priapo,
Excitet vt Veneri tardos Eruca maritos.

Columel. lib. 10.

Quæ (vt alia pleraq́ue) lumbos incitant, atq; homines impendio ſalaces efficiũt. Vt enim Sclopetas ac Bombardas primũ puluere tormentario inferciri videmus, ac globis oppleri, deinde adiecto efficaci puluiſculo, fumãti ſtupa vel ignito funali incendi, globumq́ue violento ſtrepitu exturbari: ſic in hoc opere duo concurrere eſt neceſſe, ne irritus ſit conatus, conglobati ſcilicet ſeminis copiam, &

Accommodata ſimilitudo à bombardis.

vim quandam ſpiritus flatuoſi, qua explodi ſemen poſſit, atque in vteri receſſum recondi. Quòd ſi huiuſmodi machinæ caſſæ ſint, atque euanidæ, aut denique nitroſus hic puluis inſyncerus, atque adulterinus, nullam in proſternendis mœnibus, diruendiſque vallis vim obtinent, nec horribilem vllum ſonum proferunt, ſed exilem quendam ſtridorem, inanemque ſtrepitum edunt, vt luſitantium puerorum inflatæ veſicæ. Hinc noſtrates Salinariæ ignauos quoſdam qui incaſſum, nulloque operæ fructu mulieres fatigãt, detonare quidem dictitant, ſed nullam ſubſequi pluuiam, nec internas partes, atque vteri receſſum roſſido liquore madeſcere, atque irrigari. Habent ſiquidem illi inflatas venas, ventoque turgidas, ſed ſemine deſtitutas. Quamobrem ſi vxoribus gratificari volunt illasque peculiari officio demereri, qui matrimonio ſunt addicti, non tenui apparatu ſe inſtruant, nec in hanc paleſtram inermes deſcendant, alioqui tetricas illas experientur, ac moroſas, nec vlla in parte dicto audientes. Quum autem commeatu affatim fuerint inſtructi, captanda opportunitas, qua poſſint non ſine fructu ſe operi accin-

Puluis nitroſus, Buſpoer.

Muliebre prouerbiũ in eunuchos.

Qua re vxoribus gratificandum.

cingere. Quod tum demum est tempestiuum, quum menstrua illuuies sit expurgata. Ea siquidem sentina prohibet coalescere ac fermentari semina, efficitque vt vterus sit conceptui inidoneus: Defluxis itaque mensibus, vteroq; exactè defecato, nullo enormi concubitu, nullisque validis concussionibus, procreandis liberis insistant, completoque opere, mulier clementer ac placidè in dextrũ latus deuoluatur, capiteq; decliui, ac subsidẽte corpore in somnũ resoluatur. Hac enim ratione in dextrũ vteri sinum deriuari semina, ac masculum elaborari continget. Cæterũ anni tempus, regio, cuiusque ætas, alimenta calorifica, maximum in hac re momentum obtinẽt. Aestas siquidem modo ne nimis feruida sit ad masculi conceptum accommodatior, quòd semen ac sanguis menstruus ex ambientis aëris qualitate plus caloris concipiat. Regio quoque calida, ætas adulta, plenæque pubertatis, tum hispida hirsutaq; corpora ad producẽdos mares magis apta. Interim multa sunt quæ vi specifica ac latẽti, abditoq; effectu his perficiendis sunt accõmoda. Sic Mercurialis, quã in marem ac fœminam discriminãt,

Modus co- *cipiendi.*

Masculus quando cõcipi contingat.

Anni tempus operatur ad masculo.

Regio et Ætas.

Herba Mercurialis.

efficaciſſima predicatur in ſui generis ſexu proferendo, adeo vt maſculi decoctũ aut ſuccus diebus quatuor à primo purgationis die bibitus, procreandi maris vim vtero conferat: fœminæ verò ſuccus totidẽ diebus, pariſque modo aſſumptus, fœmellæ proferendæ vires ſuppeditet, præſertim ſi iam ſiſtentibus menſibus vir mulieri cõgrediatur, amplexuq; mutuo concaleſcãt: hac vt opinor, ratione, quòd ille dextrũ vteri ſinũ, ac cauitatẽ expurget, caloreq; foueat: iſta ſiniſtrũ. Quò fit vt ſublato humore frigido, mulier conceptui efficiatur idonea. Vt enim in paluſtri atq; vliginoſo loco plãtarũ ſemina ſuffocantur, nec facile in ſtirpẽ emergunt: ita ex frigidi humoris redundantia ſemina ſtrangulantur adeò, vt vis ac facultas muliebris vteri nequeat vllam ſpeciẽ ſexũque emoliri. Non diſſimili ſunt effectu Seſeli maſſilienſe, ſaluia, nux myriſtica (quam muſcatam vocant) cinamomum, xilocaſia, zeduarium, agalochum ſiue lignum aloẽs, partheniũ, calaminthæ ſpecies, orminium, dictamnum, heleniũ, iridis radix, laſerpitij ſuccus, eiusque generis innumera, quæ & flatus diſcutiunt, & locos ſitu, denſaque fuligine obductos abſter-

Mercurialis quo effectu in excitanda prole.

Simile à fundi natura.

Quæ humiditatẽ vteri expugnent.

abstergunt,atque illos,vt exculta noualia sementi præparant,sic alia alijs viribus effi ciunt,vt vulua minus lubrica sit ac muc cosa,vtq; semen tenacius inhæresçat: Cu ius generis sunt succini seu electri spe- cies,quæ ambari nomine omnibus innotescunt,ramenta eboris, styrax calamita, cornu ceruinũ , rhos vulgo sumach,blattæ bizantinæ,semen myrti, galbulæ, nucesque cupressi,thus,eiusque cortex,mastiche,britannica,gariophylata,pẽtaphyllon,rosæ rubræ: Quorum nonnulla foris admota, quædam intra corpus assumpta, vtero robur conciliant, consumptoque superuacaneo humore,rimosam, hiãtemque vuluam constringunt,ac retinendi semínis vim conferunt. Et quoniam Cisalpinę mulieres vt plurimum histerica affectione, seu vuluæ strangulatu atque vteri vitijs infestari solent, necesse est,vt prę cę teris his vti consuescant. Quod si plus iusto arescant loci,ac sint retorridi,medicamenta ac cibi adhibendi , quæ moderatè humectent. Cæterum qui initi coniugij aliquam laudem cõsequi volunt,nec speratæ prolis desiderio frustrari,hanc sibi legem præscribi patiantur , vt concubitum per interualla,statisque vicibus peragãt,

Succinum, Ammer.

Aridus vterus quæ exigat.

ne sit frequentior, quàm res exigat, nec quàm expediat, rarior. Vtrunq; enim fœcunditati ęquè noxium, Siquidem semen profundere immoderatius, vires exhaurit, ac spiritus depopulatur. Diutius verò quàm par est, cohibere, atque à congressu desuescere, semen inefficax, atque euanidum, minusque virile efficit. Opportunitas quoq; eius rei spectãda, obseruandũq; tempus, quando potissimè cõgredi expedit, quãdo commodũ erit, quẽ animo cõceperis, quẽ meditat° sis sexũ procreare.

Auicennæ concilium in conceptione molienda.

Auicenna non proletarius, nec infimę sortis autor tempus modũque procreãdi sexus describit: Vbi, inquit, menses defluxerint, sitque absterſus vterus, quod quinto ferè die vsuuenit, aut septimo, si vir mulieri congrediatur, à primo quàm est purgata die ad quintũ, marem produci: à quinto verò ad octauum fœmellam: rursus ab octauo ad duodecimum denuo masculum: post illum verò dierum numerum Hermaphroditum. Horum effectuũ licet nullam causam adferat, probabilem tamen comminisci posse videor. Primis enim diebus elota vulua, humoreque sordido accuratè expurgato, plus caloris cõcipit vterus, quo virile semẽ potẽtius coa-

Auicennæ sententia explicata.

lescit

lescit muliebri, atque in dextrum vteri sinũ dirigitur, hepatis dextriq; renis vi attractoria, è quibus etiã sanguis calidus in alimentum futuri fœtus ijs diebus deriuatur: neque enim sinistræ partes vtpote alcioſę, ac frigidæ sanguinisque inopes, statim à purgatis mensibus aliquid conferre possunt: sed serius, ac parcius sanguis depromitur à sinistræ partis venis, quas emulgentes vocant, quæ splenem, renemque sinistrum perreptant, sic vt post quintum demum diem, vsque ad octauum ex illis aliquid sanguinis confluat, quo fœtus alendus est, ita quum istę partes vires suas obeant, cessentque dextræ, ex situ loci atque alimenti frigidi ratione fœmella effingitur. Post octauum diem dextræ partes rursum conferendi sanguinis munus sibi assumũt, atq; ex illis denuo scaturire sanguis incipit masculo saginando. Post hunc dierũ curriculum, quoniã ex omni parte impromiscuè sanguis mẽstruus erũpit, ac vulua ex frigidi humoris affluxu plus satis vda efficitur, semẽq; neutri parti associatur, sed in media vteri capacitate fluctuat, Hermaphroditũ cõfusa inter se semina moliũtur, qui cõceptus modo ex dextro, modo sinistro sinu vires formãq; ac-

Venæ emulgẽtes quæ.

Hermaphroditæ.

accepit,atque vtriusq; opera vtitur.Hinc Androgyni nobis emergunt,seu Hermaphroditi. Quæ vox à Mercurio ac Venere appellationẽ sortita est. Nonnunquã vitiosus hic,infamisque conceptus ex indecoro concubitu cõflatur,quum præter vsum ac commoditatem exercendæ Veneris vir supinus,mulier prona decumbit magno plerumque valetudinis dispẽdio, vt qui ex inuerso illo decubitu hernioſi efficiantur,præsertim quum distento oppletoque cibis corpore inusitata hæc inconcessaque Venere vtuntur.

Quid Hermaphroditos gignat.

Enormis concubitus detestãdus.

AN EXCREMENTO MENstruo fœtus alatur, & an adolescentulę concipere possint, priusquam menses profluxerint.

Caput X.

CONcubitum admittere nõnullas duodecimo ætatis anno; multis (non sine maximo naturæ incommodo ac valetudinis dispendio) vndeuigesimo nõ profluere menses, quotidiana experimẽta comprobant. Itaque sciscitantur plerique, an quum matura, sit aptaque viro mulier, mẽsibus nondum profluentibus, conceptui sit

sit idonea: Multi in ea hærent sententia, vt id fieri posse negent, nec cõcipere nisi à mẽsium profluuio, qui mihi veritati cõsentanea dicere videntur. Quum enim adminicula desint quæ conceptum adiuuant, atque humore quo fœtus alendus est, vterus sit destitutus: qui fieri posset, vt conceptus perficiatur? Matronæ autem nostrates præsertim quæ obstetricãdi munus obeunt, ab arboribus sumpta similitudine sic ratiocinantur: Quemadmodum nulli stirpi fructus denegatur, quæ floscu-lum producit, nullaque arbor sterilis, quę floresçit, omnis vero arbor infœcũda, quę floribus spoliata est: Sic adolescentulæ, quibus non efflorescunt menses, non implentur, nec vterus concepto semine in fructum extumescit, aut protuberat. Proiectioribus autem tantisper inesse propagandæ sobolis facultatem, viresque fœtificandi insitas, dum menses profluunt. Quum enim huius excrementi confluuium homini generando materiam suppeditet, maris semine, coaguli fermentique more, hoc in sese conglomerante, fit vt nec ante humoris illius effluxum, nec quum fluere desijt, mulier possit concipere: nimirum nutrimento, quo fœtus alitur,

Fluxus menſiũ eſſe dit conceptionis argumenta.

Simile à florentibus arbuſtis.

Menſibus deſinentibus deſinit fœcũditas.

alitur, atque augescit, destituta. Cæterum hic alia suboritur quæstio: Sitne mẽstruũ vtile excrementum, alendoque fœtui accommodum: an fœda tãtum illuuies, quę stato tempore, certisque periodis, ceu sentina exhauriatur. Scio equidem ita videri Plinio, ac plerisque alijs, qui menstruo vim monstrificam, ac pernicioſam adtribuunt, idque exaggerant in immensum, ac miris modis hoc virus exagitant. Sic Iuuenalis arrepto hinc insectandi argumento, viros in mulieris odium concitat, illudque tota Satyra agit ex professo, vt concepta illarum despicientia, nunquam se alligari coniugio patiantur. Noui equidem, quàm sordida res sit mensium proluuies, & quas noxas inferat supra legitimum tempus cohibita huiusmodi sentina, magnaque ratione ex Dei præscripto inhibuisse Mosen ne vir mulieri cõgrediatur tali vligine inquinatæ. Sic & gonorrheos, hoc est sanguinis profluuio obnoxios pollutosque ex hominum cõsortio ablegat, lustrarique præcipit. Similiter Esaias quò extremas, summeque abominandas sordes indicaret: Omnes, inquit, iustitiæ nostræ tanquam pannus menstrui illuuiæ, inguinisque tabe ac sanie

Menstrui profluuium in quem vsum.

Plinij in hoc talis errores.

Sat. 6.

Leuit 18 & 20.

Deut. 23.

nie contaminatus. Quæ tametsi vera esse constet, idque legislator ex supremi numinis consulto rectissime præscripserit, nequem fœdo congressu inquinari, aut quicquam labis & contagij contrahere contingat: non conuincunt tamen superuacaneam esse huius humoris scaturiginem, nec quicquam ad fœtus nutritionem adferre momenti: quum Hippocrates professionis medicæ conditor, eiusque affectator Galenus, multis locis testificentur sanguine menstruo fœtum ali, eiusque ex venis defluxu infantem incrementa suscipere. Sic Galenus: Sanguis, inquit, semenque genitale, generationis nostræ primordia existunt, quæ ex ipsis principijs tanquam radice oriuntur. Sanguis ceu materies quędam apta, concinnaque, & artifici ad quiduis sequax: Semen opificis rationem obtinens. Rursus in Commentarijs Aphorismorum, Sanguis menstruus alterum generationis nostræ principium natura humidum est. Huc spectat Aphorismus Hippocratis: Mulieri vterum gestanti si purgationes eant, impossibile est fœtum esse sanum. Subducitur enim illi sanguis, qui

Menstruatis abstinẽdum.

De tuenda valetudi.

li. 1. Apho. 14.

qui alimenti ratione à toto corpore in vterum dirigitur. Si igitur profluentes mẽses vires infanti eripiunt, illumque alimẽto frustantur, necesse est, vt quando cohibentur, ac subsistunt, prosint, totoque gestationis tempore nutrimenta suppeditent. Quòd si nihil conferant, nec ex his quicquam assumatur in fœtus nutricationem: quid cedo causæ est, quòd grauidis ac lactantibus inoffensè citraque vllum incommodũ menses subsistunt? Cuius non alia adferri ratio potest, quàm quod in lactis vbertatem absumatur, vel alendo fœtui sit vsui. Quò autem hæc quæstio plenius explicari possit, Dilemma hoc subijciam. Si menstrua nihil conferunt ad fœtus alimentum, concipere mulieres possunt, etiam si illa non profluant, quum natura ex venis sanguinem possit elicere in fœtus alimoniam. Si verò conferunt, atque alendo, fouendoque infanti sunt adiumento, concipere non possunt, nisi profluant. Aristoteles autem disertè hunc nodum dissoluit, Conceptus, inquit mulierum à profluuio menstruorum sua natura contingit, & quæ his carent, steriles magna ex parte existunt. Verum fieri potest, vt aliquæ etiam sine eorum

Lacte madescunt vbera, vbi menses subsistunt.

Dilemma autoris de menstruo profluuio.

Hist. animalium.

rum profluuio concipiant, videlicet quibus tantum humoris in vtero colligitur, quantum reſtare ſolet ijs quæ purgantur. Siquidem nonnullis in vtero humor inhæret, ſed non tantus vt erumpat ac foras profluat, qui tamen ſufficere poſſit ad nutriendum fœtum. Pleræque etiam dũ menſes profluunt, imprægnantur, poſtea concipere nequeunt, quibus vulua ſtatim à purgatione comprimitur, nec amplius dehiſcunt loci. Id ipſum Galenus diluci- De vul. ſe.
dè his verbis explanat: Vaſa vuluæ quæ in partem interiorem penetrant, ex quibus menſes profluunt, quum mulier conceptura eſt, ora aperiunt. Conceptionis verò tempus eſt inceptis iam menſibus, vel præcipuè ceſſantibus. Quanquam enim reliquo etiam purgationis tempore aperta hæc ora ſint, non tamen concipere vllo modo mulier poteſt, quum ſemen nequeat in vtero contineri, ſed ab influẽtis ſanguinis copia eleuatur. At deſinẽtibus, vel incipiẽtibus mẽſtruis, & ora aperta ſunt, & menſtruum non confertim, ſed paucum ac ſenſim effluit, quaſi humore quodam roſido inſudante, quo vterus madeſcit, vnde efficitur, vt ad aſperitatem vuluæ ſemẽ adhereat, ſatisq; alimenti ex

sanguinis confluentis stillicidio cõsequatur. Ante enim quàm menses se proferũt, conceptus ob id fieri nequit, quia alimẽto caret, nec semen adhæresc it: nam eo tempore occlusis vasis vulua læuis relinquitur, semen propter læuorem ac vitreã politiem defluit, nec vniri potest ac coalescere: aspera siquidem ac scabra magis, quàm extersa ad coalescendum ac ferruminandum sunt idonea. Hinc scorta quæ crebrius se viris subijciunt, atque identidem subagitari patiuntur, nó concipiunt. Quò spectat illa Hippocratis sententia: Quæ humidos habent vteros, non concipiunt, extinguitur enim in his genitura, vt plantarum semina in palustri atque vliginoso loco. Similiter quæ siccos aridosque habent vteros, progignendis quoque prolibus sunt inhabiles, necesse est enim locos sanguine modico madescere, ac menstrui stillicidio subinde irrigari. Quàm firmis autem rationibus nitantur, quamque validis argumentis opinionem suam fulciant, qui menstruis ad fœtus nutritionem vllam vim inesse negant, non discutio. Constiterit sanè illis opinionis suę ratio: ego nunquam in animum induxero, inutilẽ esse hunc humo-

Quur scorta non concipiant.

lib. 5. aph. 62.

Vteri humidi.

Longe a vera ratione sanguinis menstrui substantiam secernendi videntur: si vtrum qualitatem sanguinis menstrui consideraverint: aliter sentirent. Item, Cuperit an post graphium rem, sit sanguis menstruus talis, qualis ante graphium fuerit, et an ex sanguine menstruo nō defora to luce signat. Item. de nitra et de ex purgationibus in parua nota.

rē, nec quicquā prodesse ad fœtus generationem. Cùm enim omnibus ex æquo quæ inculpata valetudine vtuntur, ſtato tempore menſes decurrūt, quid aliud ſtatui poteſt, quàm in vſum aliquem dæpromi hunc humorem, nec venæni naturam obtinere, niſi vltra legitimum tempus in corpore reſideat, aut ex morbo, alióue vitio cohibeatur. Sic in plethoricis, hoc eſt qui plenitudini humorumq; redundātiæ obnoxij ſunt, ſyncerus etiam ſanguis, niſi perſpiretur, pūtreſcit, ac ſynochō inducit, febresq; alias cōtagio affines, in quibus exanthemata, multaq; papularū, ac variolarū genera in extima corporis parte erūpunt. Sic videmus ædes diu occluſas, flatibus ventisq; minus expoſitas, graueolentiā, ſitumq; contrahere. Quū igitur menſtruū ſit excretio redundantis ſanguinis, qui ob ſexus imbecillitatē nec calore cōcoqui, nec exercitio diſcuti queat ac diſſipari: neceſſe eſt illud ex Lunari concitatione atq; impulſu, ſuo tempore erumpere, eiusq; defluxu corpus expurgari, vel ſi ſiſti contingat, ac cohiberi, corruptelā induere, virusq; naturā aſciſcere. Quod ipſum nō fit vel nutriētib⁹ vel pręgnātib⁹ magno argumēto humorē illū oportuno

A ſimili.

Continuæ febres.

Simile ab ædibus occluſis.

Menſtruum qd.

Quæ menſtrua venæ nata.

tempore vsui esse, alendoq; fœtui nõ inutilẽ, non eum qui vtero diutius inhærens computrescit, sed qui à cõceptu ex venis distillat in vterum, totoq; gestationis tẽpore alimenta subministrat. Quò fit, vt si loci dehiscãt, ac mẽses profundi cõtingat infans aut non sit vitalis, aut valetudinarius existat.

ANIMAM NON A PARENtibus proseminari, sed infundi diuinitus, omnisq; interitus ac corruptelæ esse expertem, tum quoto gestationis die inducatur.

Caput XI.

NVlla re magis accenditur atque inflãmatur in amorẽ, ac venerationẽ opifícis humanus animus, nulla re propius sibi innotescit, q̃ quũ se intime explorat, mẽtisq; præstantiã fixi° cõtemplatur. hac enim ratione efficitur, vt homo in Deum mentẽ erigat, atq; in illius notitiã perducatur, calcatisq; sordibus ac vitiorũ cœno meminisse incipiat se diuinitatis esse cõsortẽ. Nec sanè exigui momẽti res est aut oscitãter, leniq; ac suspensa, vt aiunt, manu transigẽda, quòd homo ab opifice spiraculũ vitæ acceperit, atq; ad imaginem, Deiq;

Mens in Deum nos erigit.

Deiq; ſimilitudinẽ ſit conformatus. Cui muneris dignitatẽ ac prerogatiuã nemo in figura formaq; corporis ſitã exiſtimet, ſed in parte hominis interna, hoc eſt, in anima rationali conſtitutã. quę quũ ſit ſpiritus ethereus, ac ſubſtãtia incorporea ex diuinæ mentis archetypo deprõpta, hoc homini præſtat, vt Deo ſit ſimilis, diuineque eſſentię particeps. Corpus autẽ quoniã ex cõcretione materię, maſſaq; terrea conflauit opifex, mortale & caducum pro tẽpore eſſe ſuſtinuit: Animã vero quũ ex ſe ſuoq; inſpiratu nobis indidit, interitus, omniſq; corruptelæ immunẽ eſſe voluit, atq; expertẽ. Siquidẽ quũ imago Deique eſſentia ſit æterna, atq; anima ex illa dimanauerit, neceſſe eſt perẽniter illã ſubſiſtere, eandẽq; cũ ſua origine naturã ſortiri, hoc eſt, eſſe immortalẽ, atq; eternitati deſtinatã. Et quanquam nõ nihil labefactata ſit animæ vis, minusque expreſsè referat architecti imaginem, non tamen prorſus extincta eſt, quum vulnus manu hoſtili illi inflictum ſeruatoris munificẽtia ſit obductum, eiusque virtute reſtaurata omnia, quæ primi hominis vitio collapſa erant, ac fœdè deformata. Quod ſiquis huius diuini muneris vires experiri, eiusque

Homo Dei imago.

Deus collapſæ naturæ inſtaurator.

excellentiam ſpectandā ſibi exhiberi velit, in ſe ipſe deſcendat, ſuamque mentem in cōſilium adhibeat, ac ſedulo excutiat, profecto inueniet eximias ampliſſimasq; dotes, atque egregia ornamenta, quibus cuiuſque mens affatim eſt inſtructa, Rationem, intelligentiam, iudicium, delectumque rerum, ingenij agilitatem, memoriam, tum pleraque alia quæ euidēter euincunt pręſtantiorem eſſe animā, quàm vt corporea cēſeri debeat, aut corruptioni obnoxia. Hæc vna eſt quæ corpus viuificat, regit ac moderatur, illudque varijs actionibus inſtruit, multisque munijs exercet. Quò fit vt ex multiplici effectu, diuerſisque operationibus varias appellationes ſortiatur. Siquidem vt Auguſtinus ait, quum corpus animat, vitaque imbuit, "Anima dicitur: dum vult, Animus: dum ſcientia ornata eſt, ac iudicandi peritiam exercet, Mens: dum recolit ac reminiſcitur, Memoria: dum ratiocinatur, ac ſingula diſcernit, Ratio: dum contemplationi inſiſtit, Spiritus: dum ſentiendi vim obtinet, Senſus: Quæ omnia animæ officia ſunt, quibus potentiam ſuam declarat, ſuasque actiones exequitur. Hæc in celſiſſima parte corporis collocata, cœloque pro-

Animæ dotes & ornamenta.

Mentis vis & præſtātia.

De ſpiritu & anima ca. 34.

Animæ Varie appellationes.

Mentis ſedes.

proxima vim ſuam in reliquas partes efficaciter diffundit. Non eſt illa demerſa in ſanguine, non à progenitoribus, aut facultate ſeminali deriuata: ſed ab omni materiæ concretione, omniq́ue labe corporea aliena, recens à Deo creata opificio ſuo iam confirmato infunditur, nõ mutatitia, aut aliunde aſcita, vt ſtatuunt Pythagoræi Druidæ, qui abſurdam quandã μετεμψύχωσιν, hoc eſt, tranſanimationem induxerunt, qua perſuadere conati ſunt animas à morte alterius in aliena corpora demigrare, non hominum modò, ſed pecudum etiam ac belluarum: Quod ſic expreſsit Ouidius Metamorphoſis decimoquinto:

Si anima à Deo creata. Mens atq; anima incorporea. quod anima primo staminata creat, cum ſit autor boni.

Inepta animarũ transmutatio.

Morte carent animæ, ſemperq́; priore relicta
Sede, nouis habitant domibus, viuuntq́; receptæ.
Omnia mutantur, nihil interit, errat & illinc,
Huc venit, hinc illuc, & quoſlibet occupat artus
Spiritus, eq́; feris humana in corpora tranſit,
Inq́; feras noſter, nec tempore deperit vllo.

Hinc ſuperſtitionis huius aſſectatores eſum carnium ſibi interdixerũt, nefas arbitrati ex vllo animãtis genere quicquã deguſtare, ne, vt feſtiuiter ac falsè Tertullianus, bubulã de aliquo proauo quiſquã obſonet. Quæ perſuaſio Chriſtianæ profeſsionis hominib⁹ prorſus reijciẽda, quũ Orthodoxi certo ſtatuãt ſuã cuiq; animã

Tertulliani falsum dictum.

Animam rationalē quando homo concipit.

attribui,eamque tum demũ infundi,quũ fœtus omnibus ſuis mẽbris articuliſque fuerit delineatus, quod ferè quinto ac quadrageſimo à conceptu die fieri aſſolet,præſertim maribus,vbi nono mẽſe lucis huius auſpicia ſunt accepturi. Fœminis ſiquidẽ quarũ natura magis flaccida ad quinquageſimum diẽ formationis tẽpus porrigitur.Et quanquã non omnino certo fixoq; dierum numero hæc terminari poſſint.Hippocrates tamẽ exactiſsimè ad calculũ reuocauit, quo tẽpore infantis effigies,formaque abſoluitur,quo motum accipit, quo natiuitatem conſequitur.In libro ſiquidem de natura fœtus: ſi marem,inquit,trigeſimo die perfici contingat motum accipit ſexageſimo,menſeque ſeptimo in lucẽ prodit. Quòd ſi quinto & trigeſimo die formã acceperit, motu potitur ſeptuageſimo, menſeque octauo naſcẽdi primordia accipit. Si verò die quadrageſimo quinto legitimã formã adeptus fuerit, nonageſimo die mouetur,ac nono mẽſe natiuitatẽ cõſequitur.Ex quo dierũ mẽſiumq; decurſu ac ſerie, liquidò apparet formationis diẽ duplicatũ, motꝰ diẽ conſtituere,motionis verò triplicatũ naſcendi tempus commonſtrare. Verbi cauſa

Hippo: de fœtu genera libus.

Quoto dierum numero fœtus abſoluitur.

causa vbi trigesimus quintus formã perficit,is duplicatus,diem motus septuagesimum constituit, qui rursus triplicatus bis centum senosque dies seu septẽ menses conficit,si cuique mensi triginta dierum numerum assignes.Pari modo de reliquis ratiocinandum. Cæterum quũ fœmina tardius perficiatur, sitque eius gestatio productior,paulò diuersius subducitur ratio.Illa siquidem trigesimo tertio die formata,motũ accipit septuagesimo, menseque septimo nascitur.Quum verò quadragesimo à conceptu die illam formari contingit octuagesimo motu potitur,atque octauo mense in lucem producitur. Quòd si quinto supra quadragesimum die, conformetur, motum accipit nonagesimo,menseque nono eruptionẽ molitur : porro cui quinquagesimo die forma absoluitur,centesimo moueri incipit,ac decimo mense eluctatur,lucisque beneficio perfruitur.Hæc prolixius à me enarrata sunt,quò quisque intelligat animam rationalem tum demùm infundi, quum fœtus absolutam formam sit adeptus, suisque lineamentis exactè distinctus.Neque enim anima primo mẽse formationi fœtus insistit, sed facultas vteri,

Fœmella tardius masculo perficitur.

ac vitalis vis ſeminis magna ſolertia ope ri elaborando incumbunt, ac ſenſim ad diſtincta membra, exactamque formam prouehunt. Primis ſiquidem ſex diebus in oui ſpeciem ſemina conglobantur, lactisque cremorē referunt, ac fibræ quædam tenuiſſimo contextu telis araneārū non abſimiles producuntur, deinde ſubſequentibus nouem diebus ſanguinē & ſpiritum ſubminiſtrant acetabula ac venæ vmbiculares, ex quo primum effigiātur membra organica, quæque nutritioni ſunt accommoda, vtpote hepar, cor, ſplen, pulmones, cerebrum quæ à primo conceptus momento ad decimum octauum perficiuntur: poſtmodum ad quartum & quadrageſimum diem cæteræ partes conformantur, fœtusque vitalis eſſe, ac ſentire incipit, licet ob imbecillitatē aut non moueatur, aut tanta debilitate, vt geſtans id ſentiſcere nequeat. Hoc itaque tempore anima rationalis vterū ſubire creditur, ac naturales facultates ſeu potentias ſua vi imbuere, totumque opificium perficere. Quod ipſum Auguſtinus Moiſis teſtimonio cōprobat: ſiquis, inquit, percuſſerit mulierem vterum gerentem, & abortierit, ſi fœtus formatus fue-

Rudimenta humanæ formationis.

Quæſt. 32. Exod. 20.

fuerit,det animã pro anima : Si verò informatus fuerit,multetur pecunia. Quo conuincit animam non ineſſe fœtui,nec hominis nomẽ promereri, niſi omnibus lineamentis ſit conſummatus, exactamque formam conſequutus. Quum itaque iam formato corpore inſeratur, non eſt quòd quiſquam exiſtimet in conceptu illam cum ſemine deriuari. Siquidem ſi ſemini rationalis anima, quæ perenniter ſubſiſtit, ineſſet, aut cum illo proflueret, multæ, vt ille ait, quotidiano effluxu ſeminis,animæ euaneſcerent. Quamobrẽ non ex Adamo, aut progenitoribus illã propagatã credi par eſt: ſed ſingulis momentis creari infundiq; diuinitus. Quod hoc dicto ſtabiliri poſſe video: Pater meꝰ adhucuſque temporis operatur, & ego operor. Quo ſubindicat Deũ Opt. Max. & illi æqualem eiuſdemque eſſentiæ filium creandis conſeruandisque hominũ animis occupatum, illisque producẽdis intentum, quibus quodque animal ſubſiſtit, vitamque propagat ac tuetur. Quò ſpectat illud Pſalmographi: Homines & iumẽta ſaluat Dominus, hoc eſt, animalia quæque ſuſtentat Deus, ſuaque vbertate paſcit ac ſaturat. Qui quum vnicè

Ioan.5.

Pſalm.35.

erga

erga genus humanum afficiatur, peculiari munere ac dotibus hoc opificium instruxit. Alia enim ratio hominum, quàm belluarum, longeque illorũ conditione præstantior. Siquidem hominibus rationem, mentemque indidit, & quod reliquis animantibus negatum, in conditoris agnitionem perduxit, suaque diuinitate afflauit. Quam munificentiam quum agnosceret Iob, Ipse, inquit, docet nos supra iumenta terræ, & supra volucres aëreas erudit nos, quo indicat homines præstare cæteris animantibus, ac Deum suas dotes ac munera illis cumulatius impressisse. Hoc quoque singulari donatiuo, summique principis munere honorari, sunt destituti, inelaborati, imperfectique partus, effluxus denique præmaturi, abortusq; præproperi, ac præter humanam speciem enormiter monstrosi. Quorum non nulla licet palpitent, illisque vitale quiddam inesse videatur: nõ tamen ab anima rationali id sunt consequuti, sed à facultate formatrice, ac spiritu gignitiuo, quæ semini ac sanguini menstruo insunt. Hæc enim primis quadraginta diebus conceptum alunt ac vegetant, formamque hominis emoliuntur.

Dauidis locus explicatur.

Iob. 35.

Embryo primis mẽsibus hominis nomen non prometur.

Ha-

Habent quoque reliquæ animantes ſpiritum vitalem, reliquaſqúe animæ potẽtias, vegetantẽ & ſentientem, quas ex feminis facultate ſanguinisqúe effluxu cõſequuntur, atque illis in vtero augeſcũt, illorũqúe beneficio vita potiuntur. Quò ſpectat illud Leuitici: Anima omnis carnis in ſanguine eius eſt. Vita ſiquidẽ atq; animantis cuiuſque ſpiritus in ſanguine ſubſiſtit, eoq́; alitur ac fouetur, vt elychni flamma affuſo oleo. Quã animæ vim, vt optimè nouit Galenus, ita ingenue ignorare ſe fatetur, Animæ rationalis ſubſtantia quænã ſit, vndeque profecta. Qui ſi meliori philoſophia fuiſſet imbutus, nihil addubitaſſet pronunciare, Animam diuinæ mentis eſſe ſcintillam, ac ſpiraculum, quæ hominem à belluis diſcernit, atque immortalitati aſſerit. Propriã autem ſingulis animam inſitam, ac ſuo cuique corpori peculiarem, quum multa demonſtrent, tum maximè tãta in hominum moribus, ingenij, iudicijs, opinionibus, affectibusqúe diſſimilitudo & diſparitas iudicare mihi videntur. Siquidem quot homines, tot ſententię, & quod Horatius ait,

Milia quot capitum veniunt, totidem ſtudiorum.
Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor vſus,

Leuit. 17.

Galenus
qd ſit ania
ignorat.

Animæ quid.

Anima ſingulis diuerſa.

Lib. 2. Sermonum Saty. 1. Perſ. ſat. 5.

Vil Köpff, vil ſinn.

Velle

Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno.

Quæ non aliunde mihi prouenire videntur, quàm ex diuerſæ cõditionis animis, ac multiplici cordis varietate & diſcrimine. Finxit enim Deus ſigillatim, vt ait Da-
Pſal. 32. uid, corda mentesque hominum, ac ſuã cuique indolem attribuit, ſuæque naturæ ac conditionis animam conſignauit.
Sap. 8. Hinc Solomõ ſibi plaudit & gratulatur, quòd animum felicem ſortitus ſit, corpusque incontaminatum, animæ moribus congruens, & accommodum. Qua autem in parte collocetur anima, quámue ſedem occupet, multi veterũ in quæ-
Prouer. 4. ſtionem vocant. Philoſophi cordis meditullium illi aſſignant. Quod deſignare videtur ſapiens, quum inquit: Omni cura cuſtodi cor tuum, quoniam ex ipſo vita procedit. At Medici qui exactius naturæ opera ſunt perſcrutati, in cerebro illã conſtituunt, ex quo omnes ſenſus ac facultates animæ, omnesque actiones procedunt. Huius tamẽ vis per ſingulas corporis partes diffuſa, omnia membra calore fouet, ac viuificat, ſuisque viribus inſtruit. Cor verò tanquam vitæ fontẽ peculiari vi imbuit per arterias καρώτιδας ſeu ſoporarias iugulũ perreptantes, quibus præ-

præcisis sterilescunt homines, vel opple-
tis apoplexi feriuntur, necesse est enim
vias esse quasdam, atque arteriarum ve-
narumque decursus, per quos humores
spiritusque quum animales, tum vitales,
vltro citroque possint commeare, ac calo
rem natiuum ab anima concipere. Vt e-
nim triclinium quamlibet spatiosum lu-
culento igni incalescit, ac cœnaculum hy
pocausti halitu ac tepore quaquauersum
impletur: ita corpus animæ vires vndiq;
diffusas efficaciter percipit, suasque ope-
rationes illius munere exercet. Anima
siquidem licet vni loco affixa prædica-
tur, vim tamen suam longè, lateque dif-
fundit, atque in qualibet parte corporis
se profert suaque officia cuique membro
distribuit. Sic oculi, aures, nares, lingua,
pedum, manuumque articuli animę sunt
instrumenta, quorum ministerio vtitur.
Quòd si instrumenta, & quæ illi inser-
uiunt organa vel vitiata sunt, vel inepta,
vel impedita, minus exactè animæ mu-
nia perficiuntur. Quod in fatuis, senicu-
lis, infantibus, quique emotæ mentis exi
stunt euenire perspicimus, in quorũ non
nullis vel serius se facultates animæ pro-
ferũt, vel prorsus extinguuntur. Vt enim

Simile à calẽti foco.

Membra animi instrumẽta.

ignis

Simile à sopito igne.

ignis cineribus obductus non emicuit, ac sol densa atraque nube obiecta minus lucis exhibet: ita anima humidæ aut vitiosæ materiæ immersa caliginem quandam concipit, quæ menti offusa rationis lumen offuscat. Et quanquam in ætate

In pueris anima imperfecta instrumẽti ratione.

puerili minus illa eluceat, quàm in adulta: non est tamẽ quòd quisquã existimet illi suam inesse infantiam, ac sensim incrementa sumere, accessuque ætatis augescere, tum morbo senioque imminui. Quum sua vi, suisque dotibus ab ipso vitę primordio maneat instructa, nec enim sua ipsius substantia aliquid detrimenti accipit, sed instrumẽti, atque organi ineptitudo efficit, quò minus functiones suas obeat, suaq; munia exequatur. Quæ de re sequenti capite fusius tractare instituimus, quò corporis animæq; facultates plenius innotescant, & quã inter se consentiant, mutuisque morbis afficiantur, cuique pateat.

ANIMA, TAMETSI SIT INcorporea, nec ex concretione materiæ aut elementis constet: affectibus tamen exposita est, suasque sentit perturbationes, & pathemata quæ in corpus redundat.

Cap.

Caput XII.

QVum anima ſuas functiones & munia per corpus obeat atque exequatur, idq; domicilium circumferat, vt affixam teſtam cochlea: fieri magna ex parte ſolet, vt affecto corpore anima quoq; afficiatur, non quidem affectu primario vt plerisq; viſum eſt, ſed per conſenſum ac lege cõſortij. Tanta eſt enim in ijs ſympathia, eaq; affinitas & cognatio, vt vitia quædam virtutesque animi in corpus, & corporis in animum dimanent, ac tranſfundantur. Siquidem quũ anima corporeis organis vtatur, quę multifariã noxijs humoribus vel affici contingit, vel vitiari: fit vt corruptis vitiatisq; inſtrumentis, vel etiam impeditis, nequeat illa pro dignitate vim ſuam explicare.

Simile à teſtudine & cochlea.

Sic corpus onuſtum
Extremis vitijs, animum quoque prægrauat vnà,
Atque affigit humo diuinæ particulam auræ.

Hor. Serm. libr. 1.

Quod quum Sapienti quoque Hebræo ante Horatium eſſet perſpectũ: Corpus, inquit, corruptioni obnoxium aggrauat animam, ac terrenum domiciliũ mentẽ deprimit, obruitq; ſenſum multa meditantem. Et quanquã animæ ſubſtantia nihil vitij, nihilque labis aut contagij ex cõcretione corporis cõtrahere creditur: vt

Sap. 9.

Simile à splendore solis.

tamen solis radijs officit, tenebrasque offundit densa nubes: vtque oculis obiecto varij coloris vitro aliter quàm re vera existunt, omnia apparent, nimirum cærulea, flaua, viridantia, cianea, rubentia: ita lumen rationis offuscat, mentemque obnubilat corporis intẽperies, efficitq; vt animæ actiones deterius perficiantur. Sic ebrij ac deliri gemina conspectare se credunt, quum vnica res sit obuia. Sic melancholici absurda imaginantur, sibique somnia fingunt. Cholerici iritantur ac temerè excandescunt, cerebro scilicet humoris noxij fuligine oppresso. Quas autem iacturas, quæue incõmoda menti inferant humores corporis præter leuiusculos aliquot formidandi morbi declarant Lethargus, apoplexis, paralysis, spasmus, mania, phrenitis, epileptia, qui tam validè omnes quũ corporis tum animæ vires conuellunt, vt homo totus sibi excidat, omnisque vis mentis prorsus obruatur. Animus itidem siqua labe detinetur, atque vel odij vel iræ, zelotypiæ, æmulationis, inuidiæ, obtrectationis venæno sit imbutus, corpus quoque in mutuũ discrimen pertrahit, pariq; malo inuoluit. Ne cõmemoré inte-

Simile à varij coloris conspicillis.

Humores menti infesti.

interim reliquas animę cupiditates: quarum impotentissimæ cogitationes, somnos, aliaque per quietem visa perturbāt. Nihil enim, teste Fabio, tam occupatum, tam multiforme, tam inquietum, tot denique ac tam varijs affectibus concisum ac laceratum, quàm mala mens, adeò vt nec valetudini, nec honestis vilis artibus vacare aut liceat, aut libeat. Quippè quibus nō somn⁹ res delassatis placidissima, nō quę ægroto, mœrētiq; animo medic⁹, oratio, nō cibus deniq; aut potus qui corpus alit ac vegetat, suauis est. Quæ enim ijs esse possit animi tranquillitas, quæ mētis securitas & constantia?

Li. 2. ca. 1. Mala mēs inquieta.

Quos diri conscia facti
Mens habet attonitos, & surdo verbere cædit,
Occultum quatiente animo tortore flagellum.
Pœna etenim vehemens, ac multo sæuior illis,
Quas vel Cœlidius grauis inuenit, aut Rhadamanthus,
Nocte dieque suum gestare in pectore testem.

Iuuen. Sat. 14.

Quò spectat illud Esaiæ: Impij cor tanquam mare æstuat, cuius fluctus redundant in lutum, & conculcationem, nulla siquidem pax, nec vnquam pacata mens impijs, dicit Dominus. Quum mala mens sæpe læta existat, secura nunquam. Hæ autem affectiones animorum tam sunt violentæ ac feroces, tantæque in inferendis malis sæuitiæ, vt quæ

Cap. 17.

Vultus animi index.

menti latenter inhærent, etiam foris se proferant, suisque se indicijs prodant. Et quemadmodum animi puritas, mentisque integritas in oculis, in vultu, colore, lineamentis relucet, totoque se habitu ostentat: ita animus funestus vitijsq; obsitus se palam exerit ac foras erumpit. Quod Esaias indicat, quum inquit: Agnitio vultus eorum respondet eis, hoc est, species externusque corporis habitus improbos illos esse arguit ac sceleratos, nec nisi fraudes, imposturas, insidias, seditiones, omniaque hostilia meditari. Cui consonat illa Solomonis sententia: Stultorum oculi passim oberrant: In facie prudentis lucet sapientia, vultus siquidem hominis est certissimus mentis index, quæque in abdito intimoque animi recessu deliteſcunt, in apertum profert. Sic Catilinæ, vt Sallustius ait, color exanguis, fœdi oculi, citus modo, modo tardus incessus, prorsus in facie, vultuque vecordia inerat: animus impurus, dijs hominibusque infestus nec quietibus sedari, nec vigilijs potuit: ita conscientia mentem anxietate & formidine exagitabat. Nec enim vllum quàmlibet leue aut exile animi vitium est,

Cap. 3. Esaiæ locus explicatus.

Eccle. 8. Prouer. 17.

Catilinæ Vultus.

est, quin in externo habitu certa argumenta exhibeat. Siquidem odium, ira, metus, excandescentia, tristitia, amor, inuidia, proditio, furandiqúe ac prædandi studium in vultu relucent, ac foris primaqúe fronte se proferunt. Sic Diogenes aliquando conspicatus exangui giluoqúe colore iuuenem: aut amare illum, aut inuidere pronunciauit. Inuidi enim quum aliena virtute discrutiantur, contabescunt, ac medullarum, ossiumqúe putredinem concipiunt. Aliũ quendam quum ex amore pallescere videret: in proprio quidem corpore mortuum illum dictitabat, viuere autem in alieno. Quæ commonstrant vitia vtriusqúe partis vltro citroqúe commeare, atque alteram alterius incommodo affici, mutuisqúe malis infestari. Cyprianus autem corpus extra culpam vindicat, nec sustinet illi quicquam impingi. Quotquot enim in homine pullulant vitia, animæ imputat, quæ sola sentit, viuit, & mouetur. Corpore verò sic animam vti asserit, vt fabrum malleo vel incude, in quo format omniũ turpitudinum idola, fingitqúe quælibet cupiditatum simulachra. neque enim, vt is

Diogenis sententia de iuuene pallido.

Prou. 14.

Amantes pallescunt.

In prologo de virtute Christi.

Corpus animi instrumentum.

ſtatuit, caro eſt peccati dictatrix, aut malitiæ inuentrix, nec ipſa cogitatus formatur, agendaque diſponit: ſed ſpiritus eſt officina, qui per eam quæcunque affectauerit, peragit. Quòd vero Caro aduerſus ſpiritum, & aduerſus carnem ſpiritus contendere dicitur, impropriè dictum arbitratur. Quia ſolius animæ lis iſta eſt, quæ ſecum ipſa rixatur, & cum proprio arbitrio litigat. Siquidem deſiderij ſui venæno mens ebria, corpus contumelijs applicat, ac iunctis amplexibus ambo in mortiferas ſuauitates delapſi obdormiunt. Quæ tametſi acutè illi viro diſſeruntur, Paulo tamen aſſentiri par eſt, qui corporis molem officere cenſet animæ actionibus, illiusque conatibus eſſe impedimento. Caro ſiquidem, vt is ait, concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem: hæc autem inter ſe mutuo aduerſantur, vt non quæcunque vult homo, eadem faciat. Oneri eſt enim terreſtre domicilium animæ, illamque remoratur, quò minus concepta mentis perficiat. Et quemadmodum equus calcitroſus ſeſſori minus obſequitur, illumque excuſſiſſe laborat: ita corpus animæ ad præ-

Corpus animi vi ad actiones impellitur.

Gal. 5.

Simile ab equo calcitroſo.

clara

clara instiganti obluctatur ac moram injicit, semperque ob insitam naturæ prauitatem mancipium hoc refractariũ existit ductori suo, minusque obsequiosum. Quod CHRISTVS apostolis dormitantibus ac somniculosis inculcat, quum inquit, Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Caro siquidem ad spiritus monita ac vellicationes obsurdescit, minusque expeditè iussa eius exequitur. Vt enim qui aliquò iter instituit, alacriter quò illi destinatum est, properat: sed plus satis suffarcinatus, atque oneribus, clitellisque depressus, cunctantius progreditur, ac contra animi votum serius iter absoluit, metamque assequitur: sic anima sarcina corporis degrauata, summa molestia ad metam contendit, atque ægrè iter inceptum peragit. Quamobrem non est quòd quisquam existimet corpus omnino otiosum, sed naturales corporis facultates & potentias, quique illi inhærent humores, vel vsui esse, vel detrimento animæ actionibus, mutuamque præstare operam. Frustra enim, ac præter meritum corpus cum anima vel gaudij, vel cruciatus æterni foret particeps,

Matth. 21.

Simile ab onusto baiulo.

nisi in multis se præberet socium ac mini strum. Sit sanè corpus animæ vas ac domicilium, sit receptaculum, sit officina, sitque organum aut instrumentum, vel denique hospitium: ex eo tamen aliquid labis contrahit: Vt vinum generosum ex lagena obducta situ, olidoque ac mucido dolio saporẽ vitiosum. Quòd si quicquid est hominis, omnesque eius functiones animæ attribuendæ: necesse est in illam affectus cadere, ac passionibus obnoxiam, nullaque in parte, aut saltem mitius culpandum corpus. Augustinus certè non esse omnino animam ab affectibus immunem, huiusmodi argumentis conuincere tentat. Omne quod mœrore, metu, tristitia, indignatione, vindictæ cupiditate afficitur, passibile est: Anima, quum voluntatis, votique compos nõ fit, suoque desiderio frustratur, dolore afficitur: Ergo passiua esse conuincitur, qui mihi argutè ratiocinari videtur. Si enim anima alligata corpori, doloris omnisque affectionis foret expers, nullos apud inferos sentiret cruciatus, nulla tormenta. Quod aliter se habere commonstrat Euangelicę concionis series de diuite epulone, qui quum flammis cruciare-

Simile à vapido dolio.

Anima affectibus obnoxia.

Luc. 16.

ciaretur, æstuantem linguam refrigerari cupit, sibique aliquod doloris lenimen adhiberi. Quę figuratè ac parabolicos intelligenda, ne quis substantias incorporeas membrorũ vti ministerio existimet. Scriptura siquidem ad captum humanæ mentis se accommodat, ascitisque appositis verbis, ac petita ex natura rerũ similitudine, Dei erga probos fauorem ac munificentiam declarat: aduersus improbos verò vltionem ac scelerum vindictam. Similli loquendi tropo sacri codices Deo indignationem, iram, zelum, gemitus, suspiria, faciem denique, vultum, oculos, manus, brachia attribuunt, quod nõ alia ratione assequi possit humana imbecillitas immensam supremi numinis vim, ac potentiã, nisi populari more ea nobis inculcaret. Quum itaque constet scripturæ testimonio animas solutas corporibus, ac damnationi destinatas, tormentis affici: qui fieri possit vt corpori alligatæ, atque humanis nexibus impeditæ non eadem perpetiantur? Equidem mihi persuadeo animas, vtpote cœlitus delapsas, non extingui, nec sentire interitum: sed tamen diuexari, ac carnificinam perpeti, mentisque stimulos ac conscientiæ morsus per-

Tropi Scripturæ de Dei membris.

Deo qua ratione mẽbra attribuuntur.

Cap. 66. sentiscere, Quod ipsum post Esaiam indicat Christus, quum inquit: Vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Vt enim caries, vtque teredines ac vermiculi lignum quàmlibet durum erodunt, vt denique ignis in obuia quæque vim suam exerit: sic animam cõsciæ mentis stimuli confodiunt, internæque furiæ illam vrunt, pungunt, ac dilaniant Quum animus auaritia feruet, vindictæ cupiditate accenditur, ira inflammatur, inuidia tabescit, amore vritur, mœrore contrahitur: nemo est, opinor, qui non quiduis paratus sit & facere & pati, quàm talẽ in intimis præcordijs subire carnificinam, tantamq; in abditissimo animi recessu perferre laniænam. Multò enim sæuior, longeq; atrocior est animæ, quã corporis cruciatus ac tortura: Quod interrogationis schemate, quò animo acriores infigeret aculeos, sic expressit Persius:

Marc. 9.

Simile à cariosõ ligno.

Animi cruciatus, quàm corporis sæuior.

Annè magis Siculi gemuerunt æra iuuenci,
Aut magis auratis pendens laquearibus ensis,
Purpureos subter ceruices terruit imus.
Imus præcipites, quam si sibi dicat, & intus
Palleat, infelix quod proxima nesciat vxor.

Alia itaque ratione affligitur, aliter sensu, tactuq; afficitur anima, quã corpus dũ va-

pulat,

pulat,dũ flagris ſcuticisque ſubigitur, dũ vulnus accipit,dũ membra luxãtur, dum illi faces ac tormenta admouentur. Siqui dẽ anima rationalis vtpote ſpiritus incorpore° latẽtes experitur vexationes ac torturas,anxietatem,formidinem, zelotypiã inuidentiam,odium,indignationẽ, mentisq; inquietudinem,ac conſciẽtię remorſum. Quos affectus,vel vt verius dicã,perturbationes ſi diutius animo inhærere cõtingat,illasque nec ratione diſcuti,nec diuino prędidio ſuperari,non ſolum mentẽ, ſed corpus quoque ſæuiſſimè diſcruciãt. Itaque alterum alterius legibus tenetur, ſibique mutuo ſunt obſtricti. Hoc tamen prærogatiuè , idque honoris ac dignitatis anima obtinet, vt multa per ſe,corpus verò nihil abſque eius vi & agitatione efficere poſſit. Dupliciter itaque anima ſuas facultates perficit: quaſdã per organa,nõ nulla abſque his , nulloq; corporis adminiculo. Sic quæ intellectu ac ratione, mẽtisq; iudicio peragũtur,ſolius animæ munera ſunt. Operationes autẽ manuales abſque corporis miniſterio exequi nequit. Siquidẽ architecturã,cæmentariã , pictoriam,plaſticen,pigmẽtariam,artesq; alias in vſũ hominũ excogitatas, animo quidẽ men-

Anima multa agit abſque corporis adminiculo.

Anima quando corporis ministerio indiget.

mentéque homo concipit sed manibus ea perficit, atque instrumenta corpori attributa ijs accommodat. Cæterùm quum anima contemplationi rerum insistit, quũ præterita memoria repetit, quum futura meditatur, ijsque præsentia connectit, dũ ratiocinatur, dum occulta inuestigat, atq; abdita quæque perquirit ac rimatur, quũ in extasi constituta, subductaque in sublime, vt Paulus, arcanorum fit particeps genuina insitaque à Deo vi vtitur, nulloque corporis eget adiumẽto, nisi ea in actum proferre velit. Tunc enim corpus animæ assistit, vt indiuiduus comes & collega, cuius opera ac subsidio suas functiones exequitur. Quòd si diuturnior sit vel acrior, vel intentior in rem quampiam agitatio, fit vt corpus vtpote animæ viribus destitutum elangueſcat atq; emoriatur. Quod obseruare licet in ijs qui intempestiuis lucubrationibus sunt dediti, aut libris continenter affixi, quibus corpus sensim gracilescit atque extenuatur, spiritusque vitales imminuũtur. Quicunque ergo animum nullum sentire affectum, nullisque rebus permoueri censent, sed illęsa mẽte, nullasque concipiente plagas anima, obiecti tantum, organique vitiati ratione affici,

2. Cor. 12.

Mentis intentio corpus attenuat.

Conc.

fici, non admodum veritati consentanea mihi dicere videtur. Quid enim sibi vult angor ille Seruatoris, atque æstuatio? qui concepta supplicij quod subeundū erat, atrocitate, impensique beneficij ingratitudine atque obliuione, humana quadā imbecillitate in hāc vocem moribundus erupit: Tristis est anima mea vsq; ad mortem, eamq; veluti patri blandiens deprecatur. Et quanquam nondum illi insultaret, aut manus inferret insolentia militaris, tota tamen mente & cogitatione in imminens periculum defixus, tanto horrore ac trepidatione concussus est, vt affectus sanguineum sudorem expresserit, toto corpore confertim, atque effusè promanantem, sic vt vtrique parti acerbitas illa doloris sit communicata, atque ex animo in corpus redundare cœperit. Nec est quòd quis opinetur in huiusmodi tædio ac pauore animam vitalem ac vegetā tem, tum spiritus naturales tantum affici, imo pars hominis potior discrimini obijcitur, in eamque tota vis mali decumbit. quæ tamen originis suæ memor, vires colligit, ac cœlesti fulta præsidio, intrepidè infractoq; animo aduersus pericula subsistens, diuinitus solamen accipit. Huiusmo-

Christi pauor hominis argumentum.

Matth. 26.

Christus in corpore & animo cruciatus sensit.

Maria doloribus concussa.

modi affectibus etiam Diuę virginis mẽs multipliciter agitata est. Illius siquidem quum spiritus tum anima, aliâs lætitia, aliâs dolore perfusa est. illud denunciato per angelum conceptu, partuque mirifico, pastorum concursu, ac Magorum adoratione: istud, vt à Simeone fatatum erat, erecto in crucem filio, experta est. Possem equidem magnam connectere seriem eorum, qui in maximis calamitatibus constituti, acerbissimum animi vulnus conceperint: exempla suppeditant tot vatum examina, inter quos Helias, Helisæus, Da-

Vates calamitatibus expositi.

uid, Hieremias, Moses, Esaias, Ionas, Zacharias, & præter martyrum aliquot myriades, indefessus ille fidei nostræ assertor & propugnator Paulus suo agonothetæ seu remuneratori strennuam operam prę-

Pauli et religuor. sanctorum afflictiones.

stiterunt, qui præter corporis incommoda, summasque angustias, ac detrimenta, animam circumferebant acerrimis doloribus exulceratam. Quisque autem secum ipse expendat, quanta obsederit illorum animos angustia, quis menti inhæserit mœror, quæ trepidatio: quum pulsi patria, destituti affinium ac cognatorum solatio, ludibrijs, contumelijs, flagris expositi, afflicti, pressi, cõculcati, proscripti,

per

per loca auia, atq; hominibus inacceſſa hoſtiũ ſæuitiã euitare ſunt coacti, ſuæq; ſaluti atque incolumitati conſulere. Quòd ſi anima, quę homines à belluis ſecernit, omnis affectionis ſit expers, nullisq; vel ſolatijs capitur, vel doloribus afficitur: quid ſibi volũt plorabũdę hę voces? Quare triſtis es anima mea, & quare cõturbas me? Defecit in ſalutari tuo anima mea. Renuit cõſolari anima mea. Rurſus dũ refocillatur, ac Dei fauorẽ percipit: Introito anima mea in requiẽ tuã: etenim Dominꝰ benefecit tibi. Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me ſunt, nomini ſancto eius. Adhæſit anima mea poſt te, me ſuſcepit dextera tua. Quibus etiã ſi innumera congeras, non deſignari tantũ puto naturales animę facultates, & potẽtias breui interituras, ſed illã, quæ rationis, quæque diuinitatis eſt particeps, à cuius vi omnes actiones corporis procedunt, ominesque functiones perficiuntur. Cui parti inſita eſt ab opifice συνλήρησις, hoc eſt, conſeruandæ, exequendæque legis naturæ amor & notitia, virtutum vitiorumque diſcrimen, Quę vis teſte Paulo, hoc efficit etiam in animis eorum qui à Deo ſunt alieni, vt naturæ ductu à malis reſi-

Anima licet incorporea, doloribus agitatur.

Rom. 1. Syntereſis quid.

Naturæ inſtinctus.

resiliant,ac virtutem amplectantur.Siquidem illa animi pars in qua elucet imago Dei,ac se profert naturę integritas,detestatur, damnatq; nequiter facta,ac se cupit præstare inculpatam,ab improbis moribus,omniq́ue scelere immunem. quanquam hæc naturæ vis nonnihil labefactata est,& concussa:sic vt quę mens concepit,voluntas non syncerè, non promptè, non alacriter exequatur.Huic affinis Cõscientia quæ mentem hominis latenter à Deo instigatam arguit atque accusat, incussoq́ue terrore,ac scelerum recordatione ante actam vitam detestatur, conceptoq́ue emendatioris vitæ proposito,malorum pœnitentia ducitur. Ita vltrix illa Conscientia homini aurem vellicat,ac maleficia iampridem patrata oculis obijcit,quibus facile conuinci posse video animam affectibus esse expositam, ac perturbationibus subinde inquietari. Siquidem dulcia percipit & amara, ipsaq́ue dilatat sese,ac gestit rebus prosperis,contrahitur aduersis.nec tantùm homines, sed mentes quoque angelicæ suos quodammodo affectus obtinẽt,indolescunt enim malis hominum,seseq́ue cruciant, quum hi à probitate ac virtute desciscunt:lætã-

Conscientia quid in mẽte efficiat.

Esai.33.

tur

tur verò atque exhilarescunt, quum improbi se ad frugẽ cõferunt. Econtrà mali Genij hominibus infesti sunt, illosque mendacijs onerant, cõtumelijs impetũt, insectantur, odioq; parricidali prosequũtur, Quæ quum in aëreas incorporeasq; substantias cadunt, qui fieri possit, vt non eadem hominum animæ percipiant?

Mali genij hominibus infesti.

ANIMAS HOMINVM NON omni ex parte esse æquales, nec pari conditione ac dignitate, sed aliam, alia præstantiorem.

Caput XIII.

QVanquam paulò ante nonnulla à me sunt commemorata, quæ huic argumento congruunt, quęque hoc paradoxõ stabilire possint, operæprecium tamẽ facturus videor, si singulari capite hoc thema illustrare pergam. Plerique in ea hærent sententia, vt animas hominum eiusdem esse conditionis, eademque dignitate ac præstantia existiment, nec inter sapientis stolidique aut improbi animam quicquam interesse, vllumque statuendũ discrimen: sed organi tantum ratione impediri actiones, ac facultates animæ vitiosæ

Alioꝝ opinio.

Inter animas discrimen.

tiosè perfici. Ego verò nullo contentionis, aut contradicendi ſtudio aliter ſe rẽ habere mihi perſuadeo. Quanquam enim non ignorem ob morbi ſæuitiam, ob capiti inflictum vulnus, ob caſum deniq́ue & concuſſionem affecto cerebro mentem obſtupeſcere, omniumq́ue rerum induci obliuionẽm: non conſequitur tamen omnibus animam eſſe parem, aut omnes quòd ad iudicandi vim, ad ratiocinandi iudicandiq́ue peritiam attinet, æqualem eſſe ſortitos. Neque enim cuiuſque animam quàmlibet acccuratè fuerit exculta, quantumuis ſtrenuam operam adhiberi contingat, artium, diſciplinarum, omnisq́ue doctrinę, atque eruditionis æquè eſt capax, pariq́ue docilitate ac ſolertia. Quum plerique inepti ſint, minusq́ue appoſiti ad perdiſcendas artes, atque inuita Minerua, repugnanteq́ue natura pleraquę aggrediantur. Vt autẽ faces & funalia alia alijs magis ſplẽdeſcunt, lucisq́ue plus exhibent: Vtq́ue ignita quæq́ue alia alijs ſunt magis vrentia, ſic animæ cuiuſq́ue ſplendor diſſimili ratione eluceſsit, variaq́ue ſe proferunt mentium diſcrimina. Et quemadmodum mentes Angelicæ ordine, dignitate, offi-

Simile ab ignitis facibus.

cijs,

cijs, miniſterijs inter ſe differunt, quod Seraphin, Cherubin, Throni, Poteſtates, Virtutes, Archangeli, totaque Geniorum hierarchia demonſtrat: ita in animis hominum diſcrimen ſtatui poſſe video. In eo autem omnes conueniunt, quòd corpus mortale & caducum ſunt. conſequuti: quòd formam humanam nacti, licet nonnulli ferino ſint aſpectu, belluisque affines: quòd omnibus inditus procreationis ardor: quòd ijſdem naturæ legibus tenentur: quòd ſimilis illos rationis vis incitat: quòd animæ eſſentia, formaque ſubſtantiæ à Deo ſit creata: quòd immortalitati deſtinantur, omnesque vno ſpiritu imbuuntur. Sed quoniam non æquè valenter ſe in omnes exerit vis diuinitatis, nec omnes eius muneris ſunt æquè capaces, tantique beneficij plerique ſe præbent indignos, fit vt alia vi atque effectu ſuas actiones proferant animæ, nec ſint in præſenti rerum ſtatu, conditione, dignitate, ordine pares, nec in altera etiam vita futuri æquales, parique gloria illuſtrandi. Sic enim propheta Daniel eius rei nobis fidem facit: Quotquot in puluere dormiunt, euigilabunt, alij in vitam ſempiter-

Inter angelos diſcrimen.

Animarũ diſparitas.

Ca. 12.

piternam, alij in opprobrium, in dedecus, in pœnã, alij in condemnationẽ. Qui autem docti fuerint, fulgebũt quasi splẽdor firmamenti, & qui ad iustitiam erudierint multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Quod discrimen inter substantias incorporeas Paulum etiam obseruasse comperio, desumpta ex sideribus similitudine. Vt enim sidera alia alijs sunt illustriora, variaque se exhibent corporum discrimina: sic magna in animis hominum differentia, atque in resurrectione altera alterius anima futura est magis glorioſa. Constituit autem Deus (vt Gregorius Nisenus testatur) secundùm animalium species, diuersas animarum differentias, ac cuique corpori conuenientem assignauit. Sic brutis animantibus non rationalem intelligentiam, sed naturalem industriam inseuit, qua insidias, damna, pericula, omniaque vitæ incommoda declinent. Itaque tota species animantium vna inclinatione mouetur. Lepus enim omnis pauidus & meticulosus, Canis quisque sagax atque in sectandis feris industrius, Vulpes omnes subdolæ sunt, astutæ, insidiosæ, Lupus quiuis ferus, ac prædæ auidus,

2. de anima.

Bruta non ratione, sed ductu naturæ ferũtur.

Si-

Simia quælibet humanas gesticulationes exprimit. Quod ipsum in homine non consequitur. Siquidem infinitæ sunt humanarum actionum rationes ac modi, nec omni homini vna operatio, vnaque intentio, vt animantibus, quorum actiones à sola natura cientur, quæ in omnibus pari ratione decurrit. At rationalis actus, qui propriè humanæ mentis est, singulis diuersus, ac pro animæ conditione alius alij. Vnde emergit tanta in hominum animis opinionum varietas. Vt itaque ex Pauli sententia, Vnicuique datur manifestatio spiritus ad id quod expedit, ac variæ hominibus sunt delegatæ functiones, ac munia, quę Deus pro suo arbitrio cuique distribuit, diuidens suum spiritum cuique vt vult: ita sua cuique propria ac peculiaris anima, quæ ab vno opifice profecta est, sed non pari dignitate prædita, non eadem intelligentia ac rerum cognitione imbuta, sic tamen vt virtutum, vitiorumque sit capax, atque insita vi optima quæque amplecti posset, ac vitare noxia, licet inualidè ea perficiat, vbi diuino præsidio sit destituta. Quapropter non absurda mihi videtur illa Aristotelis comparatio, qua

Vnde sit Varietas opinionum.

1. Cor. 12.

Ephe. 4.

Mens tabula rasa.

mentem hominis assimilem facit tabulæ rasæ, nullisque expolitæ picturis, sed quę accommoda est, aptaque vt quiduis in ea adumbrari possit, ac delineari, aut vitiorum scilicet monstra, aut virtutum simulachra. Quò spectat illud Diui Pauli, Vt in opulenta magnificaque domo non solùm vasa aurea & argentea sunt, verùm & lignea & testacea, quorum illa honesto vsui destinantur, ista sordido, parumque honesto: Sic Deus in hoc mundi theatrũ varias corporum ac animorum differentias produxit, varijsque personis illas induit, ac diuersis instruxit ornamentis, nõ tamen sine spe excellentioris muneris assequendi. Neque enim cuiquam ademptus est conatus, aut industria, qua eniti posset ad præstantissima, & consectari optima: imo ad illa huic adniculatur remunerator, ac cunctantem impellit. Sic qui sua culpa sordescit, ac vitiorum cœno obductus est, expolire se potest, absterisque sordibus effici vas honorificũ, atque vsibus præclaris accommodum. Assignauit siquidem Deus opt. max. cuique peculiarem corporis habitum, suaque naturæ congruentem animam, quæ tamen multis modis immutari sint apta. Descis-

2. Timo. 2. Simile ab amplis ædibus.

Nemo culpam in Deũ transferat.

cit

cit enim nonnunquam homo, ac degenerat ab integritate, suiq́ue præstantia: seu corpus, seu animam spectes: atque originis suæ oblitus, sordibus, lutoq́ue vitiorum inuoluitur: nonnunquam verò latenter à Deo instigatus ex malis, quibus erat deuinctus, eluctatur, atque ad virtutem, ad probitatem, ad honesta quæque nititur. Cuius rei documenta sumere licet in filio prodigo ac decoctore, & Saüle. Omnibus itaque sua mens, suaq́ue anima obtigit, sed quæ diuino munere, eiusq́ue afflatu multiplices dotes, variaq; charismata concipit: licet non æquè valenter omnium mẽtes spiritus diuinus impleat. Accipiunt quidem omnes de vberrimo eius fonte, sed alius alio affluẽtius. Quod talentorum distributio nobis inculcat, qua in obeunda negotiatione salutis nostræ diligentiam, & industriam nostram licet inualidam acuit atque extimulat, & Dei dotes amplificandas, augendasq́ue prȩcipit. Vni enim quinque, alteri duo, tertio vnum partitus est, cuique pro ingenij sui captu, vtq́ue operis huius Chorago expedire, atque è re, vsuq́ue esse visum est, expensi, acceptiq́ue rationem suo tempore exacturo. Sic Paulus

Lucæ 15.

Quid talenti & minæ distributio designet.

Matth. 25.

2.Ca.1. lus Timotheum commonefacit, omnibusque eius nomine aurem vellicat, vt functionem suam curæ habeant, vt donum spiritus, tanquam ignem sopitum, iãque euanescentem excussitent, vt excusso veterno delegatum munus sedulo exequi studeant. Hoc enim à suis exigit Deus, vt quisque suam Spartam exornet, vt minam concreditam adaugeat, & cum fœnore refundat. Et quoniam non patitur otiosos esse nos, nec intermittere industriam, sed continenter excubias agere, atque indefesso labore insistere nundinationi. Negotiamini (inquit) donec veniam. Quod quum organum electionis Paulus sedulo inculcaret alijs, id ipse omnibus modis præstare studuit, sic vt in legatione sibi commissa cęteris magis feruidus fuerit, atque in apostolici muneris functione obeũda alacrior, viuidiorque. Vt itaque in gemmis, animantibus, herbis, sideribus discrimen est, ac flos alius alio odoratior, ac gemma alia rutilãtior: ita in animis hominum cuenit, quæ peculiari quadam vi ac facultate instructæ, varias operationes, diuersosque effectus proferunt. Quemadmodum enim (vt Paulus ait) suo cuique semini vis insita, at-

Simile à sopito igni.

Luc.19.

Negotiatio Euangelica.

Simile à natura rerum.

Simile ab astris & semine. Cor.15.

atque alia caro pecudum, alia hominum, aliaque ſpecies ac decor corporibus celeſtibus, alia terrenis : alius Solis fulgor, alius Lunæ, alius alterius ſideris ſplendor: ita corpus hominum aliud alio præſtantius, habituque magis generoſo: Ipſaque anima quum in hac ſtatione, vitæque huius decurſu, tum in reſurrectione pro ſua ſorte, ac meritis (quæ quiſque ad Deum referre debet, nulla philautia ſuique fiducia) dignitate & conditione potior, gloriaque ſuperior. Magna ſiquidē quum in præſenti ſæculo, tum in futuro inter probos, improbosque diſparitas, ac diſſimilitudo, multumque diuerſa cōditio. Impij enim in medio iuſtorum nō ſubſiſtent: ſed vt quiſquiliæ, aliaque venti ludibria, diſſipabuntur. Itaque Paulus ex natura rerū multa oculis noſtris obijcit, quorum intuitu atque obſeruatione, arcana Diuinitatis nobis innoteſcūt. Sic in negotio CHRISTI ab odore ac fragrantia rerum corporalium ſimilitudinem deſumit. Vt enim effluxus atque expiratio ſtirpium effectu ſe prodit, ipſumque cor vel reficit, vel offendit : ſic anima, ex qua emanat ſalubris halitus, aut inſalubris, CHRISTVM vel ſuauiter

Pſalm. 1.

Simile à rebus odoratis. 2. Cor. 2.

afficit, vel penitus offendit.

Aeneid. 6. *Igneus est equidem vigor, & cœlestis origo*
Omni animæ.

Simile ab vrentibus rebus.

Sed vt ignis alius alio calidior, ac pro nutrimento, subiectoque fomite vrentior: ex oleo siquidem, pice, sulphure, bitumine, naphta (quam Petroleum vocant) inflammescit ardentius, ita anima pro sua facultate ac viribus, proque acceptis dotibus vim suam in corpus exerit, estq; in proferendis actionibus vel agilior, vel remissior, sic tamen vt corporis habitus, ac constitutio, quam κρᾶσιν Græci vocãt, eiusque organa animæ subseruiant. Par est ratio in malis Genijs, quorum alius alio nocentior, hominiq; magis infectus. Sic in Euãgelio Beelzebub princeps Dæmoniorum denominatur, tanquã in malis inferendis præpotens, ac magnarum virium. Sic Euangelicę narrationis series malos Genios nocẽdi studio ac malignitate discernit. Is enim qui minus virium obtinebat ad perturbandam conuellendamque hominis mentem, adsciscit sibi septẽ deteriores se, ac collatis viribus ita illam occupant, vt sublata sit omnis emẽdatioris vitæ spes, omnisque ademptus ad saniorem mentem reditus. Quòd si

Geniorum malorum discrimen.

Matth. 12,

Simile à metallis.

fas

fas sit corporea conferre incorporeis, Vt stannum, plumbum, argentum, aurũ, æs, cuprum, orichalcum, omnisqúe generis metalla suas sordes concipiunt, suamq́; scoriam atque æruginem contrahũt: Vtque agri inculti, squallore ac situ obduuntur, ijsque zizania, ac infelix loliũ innascuntur: ita animæ substantia sua vitia contrahit, ipsaqúe exculta splendore virtutum nitescit: neglecta verò vitiorũ fuligine densescit atque obscuratur. Nec est quòd quisquam opifici suo obloquatur, aut cum illo expostulet, vt ignauus ille, qui acceptum talentum defoderat, quum ad omnes odor Seruatoris dimanet, impressaqúe sint cuique Diuinitatis vestigia, sic vt gentibus etiam à Deo alienis indita sit, inscriptaqúe naturæ lex, cuius instinctu mens illorum Dei notitiam concipit, ipsaqúe Conscientia attestatur, ac ratio dictat quæ sectari, quæ vitare conueniat, quantumqúe inhonesti honestiqúe sit discrimen, Quisque itaq; efficere curet, ne inuanum incassumque hoc munus accepisse videatur, nec Deo, cuius arbitrio omnia decurrunt, obmurmuret, quòd minus præstantem animam sit consequutus: sed quam obtinuit, foueat, il-

Esaiæ.1.

Simile ab incultis agris.

Deo se quisque submittat.

Rom.2.

Naturæ lex cuique impressa.

Simile à cultura agrorum.

illiqúe vt agro ſterili, ac ieiuno culturam adhibeat, ſparſoqúe verbi Dei lætamine ſementi preparet. Ipſe infirmis conatibus, promptæqúe volũtati non eſt defuturus. Nihil autem animæ ſalubrius, magiſqúe frugiferum, quàm continenter ſacrarum literarum meditationi inſiſtere.

Hortatio ad amplectendam doctrinam cœleſtem.

Hæc ſiquidem vitijs medetur, hæc morbos expugnat, hæc animi mœrorem diluit, inentiqúe offuſam caliginem diſcutit. Nullum eſt remedium ſanandis, reſtaurandiſqúe exhulceratis mèntibus efficacius, magiſqúe præſentaneum, nullus morſus tam virulentus, nullum vulnus tam lætale, quod hoc medicamine non ſaneſcat, atque obducatur.

Hor. lib. 1. Epiſt.

Feruet auaritia, miſeraqúe cupidine pectus?
Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem
Poſſes, & magnam morbi deponere partem:
Laudis amore tumes? ſunt certa piacula, quæ te
Ter purè lecto poterunt recreare libello.
Inuidus, iracundus, iners, vinoſus, amator,
Nemo adeo ferus eſt: qui non miteſcere poſſit,
Si modò culturæ patientem accommodet aurem.

Hæc commoda præſtat Philoſophia, nõ humana quidem, vt Horatius exiſtimabat, ſed cœleſtis & diuina, quæ naturam luxatam ac collapſam integritati priſtinę reſtituit, quæ fiduciam erga Deũ in nobis excitat, illiqúe nos conciliat, quæ animi

mi tranquillitatem adfert mentemque firmam ac stabilem: qua nihil homini in hoc turbulēto vitæ salo optabilius. Quò spectat illud Pauli, quo nullus in hac palæstra exercitatior: Omnis scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad doctrinam, ad redargutionē, ad correctionē, ad institutionem, quę hominem iustū efficit, vt integer sit homo diuinus, ad omnia officia pietatis accommodus.

Verbi Dei fructus & vtilitas.

2. Tim. 3.

DE ANIMAE IMMORTALITATE, atque indubitata certaque corporis humani resurrectione: tum qua ratione ac modo id perfici continget: Denique quanta ex tanto munere mentis erectio in Deum, quantaque morituro fiducia consequendæ salutis.

Cap. XIIII.

NIhil homini calamitoso, morbisque ac malis innumeris exposito, in huius æui decursu plus adfert cōmodi, depulsoque mortis metu plus præbet solatij ac fiducię, quàm vt subinde contempletur alterius vitæ beatitudinem, ac felicitatem: eiusque rei potiundæ spē certam

Meditatio alterius vitæ quid efficiat.

tam atque indubitatam concipiat. Quæ consistit in animæ immortalitate, ac corporis resurrectione, totius fidei nostræ basi solida atque inconcussa. Inanis siquidem foret labor omnis noster, atque irritus conatus: omnisque vitæ nostræ ratio, cultus, institutũ, religio euanida, atque impostura affinis: si tanto, tamque salutari bono frustrari nos, atque ab alterius vitæ expectatione decidere contingat. Quò mirari subit quorundam stupiditatem, qui non aliter spirare homines, quàm bruta existimant, quique animas penitus extingui, nec à morte quidquam hominis supersse contendunt. Qui quũ in naturæ operibus prorsus cęcutiãt, atque hallucinentur, Deique potentiã vel non agnoscant, vel ex rebus conditis nõ obseruent, fit vt mens illorũ assequi, aut rationem inire nequeat, qui effici possit, vt anima sit æterna, ac nunquam interitura, ipsumque corpus rediuiuum sit futurum, suæque integritati aliquando restituendum. Quum autem Deus hominem immortalem esse, ac perpetuò illum subsistere voluit, ad imaginem & similitudinem sui illum condidit. Quòd si homo Dei imaginem refert, eiusque similitudinem

In quo consistat hominis securitas.

Alia hominis, alia animãtium conditio.

1. argum.

Genes. 1.

nem exprimit: necesse est eandem cũ origine sua naturam consequi, atque æternitatis fore cõsortem. Huius muneris dignitatem ac præstantiam non sunt sortitæ reliquæ animantes: quum nulla in his se proferant Diuinitatis vestigia, nulla mens vigeat, desit ratio, memoria, intellectus, iudicium, artes, disciplinæ, rerumq; peritia desideretur, quæ hominibus Dei munere affatim sunt attributa. Quapropter piaculum est id statuere mortale esse ac caducũ, quod à Dei substantia prodijt, quodque à diuina mẽte homini est inspiratum. Vt igitur Deus æternus, omnisque interitus expers: ita anima quoq; humana tanquam diuinæ essentiæ particeps, æterna, atque ab omni corruptione immunis. Cæterùm quum Deus hominis gratia omnia condidit, solus homo Dei causa, atque illi conformis est creatus, eoque effectum est, vt Deus à mundi exordijs mirificè erga illum affici cœperit, illoque se oblectare, atque eius familiaritate & consuetudine perfrui exoptauerit, adeò vt huius causa humanitati vniri sustinuerit, atq; immortalis mortali agglutinari: quò diuina natura humanæ coalescat, atque vniatur, humana Diuinæ.

Homo Dei imaginem refert.

Animãtes mẽte destitutæ.

Animæ hominis diuinitatis particeps.

Filius Dei hũmanam naturã assumpsit.

uinæ. Cuius rei fidem suo hoc testimonio astruit Dei patris sapientia Christus, qui hanc nobis salutem peperit: Dominus possedit me ab initio viarum suarũ, antequàm quidquam faceret, ab initio atque ab æterno extiti, quando præparabat cælos aderam: quando certa lege, & gyro vallabat abyssos, quando æthera firmabat sursum, & terram deorsum, cũ eo eram cuncta componens, & delectabar per singulos dies ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum, & deliciæ meæ esse cum filijs hominum. Quæ φιλανθρωπία, hoc est, vt Paulus ait, amor ac propensio erga homines, hoc effecit, vt omnia nobis per Christum sint communicata, vt par sit cum illo nostra conditio, similis sors, æqualis hæreditas: eoque fit vt quidquid in Christo expressum est, in homine quoque sit exprimendum. Ipse æternus est, ac perenniter subsistit: id illius beneficio consequitur homo. Ipse primus resurrexit deuicta morte, autor, princeps, ac primitiæ tanti triũphi: illius virtute cæteri omnes sunt resuscitandi. Quamobrem nemo sibi tam sit iniquus, aut in tanti muneris autorem ingratus, vt nominis huius honorem sibi

Deus homini vnicè afficitur. Prou.8.

Dei amor & propensio erga hominem.

Tim.3.

Hebr.3.

vel

vel inuideat, vel ab se repellat. Quis enim tam stupidus, qui se ab interitu vindicare non cupiat, ac perenniter subsiste re exoptet potius, quàm perpetua morte sopiri, sublataque omni emergẽdi spe, in sempiternam mortem deuolui. Scio equidem nonnullis plausibilem videri hanc de animæ immortalitate persuasionem: ac corpus in eandem sortem recipi, pariqúe futurum conditione, aut aliquando reuicturum prorsus abnuunt. Verùm hi naturam hominis, totiusque conficiendi opificij rationem non penitus excutiũt, nec in illum defigunt oculos, qui homini lucis huius autor extitit, & cuius virtute vitæ auspicia est consequutus. Siquidem quũ anima & corpus indiuulsè inter se connexa hominem constituãt, necesse est, vt totus homo, hoc est, & anima immortalitate potiatur, & corpus per resurrectionis mysterium eiusdem muneris sit futurum particeps. Neque enim admittet ratio formationis hominis, vt alterum sine altero suo fine, cui destinatum est, potiatur, vtque dimidiatus homo, aut altera modo pars beatitudinem consequatur: necesse est igitur, conditique operis ratio exposcit,

Nemo non immortalitatẽ vel affectat vel meditatur.

Multi animæ immortalitatẽ statuũt. pauci resurrectionem.

vt corpus aliquando reuiuiſcat, ac poſtliminio coniunctum animæ pari ſit futurum cum illa conditione, eiuſdemque muneris conſors. Quum enim Deus formando homini eſſet intentus: Faciamus, inquit, hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Quibus verbis non alteram modo partem deſignauit, ſed totum hominem, qui ex corpore & anima conflatus eſt. Hæc enim duo vnita ac conglutinata hominem conficiunt: quæ quum ſint diſcreta, ac diuulſa, hominem diſſolui contingit, ac nominis huius honore deſtitui. Quapropter mihi ratio exigere videtur, vt vtraque pars eundem finem conſequatur, ſcilicet vel beatitudinem, ſi vita innocenter ſit tranſacta: vel damnationem, ſi nequiter. Nec profecto foret rationi conſentaneum, vt ab illa felicitatis ſpe corpus excideret, quum huius æui moleſtias æquè perferat. Siquidem animæ cauſa nonnunquam flagris ſcuticisque ſubigitur, plagas accipit ac cruciatus, dolores concipit, periclitatur, vitæque diſcrimen ſubit: ſic vt illas animæ potentias ſentientem ac vegetantem, quæ brutis etiam communis,

Validū argumentū reſurrectionis.

Corpus animi cauſa periclitari.

nis, pertundi contingat ac dilaniari. In sententijs enim, dictis persuasionibus, opinionibus, indicijs nonnunquam suo incommodo animæ acquiescit, atque obsequitur, seque in omnibus socium præbet & ministrum. Itaque non immeritò iniuria affici corpus videretur, nisi eodem beneficio vtatur. Est quidem corpus animæ instrumentum, quo actiones suas perficit, ac functiones suas exequitur: sed alia ratione, corpore animato ac sensili vtitur anima, quàm opifex, aut architectus serra, malleo, securi: quum singula membra aptissimè officijs suis sint distincta, multisque vsibus possint accommodari. Hoc autem discrimen inter corpus & animam statui posse video, quod inter Solem & Lunam. Ista enim licet lumen à Sole mutuetur, non tamen omnino propria vi destituta est, fertur enim peculiari motu, suumque circulum absoluit: lumen autem à Sole concipit, vt speculum, vtque lebetes ac pelues perpolitæ ex opposita face splendorem, nullum verò lumen exhibet, nisi à sole illustrata, sed tamen otiosa censeri nequit, quum menstruum cursum

Corpus quomodo animi instrumentũ.

Elegãs cõparatio à sole & luna desumpta.

Simile à perpolito speculo.

perficiat, suaque cœli spatia nullo solis adminiculo metiatur: Sic Anima corpori quidem vires suppeditat, at illi nõ desunt insitæ facultates & potentiæ naturales, quatuor humorum qualitates, quibus efficitur omnium functionum capax, atque ad quiduis exequendum appositum. Et quemadmodum sol sua patitur deliquia, lunæque interuentu occultatur, similiter & Luna terræ obiectu ἔκλειψιν defectumque percipit: ille quum per lineam eclipticam decurrit in eodem gradu: ista in oppositis: Ita corpus & anima sua percipiunt detrimenta ac deliquia, & pars altera alteri nonnunquam vel prodest, vel officit. Quum itaque tantus sit in his consensus, tam fida societas, illaque tantisper, dum in hac vitæ statione exubias agunt, mutuas operas tradunt, par est vt corpus per resurrectionem innouatum eiusdem muneris sit particeps, atque in eundem municipatum admittatur. Qua autem ratione id perfici contingat, siquis, vt Thomas ac Nicodemus ob ingenij tarditatem assequi nequit, ne Deo vel suam potentiam detrahat, vel illi diffidat: sed oculos mentemque in tanti opificis opera

Eclipsis solis et lunæ, animæ & corpori cõparata.

Consensus corporis et animæ.

pera dirigat, abunde multa est perspecturus, quæ illi non deesse vires declarabunt, non solùm instaurandi hominis, verùm & quiduis eorum quæ animo destinauit, perficiendi. Colluſtremus cœlum hoc sideribus vndique exornatum, illiqúe subiacentem terræ globum, ex qua pullulant tot specioſi, fragrantesqúe floſculi, tot stirpes salubres, quum esui, tum medendis corporibus accommodæ, tot in maris gurgite piſcium genera, tot in aëre ac terra alites, tot pecora partim ad vescendum, partim ad cultus agrorum, ipsumqúe hominem tanti operis ac muneris dominatorem ac præfectum. Quæ initio Dei verbo ex nihilo, nullaqúe subiecta materia creata, stabiliter perseuerant ac subsistunt, suasqúe viciſſitudines, ortus, progreſſus, incrementa obtinent. Quum itaque tam sit immensa conditoris vis & potentia: quis illi vires deesse dictitabit erigendi, restaurandiqúe collapsa, qui admiranda quæqúe ex nihilo construxit? Quod si corpus homini: nullo negotio ex nihilo creauit opifex: quanto illi facilius erit mortuum restituere, atque in vitam reuocare? non quidem

Naturæ rerum resurrectionem astruit.

Conditoris maiestas & amplitudo.

ex nihilo, sed ex materia cognata ac familiari, quæ vel in cineres reuoluta est, vel alio quouis modo in auras euanuit.

Simile ab opere fusili.

Vt autem artifex opus fusile confractum atque imminutum ex eadem materia restaurat, formamque inducit præstantiorem: ita DEVS corpus in terram resolutum suo tempore reuocabit in vitam, eadem quidem, qua fuit, specie, sed omni labe, omnique terrena concretione sublata. Hoc itaque honoris deferamus immenso opifici Deo, eamque potentiam illi asseramus, vt quiduis eorum quæ libet, efficere illum posse confiteamur, nec quisquam ex sua imbecillitate, aut ignorantia illud æstimet aut metiatur: quum minutissima à nobis comprehendi nequeant, prorsusque ingenij nostri captum excedant. Quod si hæc mundi spectacula, totiusque naturæ ordo ac series non sit satis efficax ad excitandas hominum mentes, nec vllæ rationes satis firmæ ac solidæ ad declarandam Dei vim ac potentiam: saltem in se quisque descendat, ac mentis suæ dignitatem ac præstantiam sedulò excutiat: profecto intelliget atq; experietur, quanta sit humani animi, mentisque

Deus omnipotēs in eo quod vult.

4. Esdr. 4.

tisque excellentia, quanta denique illius vis & potentia, qui homini hoc munus indulsit. Mihi verò humana mens non omnino gemmis videtur absimilis, quæ præter id quod aspectu gratæ sint, atque oculis blandiantur, tum internas vires, effectusque efficaces obtinent, ac latentes quas attritu, & confricatione proferunt: vt Succinum, Gagates, Magnes agitata ac concalefacta festucas, floccos, quisquilias, ferrum violenter ad se rapiunt: Sic animæ vis exuscitata ac concussa vim suam exerit, vtque ignis sopitus ac cineribus obductus emicat, sensimque scintillare incipit. Et quanquam diuina virtus passim se profert, atque in tanto naturæ artificio omnium se oculis exhibet, adeò vt humanus animus expleri ac satiari nequeat: in nulla tamen re DEI vis atque amplitudo magis elucet, aut expressius se declarat, quàm in animo menteque hominis, quæ ab archetypo diuinitatis est deprompta. Quapropter non est quod quisquam eam opinionem cõcipiat, vt id existimet aliquando interiturum, quod ab essentia Diuinitatis dimanauit, tantisq; dotibus est excultum.

Mentis cũ gemmis cõparatio.

Simile à gemmarũ efficacia.

Mẽs humana Diuinitatis exemplar.

Quo mihi nõ absurdè ratiocinari videtur Plato:

In Phedo. Quidquid non constat ex elementis, est immortale, atq; interitus expers. Anima non constat ex elementis, nec ex materiæ concretione conflatur, sed diuinitus originem est sortita. Igitur non est obnoxia corruptioni. Nec sanè tanta inesset hominum animis vis, & acumen ingenij: præstantia doctrinæ: inuentionis subtilitas, cognitio rerum, Dei vel amor vel notitia: nisi anima à terreno concretu aliena, Diuinitatis esset particeps, atque æternitati destinata. Quæ persuasio priscorum etiã animos occupauit, Quibus insitum erat teste Cicerone, esse à morte sensum neque excessu vitæ sic deleri hominem, vt funditus interiret. Idque tum multis alijs, tum cæremonijs sepulchrorum intelligi licet. Quas nec tanta cura coluissent, nec tam inexpiabili religione sanxissent, nisi hæsisset in eorum animis, Mortem non delere omnia, sed quandam esse migrationem commutationemque vitæ melioris. Nec sanè quisquam potest esse tam rudis, tam ferinis moribus, qui in cœlum attollens oculos, tametsi nesciat cuius Dei prouidẽtia regi-

Tusc. 1. Ethnici immortalitatem admittunt.

Cic. de Diuin.

regitur hoc omne quod spectamus, aliquod tamen esse numen intelligat ex ipsa rerum magnitudine, motu, dispositione, ordine, vtilitate, constantia, quod fulcit ac moderatur omnia. Quum itaque Deus opt. max. qui nihil temerè aut fortuitò est molitus, tantarum rerum vni homini principatum attribuit, absurdum videri posset, vt is ad nihilum sit redigẽdus totusq; spectet ad interitum. Longè profectò melius cõsuluit generi humano naturæ parens, quàm vt id gigneret atque educaret, quòd quum perpessus esset extremos labores, tum incideret in mortis sempiternum malum, portum potius cõmonstrauit, ac fidam tutamque stationẽ, in qua post exactos huius æui labores liceat cõquiescere. Hinc Paulus omnia studia, curasq; nostras sursum spectare vult, erectaque mente in supernam ciuitatem, cœlestia meditari. Quòd si huius tantùm sæculi finibus vita nostra terminatur, nec vltra producitur, nihil homine calamitosius, nihil abiectius, prorsusque iniqua opulentorum atque inopum conditio. Quum illi delicijs adfluant, rerumque omnium copia perfruantur: isti malis omnibus expositi nullam habituri sint post

Homini rerum principatus attributus.

Coloss. 3. Hebr. 3.

hanc vitam, spem, nullum solatiũ. Quamobrem optimè ratiocinatur Paulus: Si in hac tantum vita spem fixam in Christum habemus: nihil Christianæ professionis hominibus miserius, multoque potior illorum conditio, qui à Christo alieni suauiter viuunt, sesq; molliter curant, quam Christianorum, qui vana spe ludificati malis se diuexari patiuntur, omniumque ludibrium esse sustinent, ac reiectamentum. Quòd si quidquid est hominis, perit, totaque spes morte finitur: quid sibi vult anxius ille mentis cruciatus, atque animi carnificina? quid sceleruum vltrix conscientia? quid ingruente tempestate aliqua pauor & trepidatio? rursus quid securitas, animique tranquillitas, & constantia? Nonnè illa pœnam sunt metuentis post hanc vitam: ista præmia spectantis, ac malorum lenimen, vitæque ex Dei præscripto exactæ non sine certa spe, remunerationem? Quæ res effecit, vt Paulus exhortatus Timothæum suæ disciplinæ assectatorem ad peragẽdam muneris Apostolici functionem, ad quam erat ascisendus, desumpto ab Athletis ac pugilibus exemplo, confidenter pronunciarit: Certamen bo-

1. Cor. 15.

Solidæ Pauli rationes in asserenda immortalitate.

Animi carnificina mentẽ vellicat.

2. Timo. 4.

bonum certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: quod superest, reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet dominus iustus iudex, non solum autem mihi, sed quotquot illi fidunt, illiusque promissionibus nituntur. Quamobrem non est quod quisquam ab hac spe decidat, mentemque sinat à tantæ fœlicitatis expectatione dimoueri. Huius enim rei veritatem sua cuique mens dictat, intellectus percipit, ratio confirmat, natura rerum loquitur: adde quòd omnibus insita sit immortalitatis honesta ambitio, & quòd quisque memoriam sui quàm maxime longam efficere cupiat, eamque apud posteros durare perenniter, ac nulla vetustate aboleri. Quæ vna ratio validissima Augustino ac Ciceroni creditur, qua conuinci possit, Animam esse immortalem, nec vnquam interituram. Hæc siquidem persuasio magnos addit stimulos, magnaque incitamenta ad virtutem, ac propositis præmijs ad præclarissima quæq; mentem extimulat. Et quanquam hæc & plæraque alia non exigant rationum suffragia, nec diuina (vt Paulus ait) consistant in persuasorijs humanæ sapientiæ verbis: non tamen improbandus il-

Decognit. veræ vitæ. Tuscul. li. 1.

1. Cor. 2.

illorum conatus, atque industria, qui sobrias rationes adferunt: quò illorum animis error eximi posset, qui contemptis scripturæ testimonijs egrè ferunt animæ immortalitatem, ac resurrectionis fidem hominibus inculcari. In cæteris verò non consultum arbitror diuina curiosius perscrutari: ac sacri codices frenum inijciunt humanę temeritati, quæ eruere tentat accessu, aditúque difficilia, atque vnde non facile resilire, ac referre pedem licet. Cuius rei documentum Iob, Esdras, ac præcipuè Paul° exhibuit, qui eò erat progressus, vt exclamare sit coactus: O altitudo diuitiarum sapientiæ & cognitionis Dei: quàm inscrutabilia sunt iudicia ei°, & inperuestigabiles viæ eius? Quis enim cognouit mentem Domini? aut quis illi fuit à consilijs? Quoniam ex illo, & per illum, & in illo omnia. Cæterum ne quis se diuelli patiatur ab hoc solido fundamento, in quo tota spes hominis decumbit, totiusque salutis cardo vertitur, Paulus acriter vrget ac inculcat Resurrectionem, quæ & animæ immortalitatem complectitur, eiusque rei fidem, certitudinem, rationem, modumq; exprimit, ex naturarerum desumpta similitudine. Natura enim om-

Quatenus eruenda Deitatis arcana.

Roman. 11.

1. Cor. 15.

Natura.

omnium rerum artifex inimitabilis, & cuius vim nemo exactè exprimere, aut emẽtiri potest, multa parit atque effingit, quæ Dei potentiam in omnibus efficacẽ demonstrant, atque in elaborandis, fingẽdisque rerum simulachris, virtutem declarant. Quòd si admiramur artificem ob insignem aliquam, concinneq; depictam tabulam, aut rem quandam affabrè elaboratam, vt Gaditanus fecit perfecta Liuij historia: quantò magis illum suspicere ac venerari par est, qui tam stupenda rerum miracula oculis mentiq́ue hominum obijcit, quorum nec numerus iniri potest, nec ratio? Nam vt ex minutissimis naturę rebus corporis humani innouatio comprobetur: Quis non obseruauit ex cicada iam vetula atque exolescente proiecto exuuio prosilire recens atque agile, argutumq́ue insecti genus? ex segni ac moribunda eruca papilionem picturatum ac volitantem? ex formicis alatam muscam? Quid bombix vermiculus, qui serica texit, nomine signa renascentis vitæ commonstrat, dum mortua reuiuiscit? Phœnix Lactantij carmine celebrata an nè rediuiua resurrectionis specimen nobis exhibet? Quid ipsa veris amœnitas, gratáq; re-

Quomodo homines resuscitandi.

Simile à pictura.

Naturæ miracula.

Simile ex natura rerum.

Phœnix resurrectionis typus.

recurrentis anni viciſsitudo? nónne reſurrectionem repræſentant, mentesque noſtras in ſpem immortalitatis erigunt? Quem verò terræ vis ac natura non oblectet? quæ quum gremio mollito ac ſubacto ſemen ſparſum acceperit, primum id occatum cohibet, deinde tepefactum vapore & complexu ſuo elicit herbeſcentẽ viriditatem, quæ fibris nixa ſtirpium ſenſim adoleſcit, culmoque erecto geniculato, vaginis iam quaſi pubeſcens includitur, è quibus quum emerſerit, frugem fundit ſpicæ ordine inſtructam, & contra auium minorum morſum munitur vallo ariſtarum. Omitto vim ipſam omnium, quæ ex terra pullulant. Siquidem ex ficu tantulo grano, ex acino vinaceo aut cæterarum ſtirpium minutiſsimis ſeminibus tantos truncos, ramosque, ac frondium pompam procreari perſpicimus. malleoli, plantæ, ſarmenta, radices, propagines, inſitiones, nónne ea efficiunt, vt non abſurda videri poſſit corporis humani innouatio? Hanc tam admirandam naturę vim poſt Ciceronem Chryſoſtomus exaggerat in immenſum, ac terram omnium parentem ſummis præconijs effert. Omniũ enim rerum vita ex terræ vligine exiſtit: herbę,

Cic. de Senect.

Stirpes renaſcentes reſurrectionẽ cõmonſtrant.

1. Theſſa. 4 Homil. 7.

herbæ, arbores, floſculi multiformes, & varij ſummaque arte elaborati, non ſine eximia odoris ſuauitate ex ſoli vbertate ortus atque incrementa ſuſcipiunt. Aër craſſus in aquã denſeſcit, quę cœlitus delapſa terrã irrigat, eadẽ rurſus Solis calore extenuata rareſcit, atque in aërem cõmutatur: multaque eius generis varias mutationes ſuſtinent, quę non minus admirationis adferunt, quàm reſurrectio. Verbi cauſa, vitis ex terræ humiditate nõ ſolum pampinos & capreolos guſtu peracerbos, ſed ſalubrem etiam ſuccũ, vuaſque ſapidas producit. Palma ſcabra arbor & corticoſa dactylos profert dulces, viroſos, ſucculentos. Iam verò ſemen vnde homo concipitur, quomodo in aures, in manus, in brachia, in cor, pulmonem, neruos, arterias, carnem, oſſa, cartilagines, membranas figuretur, quis poſsit ratione conſequi? tam multa ſunt in corpore humano qualitatum, humorum, potentiarum, virtutum, functionum diſcrimina, ex vnico ſemine conſtituta. Annè tibi inexplicabile videtur, quomodo humidum & molle in os durum ac frigidum ſolideſcit? quomodo in ſanguinem rubicundum ac florulentum

Terra poſſ Deum rerũ parens.

Naturæ artificium.

Ex hominis ſtructura exẽplũ.

cibi

cibi alterentur? in venas, arterias, neruos, musculos, ligamenta, tendines, alimenta commutentur, ac solidescant? Quum itaque tam multa quotidie natura moliatur, quorum mens humana rationem assequi nequeat: quis negabit id præstare posse totius vniuersitatis opificem in resuscitandis, erigendisque corporibus, quod natura Dei ministra quotidie facit in fouendo, eliciendoque putrefacto semine. Vident id madefactum repullulascere, atque in speciosam stirpem, densamque frondem emergere: & non credunt hominem humo conditum reuicturum, suoque nitori aliquando restituendum. Itaque Cyprianus, cui Symbolum asscriptum est, Pauli exemplo ex natura seminum resurrectionis fidē illustrat: Siquis, inquit, diuersa semina in vnum commisceat, atque hæc in discreta seminet, vel passim in terram spargat: nónne cuiusque seminis satio competenti tempore, secūdum naturæ suæ speciem germen producit, & culmum suæ formæ, suique corporis reparat? Ita quoque carnis substantia quàmuis variè ac diuersè sparsa sit, quum Deo visum erit, reducetur in vitam, illa specie quam mors abstulerat: atque ita fit,

A minori ad maiq.

Natura Dei ministra.

Exempla resurrectionis ex Cypriano.

fit, vt vnicuiq; animæ non confusum, nõ ascititium, aut extraneũ corpus: sed suum quod habuerat, sit restituendum, vt consequenter possit, pro præsentis vitæ certamine cum anima sua caro pudica coronari, vel impudica puniri. Quapropter nõ videtur mihi Paulus, magis apposita, propinquaque imagine resurrectionis typum potuisse figurare, quàm sparsi seminis, subactiq; scrobis similitudine. Quod est enim in natura semen humo condere hoc est in resurrectione cadauer sepelire quod illic enasci atque in viuam stirpem emergere: id homini reuiuiscere. Cõmittitur terrę corp° putredini obnoxium: at idem reuiuiscet sublata omni naturæ imbecillitate: defoditur in terram varijs affectibus, calamitatibus, morbisque expositum: resurget alacre, viuidum, erectum, purumque ac putum, atque ab omni labe defecatum. Exemplo res erit lucidior: Aegroto qui graui morbo cõflictatur, color defloresçit, efficiturque luridus, mustelinus, squallidus, giluus, cadaueroſus: totumque corpus adeo gracilescit, atque extenuatur, vt exhausto vitali succo agnosci nequeat. At is adhibitis medicamentis, ac salubri victus ratione reui-

Simile à sparso semine.

Exemplum ab exhausto corpore.

uiſcit, fitque pinguis ac nitidus, cuteq; tã ſuauiter curata, vt Mangonio excultus atq; expolitus videri poſſit. Sic in Reſurrectione idem corpus emerget, ſed illuſtrius, & in quo nulla apparebunt concretæ labis, aut corruptelæ veteris veſtigia. Hoc exemplar in Chriſto primũ inchoatum eſt, qui nulla re efficacius Diuinitatem ſuam declarauit, quàm Reſurrectionis triumpho. Id ipſum in omnibus eius virtute eſt exprimendum. Qui, vt Paulus ait, transformabit corpus noſtrum humile, ac conforme reddet corpori ſuo glorioſo, ſecundùm efficaciam, qua poteſt etiam ſibi ſubijcere omnia. Quamobrem non vult nos diſcruciari metu mortis Apoſtolus, nec impotentius luctu ac lamẽtis confici. Quandoquidem qui in Chriſto obdormiſcũt, Dei verbo ſunt reſuſcitandi, ſempiterno æuo cum illo fruituri: quod ita futurum prædixit Seruator: Veniet hora qua omnes qui in monumẽtis ſunt, audient vocem eius, ac prodibunt, qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in reſurrectionem condemnationis. Quibus verbis ſolatium adfert deiectis, afflictisque mentibus, ne malis ſuccumbant: impijs verò ac de-

Philip. 2.

1. Theſſ. 4.

Ioan. 5.

Diffidentia & fiducia quid efficiant.

deploratis hominibus terrorem incutit, ac trepidationem, vt qui nullum prorsus sibi scelerum finem statuerent, nisi post hanc vitam persoluerentur pietatis atq; impietatis præmia. Vnde Iob in extrema calamitate constitutus, & cui ad summam miseriam nihil esset reliqui, hac certa spe se ipse solatur: Scio quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & in carne mea videbo Deum seruatorem meum, quem conspecturus sum ego ipse, & non alius: reposita est hæc spes in sinu meo. Quum itaque tota spes ac fiducia consequendæ salutis, omneque in extremis solatium in resurrectionis fide consistat, hãc præcipuè oportunamus insultibus, ac terriculamentis, quibus mentes nostras subruere tentãt, ac labefactare Dæmones, in eoque spem fixam habeamus, qui tantæ libertatis nostris autor atque assertor extitit. In maximam autem spem ac salutis fiduciam erexit hominum mentes diu expectata Seruatoris natiuitas, multum contulit eius inter homines conuersatio, morum integritas, doctrina, mors deniq; ipsius, quam nostra causa subijt, atque ab interitu nos vindicauit: verũ hoc effecit Resurrectio-

Cap. 14. 19

Resurrectio labantes fulcit.

Natiuitas Christi quid effecerit.

Resurrectio quid homini contulit.

nis veritas, vt parto de morte triumpho ac victoria nemo de promissa salute possit ambigere, sed firmam spem concipere audeat in se quoque omnia perficienda, quæ in capite sunt expressa, exhibitaque. Itaque tota fides nostra illius resurrectione nititur, per quam Christus mortem expugnauit, eiusq; aculeum, hoc est, peccatum, quod à Deo nos auersos reddidit, atque alienos, confecit. Proinde quum tantam felicitatem per mortem Seruatoris ac resurrectionem simus consequuti, non sinamus nos à recta sententia dimoueri, sed demus operam, vt tantorum bonorum fructum percipiamus, atque in

Petr. 1.

illum cõtinenter defigamus oculos, qui singulari suo fauore ac misericordia, per Christũ excitatũ à morte, regenuit nos in spem viuam, vitæq; nunquam interituræ restituit, atque hæreditatem immortalem consignauit, condonans nobis omnia delicta, obliterato expunctoq; quod aduersus nos erat, Chirographo. Huius beneficij memoria animo nostro assiduè obuersari debet, potissimè quando postremus cõflictus nobis adeũdus est, in quo,

Coloss. 2.

Resurrectio semper in animũ reuocanda.

detestatis omnibus anteactæ vitæ flagitijs, opponamus Satanæ, morti, peccato, in-

Autor iactat fidem in Christū mentes erigere.

inferno immensam Dei patris misericordiam per fiduciam in Christum, per quem nobis certò obuia, parataque est salus, omniumque peccatorum remissio ac reconciliatio in sanguine illius. Per hunc accessum aditumque habemus ad patrem. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Sic enim dilexit Deus mundum, vt filium suum vnigenitum impenderit nobis redimendis, vt omnis qui credit in eum, quique illi fidit, ac promissioni illius innititur, non pereat, sed vitam æternam assequatur. Quæ fiducia exuscitat, erigitque mentes nostras, vt proferant veros fructus per opera Charitatis, qua summo amore prosequimur Deum, & propter hunc proximum. Quod autem dictat Fides, exequitur Charitas. Fides enim non otiosa gignit Charitatem, Charitas vicissim alit Fidē. Sic in fatuarum lampadibus extinguitur lumen fidei, oleo charitatis deficiente. Hęc itaque fides, fiduciaque promissæ misericordiæ, quæ cordi nostro infusa est per spiritum sanctum, excitanda fouendaq; in nobis, vt per Christi mediatoris meritum clamemus, Abba, pater. Spiritus enim adoptionis atque arrabo hæreditatis nostræ

Ioan. 3.

Fiducia in Christum mentes erigit.

Matth. 25.

Fides Charitates stipata.

Gala. 4.

Autoris confessio de fide iustificante

strę in redemptionẽ acquisitę possessionis erigit nos ac consolatur, mentiq; trepidationem, ac conscientiæ terrorem eximit, efficitque vt fauorem, vt præsentiã, vt misericordiam Dei agnoscamus, & consequamur redemptionem ac reconciliationem beneficio Iesu Christi, quem proposuit Deus propitiatorẽ per fidem in sanguine illius. Itaque iustificati fide, pacem consequimur, ac pacatam conscientiam, mentemque tranquillã ac securam, sicvt discussa omni diffidẽtia ac desperatione, conceptaq; certa Resurrectionis atque immortalitatis spe, nec quidquã hæsitantes de parta salute, alacriter hinc emigremus in nostram sedẽ, ac supernã patriam, perenni gaudio, cum libertatis nostræ assertore fruituri. Quæ ne mentibus nostris aliquando excidant, tantique beneficij ac pignoris exolescat recordatio, aut obrepat obliuio, Cœnam Dominicam ac sacram Synaxim instituit: qua sub inde recolimus ac refricamus omnium actorum memoriam, vt crebra meditatione noui fœderis erigatur atque inardescat mens nostra in illius reuerentiam, sumptoque corpore & sanguine ipsius, illo vniamur, ac certam spem atque fidu-

In Deum per Christũ defigendi oculi.

Synaxis

duciam concipiamus Charitatis ac miſe-
ricordiæ immenſæ, qua non dubitauit
vitam ſuam nobis redimendis impende-
re. Quod ipſum monumentum quum
aſſiduè, tum maxime, ſub finẽ vitæ, mor-
tæque iam imminente adhibere, mente-
que ac animo concipere conuenit, vt
tranquillitas in animis noſtris, ſumma-
que in illum fiducia mentibus noſtris in
hæreſcat, ac continenter illi gratias a- *Euchari-*
gamus pro inæſtimabili effuſi ſanguinis *ſtia.*
munere, quo omnem peccati labem no-
bis exemit, excuſſoque mortis terrore,
ac ſublata ſæuiſſimi hoſtis tyrannide in
libertatem captiuos aſſeruit. Hoc ita-
que myſtico pane ac ſacroſancto ſymbo-
lo certi reddimur Chriſto nos eſſe inſi-
tos, illique vnitos atque arctiſsimo dile-
ctionis vinculo connexos. Quo effici- *Hebr.6.*
tur vt certiſſima ſpe tanquam ſcipione
fulti ea nobis aſſequuturos confidamus,
quæ concepit ac perſuaſit afflatu ſpiritus
fides, ex qua tanquam radice, Charita-
tis rami pullulant, qui vberrimos operum
fructus proferunt. Illi enim viuacem eſ- *Iacob.2.*
ſe fidem teſtantur, nec vlla ſui parte
mutilam aut claudicantem. Bonis ſiqui- *Habendus*
dem Deoque acceptis operibus fides *delectus o-*
perum.

solida nunquam destituta est, sed ornata, vt speciosa arbor fronde ac fructibus. Quum itaque Virtutes istæ Heroicæ, ac diuinitus inspiratæ, quæ ita inter se cohærent, ac consentiunt, vt se diuelli non patiantur, ad salutem sint necessariæ, in ijs sedulo exercenda mens est, quò post exactas huius æui molestias, post approbatam atque exertam fidei nostræ professionem quam Deus à nobis exigit, in eaque nos exercet, eas opes, illam hæreditatem, illa præmia consequamur, quæ Deus ijs consignauit qui in vitæ huius certamine delegato munere probè sunt defuncti: in quo si erratum est, nihil saluti magis proximum, quàm erecta in Deum mente, immensæ illius misericordiæ se totum committere. Freti itaque illius clementia, ac spe misericordiæ, quam nulli resipiscenti denegat, fulti, accedamus cum fiducia ad thronum gratiæ ipsius, vt consequamur misericordiam in tempore opportuno. Atque illud Prophetæ continenter, atque ex intimo cordis affectu exorabilis placabilisque Iudicis auribus insonemus: Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine, quoniam non iustificabi-

Iustificatio impij ex Dei fiducia.

Ezech. 18.

Heb. 4.

Psal. 142.

bitur in conſpectu tuo omnis viuens, Si iniquitates obſeruaueris Domine, quis ſuſtinebit? Verũ apud te propitiatio eſt, & copioſa apud te redemptio. *Pſal. 119. Diffidentiæ excutiendæ animis.*

AN PRODIGIOSIS, MONſtroſisque partubus, atque abortiuis anima rationalis indita, ſintque Reſurrectionis futuri participes, obiter qua ex cauſa excitentur monſtra.

Cap. XV.

QVicunque formam humanam obtinent, ſumptoque à primo parẽte naſcendi ordine, ratione ac modo ab vtroque ſexu ſunt proſeminati, licet mõſtroſa ſint ſpecie, deformique habitu, animæ rationalis munere potiuntur, decurſoq; æui huius curriculo futuri ſint reſurrectionis participes. Qui verò nihil hominis præ ſe ferunt, atque ex alterius animantis commiſtione ſunt conflati, ſuaſque actiones aliter, quàm homines exercent, nec immortales ſunt futuri, nec innouati corporis honore illuſtrandi. Sic Fauni, Satyri, Lemures, Cẽtauri, Striges, *Deformitas nõ priuat quẽquã hominis nomine.*

Faun. Satyri, Lemures.

Tritones, Sirenes, Harpyæ, & siqua alia fabulosa vetustas commenta est, nec animam rationalem obtinent, nec Resurrectionis beneficio potientur. Sunt quidē inter tot hominū myriades plerique enormi corpore, aspectu tetro atque horrido, rostro suillo, rictu indecenti: sed hi omnes tametsi à naturali hominis forma deflexerint, in hominum tamen numerū referuntur. Loquūtur enim, ratiocinantur, iudicant, reminiscuntur, aliaque animæ munia obeunt, ac suas actiones humano more peragunt, licet ab hominis dignitate ac præstantia, insitaque naturæ vi nonnihil degenerent. Contrahitur autem multifariam monstrosus corporis habitus. Siquidem pauor, metus, consternatio, influxus siderum, excremēti seminalis vel defectus, vel redundantia, imaginationes gestantium, variaque simulachra, quæ animo menteque concipiuntur, corpus deformant, atque alienas species, figurasque absurdas sexui imprimunt. Nonnunquam totius naturæ ordo inuertitur, quum vel semina vitiata sunt, vel instrumenta inepta, sic vt naturales facultates propagandæ singēdæque sobolis suum opificium exactè elaborare

Vnde monstrosa species.

borare nequeant. Vt enim artifex quamlibet industrius opus feliciter inchoatũ perficere nequit, vbi vel materia improba est, vel instrumenta retusa: Sic natura destituta facultatum suarum viribus, vel materiam nacta inidoneam, omnia vitiosè agit, suoque fine frustratur. Non desunt qui data opera nonnullas corporis partes aliter, quàm natura instituit, informãt. Sic in Asia Hippocrate teste, Μακροκεφαλοὶ erant, quorũ capita in oblongam formam figurabant nutrices: id enim visum est illis insigne, ac generosæ indolis argumentum, vt Persis nasus Aquilinus. Quò tandem effectum est, vt etiamsi cessaret atque intermitteretur premendi capitis consuetudo, natura tamen, dum formationi fœtus insisteret, cum inueterata inolitaque consuetudine conspiraret, & quæ quisque artificiosè adhibitaque industria moliretur, ipsa natura sponte exprimeret. Alimenta quoque, ipsaque ambientis aëris qualitas nonnullarum partium deformitatem pariunt. Sic qui frigida humidaque loca occupant, sunt Capitones, ventricosi, obeso corpore, labris tumidis, buccis protuberantibus. Pleræque regiones pigmæos producunt, Arismaspos,

Simile ab artificis industria.

De aëre et locis.

Regiones corporis & animi conditiones immutant.

maſpos, nauos, pumiliones, coarctæque breuitatis homũculos. Aliæ gurturoſos, ſtrumisque deformatos, ſimis naribus, varis repandisque cruribus. Verùm licet in his multa deſiderentur, membraque vel diſtorta ſint, vel enormiter conſtituta: quia tamen ex hominibus ſunt prognati, ac vis aliqua rationis in his viget, ijſdemque naturæ legibus ducuntur, animam rationalem ijs ineſſe Orthodoxi ſtatuunt, ac reſurrectionis fore conſortes. Cuius vis hoc effectura eſt, vt deformia quæque, aſpectuque horrida, dignam homine venuſtatem conſequantur, membraque hiulca, diſtorta, luxata, incurua, mutila in ſuam integritatem ſint reſtauranda. Et quanquam in nonnullis rationis vigor minus elucet propter organi ineptitudinem, vt in pueris, ſeniculis, ebrijs, delirantibus, quibus vel impedita eſt animæ vis, vel oppreſſa: ſingulis tamẽ anima rationalis infuſa eſt: quæque imminuta ſunt reſurrectionis munere continget impleri. Imperfecti verò partus, atque abortiui, omnesque effluxus, quibus aut nulla eſt, aut perexigua mẽbrorum delineatio, quòd animæ rationalis munere ſunt deſtituti, hominis nomen non

Reſurrectio corpora indecora reſtituet.

non promerentur: eoque nec resuscitandi. Medici autem inter abortum effluxumque discrimen statuunt. Effluxus siquidem fit, quum semina primũ aliquot dies conglobata ob vteri læuorem ac lubricitatem præmaturè effluunt, ac delabuntur, sic vt informe quiddam profluat, ac rudimentum futuri fœtus, operisque inchoati adumbratio, quod ipsum deperit atque excutitur: vt semina, fœtusque arbutei in frugiperda arbore. Abortus verò membra exactè plerumque conformata demonstrat, qui vbi duos & quadraginta dies impleuerit, animæ rationalis, vitæque munere potitur. Quò fit, vt si erumpat, obortaque subita aliqua consternatione, excutiatur, in vitam aliquãdo sit reuocandus. Licet enim multa in illo desiderentur, iustaque magnitudo denegetur, omnia tamen in resurrectione sunt implenda, quæ tempore erãt accessura. Et quemadmodum pueri multa habent potestate, quæ progressu temporis, accessuq; ætatis se proferunt: vt sunt dentes, vngues, capilli, iustaq; moles ac statura corporis, quæ facultate seminis sensim augescunt, ac perficiuntur: sic in Resurrectione omnia corporis detrimẽta, om-

Abortus et effluxus discrimen.

Simile à puerorum incremẽto.

ta, omnesq; partes in absolutæ perficientur. Quisquis igitur ex humano semine, non ex fœda aliqua putuque vligine, aut vitiosi humoris cõcursu & cõfluuio prognatus est, tametsi monstroso sit corpore, ac deformi specie, à morte postliminio in vitam reuocandus est, sublato omni vitio, membrisq; omnibus vigore Resurrectionis in suam integritatem decenter redactis. Siquidem immensus ille rerum opifex,

Prudẽtius. *Qui reparat corpus, nox reddet debile quidquam.*
Nam si debilitas redit, instauratio non est.
Quod casus rapuit, quod morbus, quod dolor hausit,
Quod truncauit edax senium populante veterno,
Omne reuertenti reparata in membra redibit.

Deo nihil impossibile.

Id enim illi admodum procliue erit, minimeque operosum, qui ex nihilo omnia cõstituit. Plus est enim Augustino teste, homines creare, quàm collapsos erigere, ac denuò in vitam reuocare. Plus est efficere, vt existat quod nunquam fuit, quã reparare quod aliquando extitit. Nec Deo perit terrena materies, cui facilè est reuocare in pristinam naturam quod in halitus, in aurã, atq; aëra euanuit, quodque vel absumpsit macies, vel fames exhausit, vel morbi depopulati sunt, vel exustione in cineres sit reuolutũ, vel in elementa,

menta,ac corporis alieni substantiã tran fierit. Reddetur enim caro illi homini à quo decisa est, tanquam mutuum atque æs alienum. Hanc tam efficacem vim experientur qui hominis nomen promerẽtur: eaq; mõstra quæ ex hominibus proseminata sunt,atque eandem cum hominibus naturã obtinent,huius diuini muneris futuri sunt consortes.

Simile ab ære alieno.

HVMORES ATQVE ALIMENTA CORPORIS HABITVM MENTISQVE STATVM MANIFESTO IMMVTARE: ATQVE HINC AFFECTVũ ORIGO, AC CONSCIENTIÆ STIMVLI EMERGVNT, OBITER QVID MELANCHOLIA EFFICIAT, & QVA QVISQVE RATIONE ILLI MEDERI QVEAT.

Affectuũ origo.

Cap. XVI.

NEmo est mortalium qui affectibus nõ ducatur, suaq; percipiat παθήματα seu perturbationes, vt alius alio est concitatior, atque ad concipiendos animi motus propensior. Siquidem qui inculpato sunt corporis habitu ac temperanter victus vitæque rationem instituunt,perturbationibus minus solent inquietari. Sic Socra-

Nemo non affectibus vrgetur.

Socrates quur affectibus minus obnoxius.

Socrates ea animi tranquillitate ac constantia fuisse memoratur, vt domi foris-
que semper eodem vultu, eadem mentis alacritate extiterit, licet morosam vxorẽ perpeti sit coactus: quod ipsum non alia ratione obtinuit, quàm frugalitate, summaque temperantia. Hinc Cicero omnium perturbationum fontem, intemperantiam constituit, quæ est à tota mente atq; à recta ratione defectio, adeo vt nullo modo appetitiones animi regi, aut in officio contineri queant. Quemadmodũ igitur temperãtia sedat omnes enormes appetitiones, atque efficit, vt hæ rectæ rationi pareant, cõseruatque moderata iudicia mentis: Sic huic inimica intemperantia omnẽ animi statũ inflammat, conturbat, incitat. Quò fit vt omnes corporis morbi, mentisque errores ex ea pullulent. Vt enim, dum sanguis & pituita redundant, aut vbi vtraque bilis adaucta est, ægrotationes, morbique in corpore nascuntur: sic prauarum opinionum conturbatio, earumque inter se repugnantia animũ sanitate spoliat, ac corpus in mutuam perniciem pertrahit. Ira siquidem, excandescentia, obtrectatio, metus, pauor, mœstitia, æmulatio, siquando venis medul-

Tusc. 4.

Temperãtia.

Affectuum in animo tyrannis.

lisque insederint, atque intimos mentis recessus occuparint, corpori quoque infesta sunt, illique teterrimos morbos inferunt. Corporis itidem morbi animum per consensum, ac lege consortij afficiũt. Et quanquam obiecta, multæque externæ causæ motus turbulentos in homine concitent, præcipua tamen causa atque origo in corde, necnõ in humoribus spiritibusque consistit: qui si moderati sint, nec aliena qualitate imbuti: minus feruescit animus, pauloque mens est sedatior. Ita si sanguis syncerus sit ac defecatus, si æquabile temperamentum, corpusque valetudine inoffensa: segnius irritari hominem contingit, minusque vel ira, vel metu, vel vindictæ cupiditate diuexari: aut si aliquo affectu concutiatur, vt nemo prorsus ἀπαθὴς, atque ab affectibus alienus, confestim adhibita in consilium ratione, mentisque iudicio, omnis animi feruor miteſcit, æstusque sedatur. Cuius rei documentum sumere licet ex Dauide ac Pericle, quibus quùm improbus quidam insultaret, ac cõuicia ingereret, non odio illum, aut vindicta, sed humanitatis officio sunt prosequuti. Concipit quidem cor ex his quę foris obijciuntur,

Affectuum origo.

Dauidis et Periclis moderatio.

varios animi motus, sed plerumq; nullis obiectis simulachris in violẽtos affectus erumpit, ac subeunte animum latenti, tacitaq; cogitatione vel illatæ contumeliæ, vel accepti incõmodi indignatione, mẽs ipsa feruescit, atq; intra se tumultuatur. Magni itaque refert in affectuũ differentijs, quale cuiusque temperamentum existat, quibus humoribus corpus sit oppletum, quæ spirituũ qui ex humoribus generantur, qualitas. Siquidem qui calidi sunt, siccoq; corporis habitu, celerius incãdescũt, præsertim qui improcero pusilloq; corpore existũt, quibus oblata etiã futili quauis, nulliusq; momẽti occasione, citissimè bilis accẽditur, quæ propter loci angustiã, minimũque organorũ interuallum, mentẽ confestim corripit, atque vt humiles casas, ac tuguriola, inflãmat, accenditque. Eadẽ ratione huiusmodi cõstitutionis homines præ cæteris ingenio, mentisque iudicio pollent, quod spiritus coacti, minusq; diffusi aut dissipati acrius vires suas exerãt. Vt autẽ nutrimenta ac fomites alij alijs promptius flãmã concipiunt, atq; inardescunt, tũ quædam serius, quędã citius sopiuntur: Ita in spiritibus atque humoribus fieri assolet, quorum

Statura pusilla quur iracundi.

Simile à fomitibus ignitis.

quorum nonnulli diuturnos, tenacesq; affectus pariunt: nonnulli euanidos subitoq; perituros. Quò fit, vt Cholerici sint feruidi, animoq; concitato. Atq; vt stipulæ ac stramenta citissimè igneſcunt: sic isti ob calidi humoris tenuitatẽ, ac subitam inflammationẽ impotentius incandescunt, sed ijs cõfestim deferuescit ira, atq; efficiuntur placabiles. Melancholici verò tardius iritantur, verũ accẽsis serius seneſcit ira, prorsusq; sunt implacabiles, atque iniuriarũ tenaces. Phlegmatici autẽ, vtpote frigidę humẽtisq; naturæ, nullũ propemodũ sentiunt animi motũ, nec magnopere vllis reb° permouentur. Quò fit, vt ignaui existant atq; inertes, nec ad vllas res præclaras appositi. Sic vt aptè illis prouerbiũ possit accõmodari, Mentẽ nõ habere, qui nõ habet irã. Sãguinei calidę humidęque naturæ nulla re graui ac seria, nullis curis distinentur, sed toti in iocos, cantilenas, fabulas, vrbanitates ac dicteria effusi nihil aliud quàm voluptates ac delicias consectantur. Quæ hominum conditiones ac discrimina pro humorũ qualitate ac mixtura, pro ambiẽtis aëris ac loci natura subinde mutantur, mentesq; hominũ multifariam afficiunt,

Bilioſi hominis natura.

Melancholici natura.

Pituitoſi conditio.

Prouerbiũ in ignauos.

Sanguinei hominis natura.

eoque perſuaſum habeo, affectionũ cauſam humoribus etiam aſſignandã. Siquidem affecto corde excitari ſpiritus contingit, atque humores ebullire mentẽq; hominis illorum agitatione, tanquam funali faceque ſubdita acrius inflammari. Vt enim principe ductoreque exercitus iritato, milites præſidiarij, eiusque ſtipatores confeſtim ſe in pedes erigunt, hoſtem inuaſuri: Sic perturbatione aliqua, affectuque animi ingruente vnà cũ corde commoueri humores, ac ſpiritus exilire contingit, atque in ira, pudore, verecundia, immoderata lætitia foras erũpere: In metu verò, pauore, mœſtitia, nõſine graui valetudinis diſpendio ſeſe recondere, atq; intrò reuocari: adeò vt ſanguis modo deſerat deſtituatq; cor, modo ſui affluentia illud ſtrãgulet opprimatq; Sic multi immodica lætitia derepẽte extincti ſunt: nõnulli ex inopinata conſternatione, ſubitoque pauore interierunt. Quod his potiſſimum euenit, qui affectibus ſuis moderari nequeũt, nec ijs ratione obſiſtere aut mederi: vt ſunt ferè infirmioris ſexus homines mulierculę, infantes, ſeniculi, ἀναχωρῆται, quiq; à primis annis ab hominũ conſortio ſemoti, vitã ſolitariam

Simile à militiæ duce.

Qui puſillanimes ac meticuloſi.

litariam sunt amplexi, quos calor languidus, spiritus animalis tenuis atque exilis pusillanimos efficit, trepidos, meticulosos, animiq; deiectioris, quã vt se fortes præbere possint in obluctãdis propulsandisq; aduersis. Cæterũ ætas cuiusq;, cœli tẽperies, influxus siderũ, educatio, vitęq; institutũ, ac mos gentilitius maximũ momentũ in affectuũ morumq; differentijs obtinẽt. Si enim singulas regiones collustres, si omniũ gentium naturã, studia ac propensiones excutias: cõperies diuersa viuendi instituta, varia ingeniorum, affectionũ, morũq; discrimina: Magni itaq; refert, qua quis sit ætate, qua educatione, quo sidere, cœloq; natus, quali tẽperamẽto ac corporis cõstitutione existat, quorũ deniq; conuictu & consuetudine vtatur, quæ humorũ tũ copia tum qualitas. Hęc enim magna ex parte animi mores cõstituunt. Sic quibus sanguis crassus est, feroces plerumq; sunt, improbis moribus, inhospitales, inhumani, & qui nullos sentiunt vel admittunt cõscientiæ stimulos, nullo tangũtur metu, nulla ducũtur religionis reuerentia, nullo pietatis, nulloq; mouentur humanitatis affectu: cuius generis sunt nautæ, aulœdi, aurigę,

Multa corporis habitum immutare.

Ex humoribus emergũt mores.

Quod genus hominum inhumanum.

baiuli,vectores,& quotquot militię sunt assueti,qui ob sanguinis crassitiē,densosque ac turbulētos spiritus,cōscientiā incrassatā habēt, mentemq; densissimis vitijs obscuratā. Quod si qua suboriatur sanioris mētis scintilla,aut siquas habēt virtutes , qui huic vitæ instituto se dederūt,illas vel obruūt, vel grauibꝰ vitijs cōmaculant. Quum enim omnem ætatem in pessima quæque cōsumpserunt,improbitas vitæ iam ex consuetudine in naturā illis abijt.Sic Hānibali, autore Liuio,inhumana crudelitas, perfidia plusquā Punica, nihil veri,nihil sancti, nullꝰ Diuūm metus, nullum iusiurandū, nulla religio. Siquidem ex Lucani sententia.

Libr.1. belli.

Libr.4.

Nulla fides pietasque viris qui castra sequuntur
Vænalesque manus:ibi fax, vbi maxima merces.

Quæ ingeniorū , morumque atque affectuum varietas commōstrare mihi videtur,motus atque animi cuiusque propensiones in multas esse causas referendas. Quanquā enim obiecta, ipsumque Cor, ac membra nutritioni,gignendisque spiritibus destinata,organa sunt,atque affectuum conceptacula: humores tamē corpori infixi, calor immodicus, influxus siderum,alimentorum facultates,ambientis

Quæ affectus exasperant.

tis aëris qualitas, vini immodicus vſus fa ces accendunt, atq; in perturbanda men te, concitandisque omnis generis affecti bus præbent ſeminaria. Hinc elice, quid noxæ rationi mentique inferatur, vbi organa, vbi ſpiritus, vbi humores aliquid vi tij, aut labis contraxerint. Eo enim fit vt homo à ſui dignitate ac præſtãtia deſciſcat, atque in belluam degeneret. Quod vates Regius deplorat: Homo quũ in honore eſſet cõſtitutus, nõ id curæ habuit, reputatus eſt cũ iumentis inſipientibus, illisq; factus eſt aſſimilis. Extinguitur enim ratio, mentiſque lumen obruitur vitioſis affectibus impeditum. Vt enim lychni ac faculæ minus lucis exhibẽt, loculo inſertæ lucernario impolito parumque nitido: ita mẽs hominis tenebris corporis offuſa minus ſplendeſcit, pauloque ſegnius vires ſuas exerit. Eſt quidẽ humanæ naturæ inſitũ, vt ſanguinei exhilareſcãt, Melancholici mœrore cõtrahantur, deſides ſint ac veternoſi Phlegmatici, Iracundi, Cholerici: Sed omnes hi affectus moderati ſunt, minuſque vitioſi, vbi humores intra mediocritatẽ cõſiſtunt, nullaque aliena qualitate ſunt vitiati. Quod ſi qualitas, copiaque ijs augeatur, aut

Pſal. 48.

Simile à facibus.

Affectus quando mitiores.

à temperie deflexerint, miris modis hominem affici contingit, atque à recta ratione deflecti. Et quanquam qualitates elementares, humores denique ac spiritus nemini ad actionem necessitatē impo nunt, vt nec siderum aspectus: eam tamē vim in permouendis affectibus obtinēt, vt homines obluctante etiam inuitaque ratione, tanquam tempestate quadam ad perturbationū scopulos illidantur. Qualis est enim aëris marisque intemperies, qualis vini immoderatè sumpti violētia: talis est humoris Cholerici ac Melancholici vis plus satis adaucta. Quis autem sese intimè excutiat, suamque naturam accuratè exploret, turbulētos animi motus, atque enormes impetus non subinde percipit, adeò, vt sit modo vel irritatior, morosior, inuidentior, lasciuior, vel in alium atque alium affectū pro humorum intemperie inclinatior. Quod si eā sustinet mutationem humanus animus, vbi paulùm modo degenerarint à genuina natura humores, vt momento temporis mens varijs affectibus rapiatur: quid futurum speramus, vbi ad extremum praui tatis ac malitiæ sunt progressi, atque in principes partes impetū fecerunt? Cuius nobis

Sidera & humores vim, non necessitatē inferunt.

Omnes affectibus obnoxij.

nobis experimenta proferunt, funeſtaq; ſpectacula exhibent Maniaci, furioſi, lymphati, phrenſtici, melancholici, quiq; alie natione mentis, vel deſipientia, delirioq; tentantur, quibus quũ morbi corporis in mentẽ redundent, formidandis horrendisque malis homines excruciant. Quãobrem qui ſibi ſuæque valetudine optimè conſultũ cupiunt, temperanter vitæ rationẽ inſtituant: ne ex humorum fuligine mentem alienis abſurdisque imaginationibus diuexari contingat, atque à ſedibus ſuis dimoueri. Hæc autẽ his potiſſimum inculcanda, qui munia publica obeunt, ac literis intempeſtiuius ſunt addicti: quod hi magna ex parte melancholia ſoleant infeſtari. Qui humor tametſi mentẽ acuat, vt vinũ moderatè hauſtum, ipſe tamen plus ſatis auctus, vitioque aliquo imbutus maximo incõmodo mentẽ afficit, adeo vt Cicero ſuſtinuerit tardioris eſſe ingenij potius, quàm ingenioſus ac melancholicus. Huiuſmodi autem corporis habitũ nonnulli natura nacti ſunt, plurimi ex varijs diuerſisque cauſis contraxerunt, ab eo prius alieni. Non deſunt qui ex iugi ſtudio atque intempeſtiua lucubratione huc deuenerunt: alij ex metu,

Corpus & animam mutuis morbis affici.

Vt ſtudioſi quique melancholiæ excutiant.

Tuſc. 1.

Melancholia vnde contrahitur.

Vnde sint absurdæ imaginationes.

tu, solicitudine, mœrore, tristitia huc sunt delapsi: Pleriq; ex hæmorrhoidum, mensiumq; suppresso profluuio, aut subsistẽte cõsueta aliqua vacuatione huc sunt delati: quibus quũ atra densaq; fuligine cerebrũ impleatur, mentẽ absurdis imaginationibus diuexari cõtingit, eamq; mutationẽ sustinere, ac violentiã perpeti, vt aliquando spectatę probitatis, summęq; existimationis viri ad funestũ vitæ exitũ adigantur, adeo vt mirari subeat tantã inesse vim ac ferociã humori melãcholico, vt oppressa ratione mentem cuiquam possit eripere. Porro vt atra densaque nubes soli offusa, radios eius intercipit, ac lumen offuscat: Sic humor Melancholicus mentem obnubilat, atque ad noxia quæque impellit. Ingerunt quidẽ se prauis humoribus mali Genij, atq; atrę bili pręcipuè se immiscent, quod is humor, vbi naturæ limites excedit, ad pessima quæque perpetrãda sit accõmodus. Cõcipiunt enim huiusmodi cõstitutionis homines graues, acresq; mot°, ac diuturnos affect° propter humoris tenacitatẽ, qui ægrè liquescit ac dissoluitur. Quò fit vt prauæ cogitatiões & cõceptus diu animo inhæreãt, quæ nõnunquã in effectũ erũpunt adeo, vt notos igno-

Simile à nube caliginosa.

Mali Genij melancholiæ incumbunt.

Melancholici vnde absurda imaginantur.

ignotosq; indiscriminatim adoriantur,& quũ alijs,tum sibi ipsis sint infesti.Sic etiã Cholericis faces ministrant, sed hi iritati nõ se,sed alios impetũt.Quod autẽ horũ causa in humoribus cõsistit, nec omnino in malis Genijs,licet frigidã illi suffundãt vel hinc colligi potest,quod Maniaci,Melancholici,quiq; alienatæ mẽtis existunt, hæmorrhoidum mensiumq; quę substiterant affluuio soleãt liberari,atq; ad saniorẽ mentẽ reduci,auersa scilicet humorũ fuligine quæ imaginationes ac spiritus animales vitiabat.Cui his Aphoris. Hippocrates fidẽ astruit, Insaniẽtibus, si varices aut hæmorrhoides superueniunt, morbo liberãtur,deriuãte natura humores à parte principe ad abiectas atque ignobiles. Rursus,Maniacis ac renum passionib⁹ ob noxijs,hæmorrhoides innatæ salubre.Cũ enim is humor siue in hypocõdrijs & splene cõsistat,siue in toto corpore,parteque aliqua aceruetur,tetro atq; insuaui halitu cerebrũ impleat,metũ,tristitiã,mœrorem luctuosa suspiria,Cordis astrictionẽ,auriũ sibilum adfert, atque oppressa ratione,luceq; mẽtis extincta quasi rebus propemodũ deploratis modo in exoptatæ mortis spem, modo in eius metũ atq; horrorem con-

Li.6.apho. 21.

11. Apho.

Tetri vapores cerebro infesti.

conijcit. Quamobrem ex Galeni ſententia ineũte Vere atq; Autumno is humor placidè ac ſenſim expurgandus eſt vomitu, ructu, deiectione, flatibus, venæ ſectione, menſiũ denique atque hæmorrhoidũ irritata excretione. Quiſquis autem huic malo obnoxius eſt, acriter illi, ſummaque cura obſiſtat, atque obluctetur, nec vllo modo foueat imaginationes tacitè obrepentes animo, blandas quidem initio atque amabiles, ſed quæ adeo inualeſcant, vt ægrè excuti queant aut ſopiri.

Melancholia vt expugnetur.

Virg. 3. Geor.

Alitur enim vitium, viuitque tegendo,
Dum medicas adhibere manus nec tollere curas.

Quòd ſi incommoda, aduerſitates, infortunia, parumque proſperi rerũ ſucceſſus hoc malum inuexerint, huic infractũ inuictumque animi robur opponas, ac verbo Dei eiusque fiducia te fulcias, quibus terribiles viſu formas, variaque imaginationum monſtra minimo negotio conficies. His enim præſidijs ſubſtiterunt ſpectatiſsimi quique Heroes, qui tametſi rebus propemodum deſperatis, calamitatũ finem morte accelerari cuperent, non tamen dolorũ impatiẽtia ſunt oppreſſi. Sic Helias malorũ tædio mortẽ exoptabat: Sic Dauid inimicorũ inſidijs toties impetitus

Mẽs verbo Dei fulcienda.

3. Reg. 19.

titus saluti subinde diffidebat: Iob desperabundus mori potius sustinuit, ac quocunque fato abrũpere vitã, quã tã atrocia perpeti. Christus deniq; diffidẽtis hominis more, nostraque causa in se translata, desertum se à patre queritur. Sed omnes hi meliorum spe ac fiducia, omnẽ animi trepidationẽ, ac diffidentiã erecta in Deũ, mente discusserunt. Hoc autẽ ex Ciceronis sententia omnibus persuasum esse cõuenit, Animum retinendũ in excubatione ac custodia corporis, nec iniussu, contraque imperiũ eius, à quo nobis ille datus est, emigrandum, stationemque deserendã, ne munus humanum assignatum à Deo defugisse videamur. Quò mihi præclarè concionari visus est Iosephus, Vt quidquid mali nobis obtigerit, alacri atq; infracto animo perferamus. Nec cõmittendum quis ducat, vt indecorè ac prẹter hominis dignitatem, contraque naturæ ordinem vitæ finẽ imponat. Quod si quis ex morbo aut mentis alienacione ad funestum vitæ exitũ deuenerit, nemo istiusmodi cõditionis hominibus insultet, aut in illos sit seuerior: verum illorum miseriæ indolescat potius, vicemque deploret, quum non sint sui compotes, atque à ra-

Cap. 7.

Non inferẽdam vim vitæ.

In Som. Scip.

Bell. Iuda lib. 3.

Melancholici commiseratione digni.

ratione mentisque iudicio exciderint, quo fit vt ratio illis inuertatur, atq; in delectu rerum prorsus hallucinentur, ac cę cutiant. Quum enim imaginationis virtute corrupta, absurda quædam animo obuersentur, confuse de rebus statuunt, vitiose ratiocinãtur ac iudicãt. Simile enim quiddam menti euenit, quod oculis, vbi varij diuersique coloris conspicilia obijciuntur, quibus omnia vel cærulea, vel rubra, flaua, viridantia, vel denique eius coloris, quo vitrum suffusum est, apparent sic vt aliter se proferant species obiectaq; rerũ, quã reuera existunt. Hinc ebrij atq; irati gemina conspectare se credunt, quũ vnum tantum sit obuium. Sic ex febri delirantibus varia spectra animo obuersari videntur, ac corrupta imaginatione, vitiatisque organis multa spectacula se mẽti offerunt, ob prauorum humorum ac spiritum agitationem, qui vltro citroque commeant, sinusque cerebri oberrant. Spiritus itaque atque humores maximum momentum obtinent in perturbanda mente ciendisque affectibus, atque inferendis conscientiæ stimulis. Qui si synceri existant, nec vlla contagione inquinati, placidis moribus hominem esse cõ-

Ab obiectis vitris simile.

Febricitantes & ebrij quur deliront.

Spiritus corporei mentem concitant.

tin-

tingit, minimeque querulum aut morosum: Sin turbulenti ac labe aliqua imbuti, varij cientur animi motus, affectusque tumultuosi exoriuntur ac turbulenti. Proinde quum corpus atque anima iuxta afficiantur, danda imprimis opera, vt animi inquietudo, mentisque æstuatio verborum lenocinijs ac blandimentis sopiatur. Siquidem ex prouerbiali sententia, Animo ægroto medicus oratio: tractandusque istiusmodi hominum animus, vt exigit natura rei, vt corporis habitus, vt humorum qualitas exposcit. Quemadmodum enim feræ, atque immanes belluæ curâ atque officio hominum mãsuescunt ac cicurantur: Ita placidè tractari postulat istorum animus, vt qui seueriobus ac minacibus verbis exasperetur. Nonnunquam tamen, vt in corporum morbis sectiones cauteria, atque vstiones adhibemus: Sic aliquando acrius instandum, ac salubri increpatione coërcendi improbi illorum conatus, ad quos per interualla restagnante humore noxio, solent incitari. Corpori verò nõ minor cura adhibẽda est. Sed meminerit, qui curatio nẽ instituit, ne humorẽ illũ validis medicamẽtis iritare pergat, sed sensim ac placidè,

Simile ab efferatis belluis.

cidè, ſummaque dexteritate id perficiat. Neque enim confertim ſentinã exhaurire conſultũ eſt. Siquidem agitatus is humor mephitim quandã exhalat, ac nidoris graueolentiã, qua cerebrũ incredibiliter offenditur, ac mens abſurda phantaſmata concipit. In primis autẽ excitandi ſpiritus olfactoriolis ac faſciculis manualibus, alendũque corpus optimi cibi ſuccis, atque in molliter ſubacta culcitra, placido ſomno fouendũ eſt. Porro omniũ tiſſimè alit vinũ, minimumque negotij naturæ faceſsit. Cæterũ in eo exhibendo, quanquã vnicum ſit diſcutiendi mœroris præſidium, delectus habendus eſt, curandũque vt tẽpeſtiuè, atque vt cuiuſque ætas, naturæ conditio, conſuetudo vitæ, regio exigit, præſcribatur. Neque enim ſemper vinũ triſtitiam Melancholicis eximit, aut mœrorem diſcutit, ſed nonnunquã adauget, malumque exaſperat, ac incrudeſcere facit, præſertim vbi vitioſis humoribus corpus eſt oppletum. Quocirca ante inaniri debet, atque appoſitis remedijs expurgari, antequam vlla victus ratio inſtituatur. Impura enim corpora quã tò magis nutrias, tanto magis lędes. Quũ autem vini natura varia ſit, ac differentia mul-

Delectus vini.

Aphor.

multiplex,nec quoduis ęquè generoſum, obſeruandũ vt optimum bibere conſuescant,& quod nulla re vitioſa ſit conditũ, quale plęrũq; œnopolæ ac caupones magno valetudinis detrimẽto offerũt calce, gipſo, bitumine, orminio vulgoſcarlea, eruca,ſylueſtri myrto adulteratũ.Sic vini aliquot genera animi impetus nõ modo non cõſopiunt,ſed recrudeſcere faciunt, atque denuo exhulcerari. Hinc plebeij noſtrates ex vini Pictauienſis potu, quod mordaces fumos cerebro inferat, moroſi efficiuntur,calcitroſi,iracundi, implacabiles, ſic vt rixentur aſsiduè vxores crebro pulſent,ac pugnis ſubigant. Quod ipſum illis facere religio eſt,vbi Rhenanum,aut aliud generoſæ naturæ vinum hauſerint. Tunc enim blandiores ſunt,atque oſculo potius,quã fuſtibus impetũt. Quamobrẽ Melancholici,laſsi,ſiticuloſi, quiq; arido ſunt corporis habitu,ex Horatij pſcripto.

Vina vitioſa mentem perturbãt.

Li. 1. ep. 15

——Generoſum & lene requirant.
Quod curas abigat, quod cum ſpe diuite manet
In venas, animumque meum, quod verba miniſtret,
Quod me Lucanæ iuuenem commendet amicæ.

Quò ſpectat illud Plinij, Omnis animi aſperitas dulciori ſucco mitigatur, lenit tranſitũ ſpiritus,ac molliores efficit meatus.Experimẽta in ſe quiſque capere poteſt.

Lib. 21. ca. 25.

test. Nullus enim non ira, luctu, mœrore, mœstitia aliquando conficitur. Sic in lassitudine, siti, inedia, intempestiua vigilia pronior quisq; ad iram. Sic fames & mora, ex Plauti sententia, bilem in nares conciunt. Sed ea oblato cibo confestim mitescit ac sedatur. Quò fit vt saturi ieiunis minus ef ferueſcant. Quod corpus cibo potuq; irrigatum, minus ficcescat, ac calore natiuo tepefacto corpus ad concipiendã iracundiam minus est propensum. Incumbunt enim naturales facultates cõcoctioni, at flaua bilis, quæ impransis ebullire solet, infusis humoribus diluitur. Sic lebetes, sartagines, ac frixoria magis igneſcunt, nidoremque grauiorem naribus offundũt, vbi liquor, aut innatans pinguedo immodico calore absumitur ac torreſcit. Omnia siquidem quæ vel humore vel pinguedine destituta sunt, ollis adhęreſcunt, atque nidorosos halitus effundũt, sic vt populari ioco dici soleat, Ex eadem olla elixa atque assa depromi. Quocirca consultè mihi facere videntur macilenti, quiq; sicco temperamento existunt, quod minus diu ieiuni persistant, ac calori natiuo fomenta ministrent. Sicceſsit enim corpus intempestiua, diutinaque inedia, quę hu-

In Gnr.

Inedia bilẽ accendit.

Prouerbiũ populare ex malè cocto cibo.

humidum nutricium, quod radicale vocant, depopulatur. qua de re nobis aliâs habitus est sermo.

Inedia mæcilentis noxia.

HERBAS MVTATIONIBVS obnoxias, tum viribus, formaq; destitui, nisi nouos subinde cultus adhibeas.

Caput. XVII.

QVeruntur medicorum pleriq; herbarũ descriptiones esse fallaces, earumque virtutes inefficaces atque euanidas, multaq; passim obuia apud veteres, quę parũ aptè, si nostris conferantur, suo nomini ac descriptioni respondent, eoq; diuersas esse herbas contendunt, licet nostro æuo eadem nomen obtineant. Sic hysopum nostratem, fabas, pentaphyllon, phu, tiphamCerealem, farraginem, secale, olyram, alia existimant, Quia veterum descriptionibus non per omnia congruunt. Equidem ut nemini patrocinari volo, aut illorum errorem tueri, qui in herbarum censu & cognitione prorsus sunt hallucinati: Sic nonnullos existimo non satis ad rationis amussim omnia exigere. Tametsi enim in tanta herbarum varietate, & mutatione

Herbas mutationi obnoxias, ac degeneres.

singula in certã classem referri nequeant nec illis certam assignare nomenclaturã procliue est veterum descriptioni congruentem, non putandum tamen prorsus esse aliâs, quàm veteres descripserunt, aut ab effectibus, quos illi attribuerunt, penitus alienas. Huic enim varietati, siqua subest, causam præbuit ipsa natura, quæ subinde mutat faciem, ac lasciuit in progignendis stirpibus, propagandisque plantarijs, sic vt nonnunquam à parente aliud produxisse videatur. Accedit his artificũ solertia, ne dicam calliditas, quæ mixtis medicatisque seminibus edocuit speciosius nitidiusq; quędam adolescere, atque aspectu amœniore magisque adblandiẽte. Hinc illa variegata, ac versicolor flosculorum politura, quæ quum in multis, tum maxime in Vethonica seu viola alti li, quam gariophyllæam nostri vocãt, perspicitur, quę tam varia ac versicolore specie prouenit cultorum industria ac mangonio, vt nulla parte veterum descriptioni respondeat, eoq; illis incognitam plerique censent. Sic Calathiana autumni munus, æranthemos, cyanos frumẽticeæ messi peculiaris, non tam cœruleo, cœlestiq; colore proueniunt, quã candido, rubro,

Naturæ artificium in stirpibus.

Gariophyllea Belgis flos sepcta tissimus.

bro, purpureo vermiculato. Sic Caltha illa lutheoli Virgilio depicta singulis mensium Calendis duplicato florum ambitu ac denso foliorũ stipatu oculos oblectat, concinniter in orbem circinata. Sic Διὸς ὄνδος, & lychnis coronaria rutilãti cocco, ac tenero modo murice tincta rubescit, modo niueo colore aspectum recreat, multiplice foliorum congerie orbiculata, In quem modum Leucoia bellius flos, Hesperis, omnesq; violæ matronales efflorescunt. Ista superioribus sęculis elaborasse hortorũ cultores indicat Vergilius.

Oculus Christi.

Georg. li. 1.

Semina vidi equidem multos medicare serentes,
Et nitro prius & nigra perfundere amurca,
Grandior vt fœtus siliquis fallacibus esset,
Vt quamuis igni exiguo properata maderent.

Et quanquam cessat cultoris industria, ac conserendi artificium, herbæ ipse sponte aliam induunt faciem, si colorẽ, si formã, si proceritatem, si vires spectes. Id partim fit occulta vi siderum, partim ætate & tẽporum decursu, vt ea quæ stabilia apparebant & perenniter duratura, vertantur in aliam speciem, quasi (vt Erasmus ait) naturæ curiositas cauerit, nequa sit certa herbarum notitia, quæ posteris indubitata fide transmitti possit, sed exigat subinde inquisitionem eorum quę vel mutari, vel re-

De ratione concionan.

nasci quotidie videmus, sic natura hominum acuit industriã ac veternum excutit.

Virg. libro 1. Georg.

Siquidem pater ipse colendi
Haud facilem esse viam voluit, primusque per artem
Mouit agros, curis acuens mortalia corda,
Nec torpere graui passus sua membra veterno
Quo varias usus meditando extunderet artes
Paulatim & sulcis frumenti exquireret herbam,
Et silicis venis abstrusum excuderet ignem.

Loci situs mutationẽ herbis inducit.

Accedit his cœli status, soliq́ue natura, ac regionum varietas, quæ etiam hominibus crines & colorem, totiusq́; corporis habitum immutant. Stirpes enim pro loci natura & qualitate, pro aëris ambiẽti conditione nunc procerius adolescunt, nunc humilius : quædam multis stolonibus, pleræq; nullo agnato frutice ac propagine humo prosiliunt, alia pro terræ habitu, diluto lacteoq́ue virore, alia saturata vergentiq́ue ad atrum viriditate. Vt enim pueri, quibus nutrices alimenta subducunt, aut ea parcius administrant, gracilescunt, atque extenuantur, coloreq́ue exangui efficiuntur, ac minus florido. Sic herbæ solo macro, ieiuno, ac siticuloso enatæ, squarosæ fiunt, aspectuq́ue tristi atque inamœno. Hinc videre est herbas in parietinis, præruptisq́ue saxis enatas vix dodrantem altas, easdem solo fœcũdo ac restibili commissas sesquicubitum excedere,

Simile ab impuberũ sagina.

dere, ac longe lateque ramos propagare. Sic buglossus & symphitum vulgo Consolida maior candidis floſculis ſæpius cõſpiciuntur. Sic gariophyllæa vel cultus ſtudio, vel vbertate ſoli, candidum, rubicundum, variegatũ florem oſtentat vnius culmi, ſtaminisque productu. Sic violarũ color purpureus aliquando in cyaneum ac cœruleum elangueſcit. Simili ratione nonnullarum ſtirpium folia minus crenata ſerrataque exiſtunt: atq; acanacra, hoc eſt, quæ ſpinis horrent, pro æditioris deliuiorisque loci natura miteſcunt, ſpiniſque minus infeſta ſunt. Huc refer quod experientia quotidiana commonſtrat, herbas fœtusque arbuteos nõ ſolum ſpeciem demutare, ſi locum auramque nacta ſint accõmodam, ſed etiam melioreſcere, fructusq; proferre ſalubres, quũ paulò ante læthales ædidiſſent. Quod de Perſica planta in Aegyptũ tranſlata prẽter Pliniũ Galenus cõmemorat. Cuiº rei experimẽtum hiſce verſibus expreſſit Columelia:

Herbis floret in diuerſum colorẽ mutantur.

2. de alimẽ & 3 de ſympto. cauſis.

Armenijsque & ceriolis, prunisque Damaſci,
Stipantur calathi, & pomis quæ barbara Perſis
Miſerat, vt fama eſt, patrijs armata venẽnis.
At nunc expoſiti paruo diſcrimine leti
Ambroſios præbent ſuccos oblita nocendi.
Quin etiam eiuſdem gentis de nomine dulcia
Exiguo properant miteſcere Perſica malo.

Hoc enim pomi genus, nisi ex aduerso solis radijs sit expositum, non matureſcit, succique frigidi ac humidi ratione cito computreſcit, noxamque ventriculo infert, nisi primis mensis inferatur. Multa itaque molitur natura rerũ, industria hominum exculta ac condocefacta. Siquidem vuæ acini absq; vinaceis proueniunt fisso malleolo, exemptaq; medulla, sic tamen vt inter colligandum gemma non lędatur. Citissime enim latera accuratè cõmissa coaleſcunt. Mispila quoque, Persica, palmulæ, cerasia, pruna, lapidosaque corna absque osiculis industria, curaque hominum proueniunt, si tenellam scilicet arborem ad binos pedes reſciſſam, vsque ad radicem findas, abrasaque atque excauata scalpro vtriusque partis medulla, confestim seiunctas partes vinculo cõstringas, superioremque partem ac diuisuras laterum fimo, vel argilla, ceráue obducas, ac cartha madida munias, elapso anno obducta cicatrice omnia coaluisse perspicies: hanc arborem surculis, qui fructum non tulerunt, inseres, & sine osiculis poma proferet. Quod ipsum ex Theophrasti consilio, in vite sum emolitus, nec spem frustratus est euentus.

Gal. de ali mẽt. facul.

Vt nonnulla absque nucleis proueniant.

Insitionis tres species.

Ino-

Inoculatio quoque,insitio,emplastratio naturæ solertiam,cultorumqúe industriã commonstrant. Illa siquidem efficiunt, vtstirpes,exuta natiua indole aliam faciẽ formamqúe adsciscant, atq; aliæ in alias promptè demutentur. Vt enim videmus homines pro ingeniorum varietate, atq; educationis cura, non solum diuersa sortiri ingenia,alios mores ac studia,animęqúe propensiones obtinere, sed corpus aliud alio vel exilius,vel procerius,colore vel florido vel exangui,cuteq́; vel glabra, vel lispida hirsutaque, forma tamen humana non penitus destitui ,licet nonnulli feritatem quandam præ se ferant: Sic in herbis vsuuenire solet,quę ob simi les causas non vnam seruant faciem ac vigorem,licet non ita immutentur, vt tota species formaque ijs intereat. Semper enim aliqua parte nomini suo respondẽt, effectusque obtinent terrę,in quam radi ces agunt peculiares atque incolarũ naturis aptas accommodasq́;. Multa siquidem aduehuntur ex insulis fortunatis, quas Canarias vocant, quæ cœlo nostro assueta non easdem per omnia vires reser uant, nec eadem specie ac figura, eaque magnitudine prosiliunt, sed tamen non

Simile ab hominum natura & educatione.

De Exoticis simplicibus.

penitùs genuinam, auitamque naturam exuunt, licet nonnihil à veteri insitaque vi ac generositate desciscant. Quod in spondilio, quæ plebeis Angelica dicitur, in laserpitio vel silphio Cisalpino, quæ triuiali voce Osteritium ac Magistrantia dicitur, animaduerti potest. Quæ licet ob soli malignitatem, tractumq; cœli frigidum à Theophrasti ac Dioscoridis descriptione variant, easdem tamẽ esse herbas, paresque obtinere effectus compertum est, licet ob aëris intemperiem vires illis nonnihil langueſcant ac defetiscãt. Quum enim cuique regioni certæ herbarum species sint peculiares ac propriæ, suisq; natalibus singulæ stirpes delectentur, fieri nequit, vt aliò transplatæ in suo vigore persistant. Aliæ siquidem opacis vmbrosisque vallibus gaudent, nonnullæ apricis soliique peruijs: sunt quæ palustri atque vliginoso, soloque irriguo delectentur, quædam glarioso, aridoque ac sabuloso, Quas si aliò transferas, ac diuersam cœli partem spectare cogas, magnã virium ac specierum partem ademeris. Sic Iris in Illyrico, Helleborus in Anticyra, Absynthium in Ponto, & apud Santones præstantius proueniunt. Sic Portulaca

Angelica illique affines herbæ.

Herbæ suis quæque locis delectãtur.

laca marina, Empetron, Brassica maritima, quam Soldanellam vocant, Oceani crepidines, ac maris margines persequitur, salsoque tractu delectatur. Sic alia alijs locis laudatiora existunt, ac proprijs natalibus felicius proueniunt, Cuius rei fidem nobis facit ex natura rerũ his versibus Virgilius:

Quæ herbæ maritimo tractu delectantur.

Nec vero terræ ferre omnes omnia possunt.
Fluminibus salices, crassisque paludibus alni,
Nascuntur steriles. saxosis montibus orni.
Littora myrtetis lætissima, denique apertos
Bacchus amat colles, Aquilonem & frigora taxi.
Diuisæ arboribus patriæ, sola India nigrum
Fert Hebenum, solis est thurea virga Sabæis.

Lib. 2. Georg.

Ex quibus verbis perspicere datur rei herbariæ studiosis non æquè feliciter omnibus locis eadẽ prouenire. Quod ipsum Hemistichium Vergilius indicat.

——— *Nec omnis fert omnia Tellus.*

Quorum pleraque si tentes in aliud solũ transferre, vel elanguescent, vel emoriẽtur, aut ægrè refocillata crescẽt quidem, sed vt nomen suum tueri, suamque generositatem seruare nequeant. Quamobrẽ qui aliquid terræ sit commissurus, illi ex Virgilij præscripto

Ventos & varium cœli perdiscere morem
Cura sit, & patrios cultus habitusque locorum,
Et quid quæque ferat regio, quid ferre recuset,
Hic segetes, illic veniunt felicius vuæ,
Arbores fœtus alibi, atque iniussa virescunt

Lib. 1. Georg.

Graminaa

Gramina: nónne vides croceos vt Tmolus odores,
India mittat ebur, molles sua thura Sabæi,
Et chalibes nudi ferrum, virosáque Pontus
Castorea.

Quò fit, vt Alpes Belgicæ, quæ Oceani obices longo, incuruoque tractu ab Armoricis versus Aquilonem se porrigũt, omnigenas stirpes proferant, quæ in locis arenosis illis (siquidem ex arenæ non niuis candore montes illi albescunt) spõte emergunt, nulla cura, nullaque hominum industria. Efficit hoc partim solina tura, partim effectus siderum, quæ in illã terræ plagam inclinant, suamq; vim exerunt. Atque hinc fit vt quæque regio miniarias, suiq; generis fodinas contineant, ex qúibus pro soli cuiusq; natura, influxuq; planetarum eruuntur æris, argenti, auriqúe glebæ, & segmẽta, Tophus, marmor, creta, ocra, synopis, minium, Similẽ naturam habent, lacus paludesque Zelandicæ, quas Moer indigenę nominant, ex quibus eruuntur glebæ bituminosæ, quæ accensæ, vt naphtha, ardent, non sine odore tetro ac viroso. Hinc agri, paludesque Morinenses nomen consequutæ sunt, & quondam extremi hominum Morini, vrbs denique eiusque confinia Terrauana appellatur, quod exhausta sit exemptis

Duynen, Belgis mõtes arenosi.

Vnde mineralia.

Terrauana.

emptis nigris glebis, sic vt magnas fossas exhibeat inanes, nullisq; sementibus accommodas. Apud Brabantos quoq; erui tur ista congeries, sed quòd regio minus salsuginosa sit, atq; à mari remotior, mitius olet. Illi Thurf has glebas indigetant, maritimi verò Darri. Quarum tanta vis est, vbi frequentius his ædes incalescunt, vt ferrum, cuprum, stannum, argentum, atque ænea quæque deurat, omniaque in ædibus, præter aurum deteriora efficiat. Illud siquidem non obfuscatur, nec fuligine obducitur, sed splendescit potius, ac turgidũ efficitur, maximè obrizum, syncerum, nullaque admixtione adulteratum. Id efficit auri raritas ac mollicies, qua fit vt concepto imbibitoque vapore fuliginoso turgescat, tum fulgore afficiatur. Tametsi enim graue sit aurum & ponderosum, molle tamen est tractabile & porosum, argumento quod Cyathus aqua oppletus, citra effusionem aureos aliquot admittat. Siquidem præter emanantes spiritus nonnullã aquæ partem absorbet, imbibitque, qua imbutum aurum turgescit. Fumus autem ignisque glebis subinde excitatus, huic metallo colorem gratissimum conciliat. Quum enim

Turf, & Darry ignis fomẽta apud Zelandos, vt lut glebæ bituminosæ.

Aurum fumo splendescit.

Aurum liquorem cõbibit.

Simile à flaua bili.

nim is fumus obuia quæque fuligine afficiat, coloremque Lutheum atque auriginosum inducat, vt flaua bilis ictericis: fit vt aurum flaueſcat, quod is color illi ſit cognatus, ac familiaris. Non enim poteſt alius color auro induci, quàm vel flauus, vel lutheus, vel denique, qualis noſtra Caltha eſt, crocatus. Non deſunt apud Belgas profeſſores aliquot eruditi, qui ſubterraneorũ hanc congeriem, quæ ex terræ viſceribus, tanquã fœtus ex vtero, eruitur, ex arborum truncis congeſtã ac concretam exiſtiment, proſtratis conuulſisq; ſyluis inundante Oceano ac paulatim alluuione ſuperinductam terram, hoc inualido inducti argumento, quòd ſudes & ſarmenta, tum vluæ, cannæque paluſtres atque arundines ijs glebis ineſſe conſpiciantur. Verùm non ſatis exactè obſeruaſſe illos comperio fodinas ac terræ cuiusque viſcera: quum etiam in ære, auro, argento, cæterisque metallis ramoſam venoſamque propaginem & productum ſpectemus, quem in imis terræ viſceribus conſequuntur vegetabili quadã vi, influxuque ſiderum. Neq; enim iners aut otioſa eſt natura, ſed multa magnaq; molitur, atque effingit, exornatque non ſolum

Moer quid Belgis.

solum terræ superficiem, sed occultos etiam abditosque sinus atque intimos recessus. Hinc Iaspis, porphyrites & marmora sponte segmentata sunt, & vermiculato emblemate tessellatim variegata. Sic nux mystica seu muscata intercursantibus interuenijs striata est. quod ipsum in citrijs mensis, nostroque robore, tum alterius generis lignis assulatim dissectis perspicimus, quæ multiplice venarum discursu, multisque lituris ac meandris vndulata splendescunt. Quemadmodum vestes quæ ex hircinis caprinisque pellibus confici solent, tum prætextæ togæ ac scutulatæ. Cuiusmodi plurima eruuntur ex imis terræ penetralibus tam concinnè & affabrè elaborata, quasi à celatore sculptoreque inducta foret effigies. Sic Corallium in maris Liguſtici profundo frondescit ac fructificat, quod retibus extractum confestim lapidescit, coloremque ascisscit vel nigrum vel rubrum, aut si minus excocta est humiditas, candidum. Sic in ea parte Galliæ, Belgicæ, quam Eburones, Menapij, ac Sicambri occupant, λιθάνθρακες, hoc est, carbones lapidei effodiuntur, bitumnis indurati natura, quibus indigenæ nō solum

Naturæ artificium.

Camelot. Damast.

Corallus frutex.

Steencolē. Steinkoln

Carbones foßiles oleo extinguuntur, aqua ardeſcunt.

ſolum ferrum molliunt, ſed luculentos etiam ignes in ædibus extruunt, qui ſemel atque iterum extincti poſtliminio igneſcunt admoti foco. Et quum cætera omnia oleo inflãmeſcant, iſti affuſa aqua inardeſcunt, oleo reſtinguuntur. Nõ deſunt & cæteris regionibus ſuæ fodinę atque interranea, quarũ nonnullæ ſulphur, calcem, gipſum, ocrã, alumen, auri argentiq; glebas & ramenta effundunt, ex quibus per occultos terræ meatus thermæ ſcaturiunt, atque aquas ſuis qualitatibus imbuunt, illaſqúe morbis expugnandis reddunt accommodas. Sic maritimæ fodinæ bituminis naturam obtinent. Siquidem glebæ ex illis erutæ mephitim exhalant, ac graueolentiam adeò vt aſſidentes ſyncopi atq; animi deliquio ſubinde periclitentur: nec minori incommodo afficiunt carbones quum foſſiles, tum factitij, niſi illos dum igneſcunt, ſale conſpargas. Tali ſiquidẽ remedio diſcutitur virus infeſtum cerebro, omneqúe

Sal inſperſum carbonibus ignitis odorem ſopit. Li. 1. Geor.

Excoquitur vitium, atque exudat inutilis humor.

Non deſunt qui hanc genitiuam terræ vim aſtris aſſignant, quæ haud dubiè in hæc inferiora vires ſuas efficaciter exerunt, hoc inducti argumẽto, quòd multa videant

videant apud nos sponte deficere, tũ alia quædam non ante visa apparere, ac præstantiora substitui: quibus vt non repugno, sic ego præsertim quod ad herbas attinet, multa propter incuriã atque ignauiam cultorũ vel deficere vel degenerare crediderim. Sic triticũ, vt Theophrastus testatur, in loliũ transit, ocimũ in serpillum, sysimbriũ in menthã odore, figura verò in calamentũ, multaque florũ genera, nisi adhibita cura, subinde transferantur non solum à sua specie, verum etiã ab insita vi ac generositate desciscunt. Quod quum in multis, tum in viola altili spectatissimo flore obseruare soleo, quæ nisi quotannis situm loci mutare cõ discat, in humilem ac degenerem floscu-lum, minusque odoratum deficit. Quibus astipulatur Virgilius.

Astrorum in terrena efficacia.

De causis plant.

Cultura omnia melioreſcunt.

Vidi lecta diu, & multo spectata labore,
Degenerare tamen, ni vis humana quotannis
Maxima quæque manu legeret, sic omnia fatis
In peius ruere, ac retro sublapsa referri.

Lib. 1. Georg.

Ediuerso si sylueſtribus incultisque curã adhibeas, primo quoque tempore miteſcunt exuta genuina insitaque feritate, Quod luculenter expressit Virgilius.

Sponte sua quæ se tollunt in luminis auras:
Infœcunda quidem, sed læta & fortia surgunt.

Lib. 2. Georg.

Quippe solo natura subest, tamen hæc quoque signis
Inserat aut scrobibus mandet mutata subactis:
Exerint syluestrem animum, cultuque frequenti
In quascunque voces artes, haud tarda sequentur.

Simile à sordidis anima. libr. eorumque progressu.

Multas itaque stirpes, easque nouas atq; inauditas natura parit ac profert, multas effectus siderum, innumeras cultorũ solertia. Et quemadmodum sorices, glires, anguillæ, mürenæ, cochleæ, Limaces, lũbrici non semper ex semine, sed plerũq; ex lentore terrę atq; ex sordibus ac putri lagine germinant. Sic in locis arenosis, quales apud Zelãdos sunt mõtes ammonij, quos Dunen populares vocãt, multa frutices sponte emicant ex alimenti cõfluuio, & quod is locus soli expositus est, herbisq; progignẽdis accõmodus, qui semel ex terræ vligine absq; parente enatæ postmodũ seminio se propagãt, ac numerosa prole se tuẽtur. Quamobrem nõ est quod quisquã miretur herbas mutationibus obnoxias, ac subinde viribꝰ formaq; destitui, quũ id, nisi affinitate ac similitudine cõfundi illas cõtingat, loci situs, aëris ambiẽtis qualitas, cultoris artificiũ efficiat. Sic piper, cardamomũ, seseli, radix Põtica cœlo nostro assueta nõnihil immutantur, nec tã calida atq; vrẽti facultate existũt: sed tamen nemo aliud de his statuet,

Theod. de caus. plant. lib. 1. ca. 1.

Herbæ & vires & species immutant.

tuet,quã reuera ſunt. Quod enim ijs vires flacceſcũt,iũſtaq; magnitudo ac maturitas denegatur, id calor Solis lãguidus, cœliq; intẽperies & inclementia efficit. Herbas itaque geminã ſubire mutationẽ cõſtat. nõnũquã em̃ inſitas illas vires,natuaſque qualitates immutari contingit, perſiſtente forma atq; effigie: nõnunquã formæ ſpecies intercidit, ipſis qualitatibus ac viriũ facultatib⁹ ſubſiſtẽtibus.Efficit id partim influxus ſiderũ, partim ſoli natura,cęliq; ambiẽtis qualitas.Quũ em̃ varia ſit terrę cõditio,ac differẽtia multiplex,cõtingit quũ aëris, tũ alimẽti ratione manifeſto immutari herbas, atq; alterius qualitatis fieri participes. Sic Corylus,Ceraſus, Corn⁹ ſi ripis vicinæ conſiſtãt,quas vitioſæ aquę lãbunt,vel ſalſę alluũt,irrigantq;, fructui manifeſtò ſalſilago ineſſe deprẽhẽditur.Sic homines pro alimẽtorũ facultate, pro ambientis aëris cõditione aliũ corporis habitũ & tẽperamẽtũ,alios mores & ſtudia conſequũtur. Sic cimber in Hiſpanũ, German⁹ in Gallũ vel Italũ trãſit diutino cõmercio,vitęque vſu & cõſuetudine,ſic vt ſępe videas arborẽ lętã ac nitentẽ, in locũ ſalſum vitioſumq; tranſlatã,deterioris terrę ſucco deperiſſe.

Cã mutationis herbarũ.

Arborũ mutatio.

Simile ab hominum mutationibꝰ.

Salsa etenim Tellus, & quæ perhibetur amara,
Frugibus infelix: ea nec mansuescit arando,
Nec Baccho genus, aut pomis sua nomina seruat.
Multaque degenerant succos oblita priores.

Virg. 2. Georg.

Vetustas omnia deteriora efficit.

Quod si adijcias fatalem quandam mutationem, & vices rerum varias: obseruabis plantas, quamlibet illas foueas, vel ætate fessas deficere, vel effœtas elangueſcere, ac tantum non emori, nisi inserendo, inoculandoque nouos cultus substituas, vel auulsis surculis aut malleolis resuscites. Quæ stirpiũ varietas, mutationisq; vicissitudo hoc effecit apud plerosq;, vt hanc Medicinæ partẽ infrugiferam esse cõtendant, ac propemodum operã lusisse Dioscoridem, complures q; alios, qui in depingendis herbis studiũ collocarũt. Equidẽ sic statuo, neminẽ satis pro sua dignitate, ac nominis suo amplitudine hanc Spartã exornare, qui nõ viuas spirãtesq; herbas, in quarum notitiã nos deducunt oculatę per manus inspectiones & graphicæ autorũ delineationes, exactè nouerit. Sunt enim nostræ farinæ hominibus: qui vixdũ, inspectis herbis mira de his incũctanter pronunciant, vt Pamphilus ille cuius meminit Galen°, qui ne per somniũ quidem herbas nouerat, quas tẽtabat describere, & vires deprædicare. Quod genus homi-

De simp. medica. libr. 5.

hominũ Heraclides Tarẽtinus præconibus assimulabat, qui conducti mercede omnia publicitus decantant & præconio adornant etiã ignota quęq; & inconspecta, vt nonnunquã vappã, aut vile mancipium. Simile quiddam refert Cicero de Phormione quodã philosopho, qui corã Hannibale copioſè aliquot horas disseruit de imperatoris officio, & de omni re militari. Quem quũ omnes vehementer essent admirati, quærebant ex Hãnibale, quid ipse de illo Philosopho sentiret: hic Pœnus nõ optimè Græcè, sed tamẽ liberè respondisse dicitur, Multos se deliros vidisse senes: sed qui magis, quã Phormio deliraret, vidisse neminẽ. Nec me Hercle iniuria. Quid enim aut arrogãtius, aut loquacius fieri potuit, quã Hannibali, qui tot annos de imperio cũ populo Romano gentium victore certasset, Græculum hominẽ, qui nunquam castra, nunquam hostẽ vidisset, nunquam deniq; vel minimã partẽ publici muneris attigisset, præcepta rei militaris pręscribere? Quis non illos in horũ numerũ referat, qui symphili, qui glycyrrhisæ, marrhubij, satureiæ, pullegij vires se nosse iactitant, idq; ex libris tantum, & commõstrare nõ possint, etiamsi

Elegans cõparatio à præconibus sumpta.

De Orato.

Phormio apud Ciceronem.

Hannibalis scommæ in Phormionem.

Nõ ex libris vis herbarũm sola petenda, sed ipsã etiã deprehendenda

etiamsi stirpi astiterint, quid sit quod ea potestate polleat,& cuius vires tantoperè prædicant, Quũ enim morbos medicamẽtis,herbisq; efficacibus expugnemus: quis erit tã stupidus qui harũ ignorationem in medico feras? quis non periculosam ægroto,hanc medici ignorantiã ac neglectũ culpabit: nemo mea quidẽ sententia omnes artis numeros impleſſe videtur, qui harũ cognitione est destitut°. Vt enim nautæ non solũ necessarius vsus & ars remi,quo scaphã subigit, sed illius etiã armamenti cognitio, quũ fieri possit, vt contum pro remo arripiat: ita medico in primis necessaria exacta herbarum cognitio & peritia. Illę enim explorata morbi natura,ad rẽ scitè auspicatæq; inchoãdam instrumẽti vice existunt. Quis autẽ se nõ deridendum propinauerit, qui aliquid aggressurus,instrumentum quo res perficienda est, ignorat? Mirari profecto subit illorum partim ignauiam, partim incuriam, quibus hæc medicinæ pars habita est neglectui, adeo vt Seplasiarijs insigniter indoctis hanc prouinciam delegauerint. Quum satis constet non veteres modo medicos, sed potẽtissimos quosq; reges atque heroas in hac me-

Simile à re nautica.

Reges olim rei herbariæ studiosi.

medicinæ parte se exercuisse, quibus nihil magis fuit in votis, nihil visum est magnificentius, magisque regium, quàm.

Scire potestates herbarum, usumque medendi, Virg. 11. Aeneid.

Quã parum serijs oblectamẽtis se recreare. Et profecto vetustissimorũ regũ famã, ac nominis amplitudinem iampridẽ deleuisset obliuio, nullaq; prorsus regię maiestatis memoria supereſſet, nisi renascentes quotannis salubres herbæ illorum nomini inscriptæ atq; insignitæ perituram alioqui memoriam refricarent, illosque ab iniuria obliuionis assererent. Quorũ vestigijs insistere decet philiatros, hoc est, rei medicæ studiosos, & non solũ anxia cura herbarũ formas explorare, verũ etiã vires excutere & reperiri, easq; morbis expugnandis, ac conseruandæ hominũ naturæ accõmodare. Quod ipsum sedulò pręstiterũt medicorũ pręstãtissimi Hippocrates & Galenus, qui vsu & exercitatione rei medicę peritiã consequuti, certã exactamq; methodum exercẽdæ artis tradiderunt ratione atq; experimento cõprobatã. Hæc siquidẽ per diffusam enarrationẽ & solidas traditiones exculta sola non artifices effingere possunt, tantisque præsidijs instruere, vt minimi sit

Adhortatio ad studiosos medi[cinæ] nimirum vtilis præsertim ad eos qui artis primordijs ad παραξυσμὸν animum applicarat.

Gal. 2. alimen.

negotij sæuissimos quosq; morbos confi-
cere. Sic enim & nos studiorũ nostrorũ
vberrimã frugẽ percipimus,& reliqui fru
ctum nõ pœnitendũ consequuntur. Qui
verò alia ratione studiorum cursum insti-
tuunt,omniaq; ad oblectamentũ potius,
quã ad vsum atq; vtilitatẽ hominũ refe-
runt,male de studijs merẽtur,nec suis,ci-
uiumq; cõmodis bene cõsulunt. Omnes
autẽ artes Cicerone teste, aliter tracta-
tur ab his qui eas ad vsum transferũt,a-
que hominũ vtilitati deseruire cogũt:al-
ter ab his qui ipsarũ artiũ studio ac theo-
ria,hoc est, speculãdi amore delectati ni-
hil aliud in vita sunt acturi,quàm vt oble
ctamentum ac voluptatẽ ex illis cõcipiant.
Vt enim virtutis, ita artis cuiusque laus
omnis in actione cõsistit. Quum itaq; tã-
tam exigat diligentiam res medica,labo-
remque indefessum requirat & irrequie-
tum,nunquã intermittẽda industria, sed
acriter explorãda natura morborum, at-
que ineunda ratio,qua illorum sæuitiem
expugnemus. Atq; vt in bello noua stra-
tagemata, astusque militares cõminisci
videmus, tũ inauditas machinas,ac sclo-
petas, tormentaq; bellica excogitari: ita
nouis subinde emergentib.morbis noua
sunt

Ad vsum omnia refe renda.

Simile à rebus bellicis.

sunt remedia comminiscenda. Quod in lue Venerea, in ephimera contagiosa, seu sudore Britannico, in ictero nigro, cuius symptomata sunt Stomacacce & Scelotyrbe, nuper factitatũ videmus. Quęsti sunt olim nonnulli vbertate nimia prioris æui exhaustum solum negare solita benignitatè alimenta mortalibus. Quod ipsum ita diluit Columella, vt hominum vitio atque ignauiæ id assignet, quod culturæ minus insistant, minusque strenuos colonos se præstent. Id ipsum & de nostrorum hominum ingenijs interpretor, quibus naturæ parens nihil denegauit, nec omnia veteribus indulsit, verum & reliquæ posteritati suas dotes est elargitus, quam sterilem esse & effœtam passus non est. Itaque non deest posteris ingenium, modo ne desit mens, ac propensa promptaque ad artes consectandas voluntas, modo similis ardor & inquirendi cupiditas illos rapiat. Siquidem, vt habet prouerbialis sentẽtia, Exercitatio potest omnia. Videre est autem plerosque in ipso exercendæ artis tirocinio industrios, sedulos, ac discendi auidos: verũ vbi eò sunt progressi, vt plebi innotescere ceperint, sensim illorum flaccessit industria, ac remissè

Schoerbuye à vitioso stomacho gingiuas & pedes inficit.

Rei rust. libro. 1.

Vbi intenderis ingenium, ibi valet.

parumqúe attenté ſuas perficiunt operas, duri, præfracti, intractabiles, inhumani, minus, quàm ante, officioſi, quiqúe philautia quadam, ac inani perſuaſione reliquos faſtidiunt, ac grauatè collegam, laboriſqúe ſocium adſciſci ſibi patiuntur. Non deſunt inter hos qui præmaturè ac præcipitanter ad factitandam medicinam irrumpunt, ijs adminiculis deſtituti, quibus medicum, inſtructum eſſe par eſt, quęqúe iampridem didiciſſe, nõ diſcere oportuit, ſic vt prius medici titulum aut elogium obtinuerint, quam ſunt promeriti. Nam tum legere incipiunt præcepta medica homines præpoſteri, quum acciri contigerit, medelamqúe ægrotis adferre conueniat. Vt enim in cõficiendis hoſtibus: ſic in expugnandis morbis, gerere quam fieri tempore poſterius: re verò atque vſu prius eſt, vt Marius apud ſaluſtium diſſerit. Huiuſmodi conditionis Athenienſis fuiſſe Demoſthenes commemorat, quos ait non vt reliquos mortales vbi conſuluiſſent, agere: verum vbi res actas accepiſſent, tum demum conſulere. Sic noſtrũ plerique tum demum conſultant, ac diſquirunt, quid facto opus ſit, quum inſtant vrgentqúe morbi, qui nullas moras, aut indu-

In Iugur.

Olynth. 1.

nducias, nullaque deliberandi spatia admittunt. Quod itaque Cicero exigit in rebus bellicis, id medico accuratè præstãdum, vt scilicet omnia sua consilia præmeditata habeat, vt maturè rem ipsam perficiat, nec vnquam à ratione discedat. percipere quoque debet cogitatione futura, & ante cõstituere, quid possit accidere in vtramq; partẽ, nec committendum aliquid, vt aliquando dicendum sit, Nõ putâram. Nonnunqam autem medicus in incipiti dubioq; morbo & qui celerrimè ad statum properat, vt gladiator in arena, consilium captat, ac medendi occasionẽ è re nata arripit. Quod mihi aliquando vsuuenisse memini. Siquidem quum morbum eiusque symptomata probè habẽ explorata, ac verborum serie, & componendorum medicamentorũ ordine exactè essem instructus, tamẽ rebus, vt paulò ante reliqui, mutatis, coactus sum totam scenam inuertere, atque aliã viam ingredi, aliaq; methodo insistere. Sic doctè ac prudentèr Terentius,

lib. 1. Offic.

In re Medica turpe dicere..... Non putãram.

Nunquam quisquam tam bene subducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, vsus semper aliquid adportet noui,
Aliquid moneat. vt illa quæ te scire credas, nescias,
Et quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies.

Adelph. act. 5. Scena 4.

Nihil à Comico dici potuit verius cũ in omni

omni vitæ actione, tum maximè in profligandis hostibus, morbisque expugnandis. Quamlibet enim multum ac diu quis rationes conficiendi negotij, aut cuiusq; rei perficiendæ secum ipse sit meditatus, omniaque adamussim, curaque exactissima excusserit, quo modo res aggredienda sit, quid primum exequi, quid postremum conueniat, in ipso momento punctoque temporis, quo se operi accingit, & rem perficere statuit, priores iam rationes, & præmeditata consilia respuit, aliaque pro tempore excogitat. Itaque vsu & exercitatione, multarumque rerum experientia parari constat prudentiã, & bene gerendarum rerum dexteritatem, ex eoque felicem successum, atque euentum exoptatum: nempe eorum qui ex morbo decumbunt, facilem & expeditam sanitatem, quam confestim nullaque mora consequuntur, vbi fido expertoque medico se committunt, atque illi sunt obsequentes. Nam errones circunforaneos, atque impostores publicos exterminandos censeo, qui non verentur in hominum vitas ac corpora grassari, atque, vt habet prouerbium, in vasis iactura artem figulinam experiri. hoc est, vt Plinij verbis vtar, homi-

In re Medica omnia serio agenda.

Circumforanei & impostores

minum periculis discere, & per experimenta fallacia, ac cõiecturas mortem hominibus inferre. quorum culpa ac temeritate efficitur, vt medendi ars (quam inter dona spiritus Paulus refert, & qua post sacra dogmata nihil mortalibus excogitatum est salubre magis, ac necessarium) vnà cum professoribus despecta sit, & negligatur. ne ijs addam anicularũ imprudentiam, quæ non verentur huius artis peritiam sibi vendicare: quas non tantum medendi magisterio, aut vt minus ambiose dicam, ministerio semouit publicus orbis consensus, ac maiorum autoritas, sed ab omni etiam iuris administratione, functionibus ecclesiasticis, à concionandi munere excluſit etiam Paulus. Siquidē vt appositè Persius. 1. Cor. 12. 1. Tim. 2. Sat. 5.

Publica lex hominum, naturaque continet hoc fas,
Vt teneat vetitos inscitia debilis actus.
Stat contra ratio, ac secretam gannit in aurem,
Ne liceat facere id quod quis vitiaret agendo.
Diluit helleborum certo compescere puncto
Nescius examen, vetat hoc natura medendi.
Cui sententiæ consentanea est illa Horatij,
Nauem agere ignarus nauis, timet, helleborum ægro
Non audet, nisi qui didicit, dare: quod medicorum est.
Promittunt medici, tractant fabrilia fabri. lib. 1. Epistola.

Quod compendiosis verbis indicat Prouerbium, (Quam quisque norit artem, in hac se exerceat.) Quocirca felices fore artes

tes Plinius pronunciauit, si de ijs solum iudicent, easque tractent artifices, atque harum periti. Quum autem in extruendis ædibus architectum deligamus solertem atque industrium: in dirigenda nauc nauclerum expertissimum: in bello gerendo duces exercitatos ac strenuos: in expolienda lingua præceptorem eloquentem: in mente instituenda formandisque moribus moderatorem optimum: cur in morbis expugnandis, in sarcienda tuendaque sanitate, triobolares circumforaneos, ac deliras anus admittimus? quibus corpus nostrum trucidandum exponimus, animique domicilium diruendum offerimus. adeo nemo non artis medicæ peritiam sibi arrogat, eiusque professionem exequitur. Sic Ferrariæ Pontano teste, aliquando inter proceres aulicos certamen fuit ac contentio, quorum nam artificium, & eorum qui opificio aliquo se exercét, maior esset vel numerus vel copia. quum autē alij aliud proferrent, vt sunt in Rep. ac confusa multitudine pistores, lanij, coci, textores, carpentarij, aurigę fullones, tarpezetę ac mēsarij, vsurarij, sartores, nautæ lenones, quibus quæstus inter omnes vberrimus: Tum vnus Nulla, inquit, artificium

Simile ab architectura, alijsque officijs.

Rei gestæ enarratio.

facium maior copia, quàm eorũ qui se medicos profitentur, aut eius artis nomine sese vendicant, cuius se primo quoque tẽpore specimen exhibiturum pollicetur: itaque postridie quendã in publicũ producit ad hanc fabulam peragendam mirè dextrum, qui fascia obuolutis ceruicibus vultuque ad morbum composito dentiũ dolorem simulat, ac subinde ingemiscens ab obuijs stipẽ eblanditur, atque aliquid remedij mitigando dolori implorat: ibi nemo non ex numerosissima multitudine fomenta præscribit, ac quid dolorem cõfestim discutiat, confidenter profitetur: itaq; omnium suffragijs euicit is, qui contenderat nullam prę medicorum turba in ciuitate numerosiorem. Nec sane illũ fefellit opinio. Idiota siquidem atque imperita plebs passim huius artis cognitionem ac notitiam sibi vendicat, eamq; palam profitetur atque impudẽter exercet, nullo experimento, nullaque ratione instructa.

QVAM VARIA SIT AC multiplex soli, terræque natura & conditio. Caput. XVIII.

Iam

IAm verò vt aliquid ſuperiori argumento affine adijciam, medicis cum primis obſeruandam cenſeo terræ cuiuſque naturam, ſoliq́ habitum. Hic ſiquidem efficit vt variæ herbarum ſpecies emergãt, diuerſasq́ virtutes ac facultates hæ ſortiantur. Hinc Hippocrates Cratenæ mõtanas herbas, altisq́ue tumulis enatas colligendas præcipit, quum firmiores exiſtant, ac robuſtiores, magisq́ue efficaces, quàm aquaticæ, propter terræ denſitatẽ, aërisq́ue tenuitatem: flores verò earum legendos, qui ſecundũ fonticulos, fluuios, riuoſq́ue naſcuntur, quos imbecilles, nec multi roboris, ſucciq́ue dulcioris eſſe ducit. Quum itaque ex ſoli natura exactè conſiderata, herbarum vis ac temperamẽtum cognoſcatur, ipſæq́ herbę aliæ alijs locis delectentur, & terram maximè ſibi familiarem depoſcant, illarum diſcrimina, quas aliqua ex parte proſequitur Virgilius, obiter & veluti in tabula depicta referam, quo ſtirpes ſuis quęque locis poſſint accommodari, minusq́ue ob alimẽti ſucciq́ue malignitatem viribus deſtitui. Eò enim fit vt votis noſtris non reſpondeant, effectuq́ue expectato nos fruſtrentur, atque euanida ſpe illudant.

Terra ꝯ libet medico ꝙ ſit ſeruanda in qua herbas legit.

In epiſt.

Quibus locis herbæ præſtantiores.

2. Georg.

Solum

Solum aliud

Gracile	Frumentaceum
Macilentum	Restibile
Macrum	Repastinatum
Pingue	Defossum
Oleosum	Nouale, &
Bituminosum	Veruactum, vulgo
Gipsosum, vel	Braecklandt
Gipsatum	Putre
Argillaceum	Solutum
Lentum	Rarum
Glutinosum	Densum
Tabulosum	Robustum
Arenosum	Tophaceum, vel à poro Perosum
Glareosum	Friabile
Lapidosum, vel	Tenue
Lapideum	Ieiunum
Testaceum	Sterile
Calculosum	Aridum
Saxosum	Stercoratum
Ruderatum	Subactum
Cretaceum, cretatum	Strigosum
Cineratum, quum	Squallidum
Cinericeum ad colorem refertur.	Fertile
Amarum	Fœcundum
Dulce	Salsum
Acidum	Salsuginosum
Pratense	Frumenticeum

Locorum alia.

Aspera	Nemorosa
Prærupta	Syluosa
Inuia	Plana
Auia	Campestria
Inculta	Hortensia
Culta	Fruticosa
Arida	Maritima
Sicca	Mediterranea
Arentia	Edita
Ieiuna	Accliuia
Siticulosa	Decliuia
Siluestria	Cliuosa

Aquosa	*Algentia*
Humida	*Alsiosa*
Palustria	*Aestuosa*
Vliginosa	*Tepida*
Irrigua	*Egelida*
Humecta	*Gelida*
Concluſa	*Montuosa*
Patentia	*Nebuloſa*
Aprica	*Caliginoſa*
Opaca	*Feruida*
Denſa	*Roſida*
Vmbroſa	*Rorulenta*
Ventis expoſita	*Salubria*
A vento ſilentia	*Inſalubria*
Auræ expoſita	*Paludoſa*
Soli peruia	*Stagnantia*
Subterranea	*Squallida*
Retorrida	*Rigoſa*
Exucca	*Orientalia*
Succulenta	*Auſtrina*
Calida	*Occidentalia*
Frigida	*Aquilonia.*

LVNAE RADIIS AVGESCIT, at non matureſcit botrus.

Caput. XIX.

Lunæ effectus in producendis ſtirpibus.

LVna ſatis incrementum dat, maturitatem Sol. Illa ſiquidem humiditatem mouet, & turgeſcere quæq; facit, ſed ob imbecillitatem concoquere nequit. Sic videmus ſtirpes interdiu allicere alimentum calore Solis incitatum, noctu diffundere, ac per attractum humorem ſuccumque

que inbibitum adolescere, auctusque atque incrementa susscipere. Vt enim vigilia & exercitatio motusque moderatus cibum digerit, atque in habitum corporis diffundit, noctu verò & per somnum cõcoctio perficitur: Quod in ebrijs vinoq; distentis perspicimus, quibus somno crapula ac temulentia discutitur: ita Sole diem illustrante omnia maturitatem cõsequuntur: noctu veró Luna suas vices obeunte adolescunt, succoque protuberant. Quò fit vt videamus rosas, lilia, omnisque generis flosculos interdiu nõ dehiscere, ac patulos fieri, verùm noctu atq; antelucano,

Simile à facultatibus naturalibus.

Solis ad occasum, quum frigidus aëra Vesper
Temperat, ac saltus reficit iam rosida Luna.

Virg. li. 2. Georg.

STERCORATIO quare Hesiodo improbata.

Caput. XX.

Stercoratio insalubris

HEsiodus non indiligens rei rusticæ scriptor à plerisque inuaditur, quòd sterquilinium in agricultura neglexerit. Quum is facti non ignarus salubritati potius, quàm fertilitati consuluit. Ille siquidem alio lætamine sterilitatem expugnandam censuit, quàm stercorandi vsu

vsu & consuetudine. Satis enim ex lupinorum, cicerum, pisorum, fabarumque culmis vomere tempestiuè subuersis, alióue pabulo prostrato, agrum vberem fœcundumque effici existimauit. Quæcunque enim ex stercoratis, fimoque cultis agris proueniunt, vitiosos, minusque salubres succos præbent. Sic triticum & Cerealia quæque à Curculionibus promptius infestantur, ac fruges, omnisque generis legumina in eiusmodi agris enata nec perennare possunt, nec diutius asseruari, quin vel situm contrahant, vel à teredine & vermiculis infestentur. Zythus quoque, eaque potio quæ Belgis Cereuisia dicitur ex huiusmodi frugibus decocta, citissimè vitiatur, atque acorem contrahit. Quamobrem rectè mea quidem sententia Hesiodus illos agros aptos, ac commodosque sementi existimauit, quos venti temperati serenant, suaues Solis radij fouent, vbi nullæ aquæ stagnant, nec culta stercoratione pingueſcunt, aut saltē mundo, natiuoque humore ac calore maturitatē consequuntur. Sic enim illa quæ nascuntur, diu perseuerant incorrupta, atque alimentū præbent salubrius. Fieri autē nequit vt in his regionibus viuaces existant

Vnde fruges corruptioni obnoxiæ

Cur hoies nō amplig Vinarps.

istant homines, aut valetudine inculpata, vbi aër ipse, vel alimenta vitiosa sunt ac putredini obnoxia. Quorum alterū euenit, vbi stagna, paludesque graueolentiā exhalant, alterū vbi nō genuino humore, sed ascititio pingueſcit humus, ac sterco-rando excolitur.

Aer & alimenta valetudini vel prosunt vel officiunt.

QVA RATIONE CVRCVlio, aliæque bestiolæ infestæ frugibus abigi, necarique possint.

Caput. XXI.

NIhil est in vita hac caduca & mortali, quod suas non experiatur aduersitates, atque incommoda, multisque vexationibus atque insultibus non sit expositum. Vt enim homines innumeris malis sunt obnoxij, multaque illos circumualant quæ valetudini, vitæque insidiantur: ita & frugibus sui non desunt hostes, qui illas infestant ac demoliuntur, robigo, culices, formicæ, limaces, cochleæ, locustæ, blattę, erucæ, teredines vermiculi, & qui sunditus granaria depopulatur Curculio. Hoc enim genus vermiculi proboscide quadam acuminata, rostroque aculeato, altera sui parte triticum perterebrat, omnemque similaginem depascitur, furfura-

Nihil ex omni parte beatum.

Hostes frumenti.

Calanders. Curculiones.

cea tenuiqúe ac cassa relicta membrana. Huius terredinis multa examina ineunte vere progerminant, vbi frumenta Luna plena recens demessa, eaq; madida ac rorulenta, antequã occalluerint, recondun-

Vnde frumenta corrumpãtur.

tur, vel vbi granarij fenestrę Austrinis flatibus nõ Aquilonijs sunt oppositæ. Siccitas enim efficit vt omnia putredini min' obnoxia exístant. Persuasum est autẽ nõnullis, quorũ mea quidem sententia nec vana fides, nec inanis auguratio, Deũ opt. max. nonnunquã hanc calamitatẽ immittere in vindictam eorum qui plus satis lucro inhiantes, vel fruges abscondunt, vel supra legitimum tempus asseruãt magno inopum detrimento, qui hoc commeatu destituti vitã tueri nequeunt. Hoc enim alimentum in edendi, pascendiq; corporis vsum affluenter elargita est prouida Dei benignitas ac munificẽtia, adeo vt cætera edulia desint, atq; obsonia quæq; desiderẽtur, satiari homines pane possint, eoq; inediã famemq; solari. Quamobrem grauiter culpandi sunt, negotiatores frumẽtarij qui magno tenuiũ damno, annonæ, frugumq; pretia intẽdunt, nec in summa egestate granaria la xãt, quo illis quæstus sit vberior. Eo siquidẽ fit vt in remp.

Negotiatores frumentarij odiosi

Corenbijters.

sint

sint iniurij, atq; in plebē cuius maledicta in se cōcitant, fraudulēti. Qui enim (vt Sō lomon testatur) frumēta abscondit, illum execratur populus: qui verò diuendit, hu ius capiti fausta exoptat, beneque preca- ur. Patitur tamē plerūque Deus huiusmo li malis affligi nos, quū erga illū sum⁹ in- grati, cuius liberalitate ac munificētia cu- mulatè fruimur. Siquidem per Ezechielē immissurū se minatur religionis ac pieta- is desertorib⁹ calamitates quatuor, famē, pestē, bellū, & nocētes bestias: vt his diue xati ad sanioré mentē, agnitamq; veritatē perducātur. Quòd si naturales causæ, nō irati numinis vindicta malū hoc inuexe- rit: ineūda ratio qua animalcula noxia vel abigi possint, vel interimi. Nihil autē ad perimendos Curculiones efficacius, quā salsugo, in qua allium decoctū sit, si ea irri gentur pauimenta ac parietes, confestim enim aliò repūt, ac granaria deserūt odo- risque tetri halitu exanimantur. Id ipsum præstant etiā Sagapenum, amurca, Casto- reum, sauina, sulphur, cornu ceruinum, he dera, galbanum, ac graueolentia quæque, quorum suffitum nec serpentes, nec colu bri, nec vespertiliones ferunt. Quod in- dicat omnis eruditionis parēs Virgilius.

Prouer. 11.

cap. 37.

Quatuor ca lamitates à Deo ho- mini im- mittūtur.

Curculio- nes quibus abigantur.

li. 3. Georg.

Discе & odoratam stabulis incedere cedrum,
Galbaneosque agitare graui nidore Chelydros.

Eadem ratione lupi salictarij nidorosos flosculos refugiũt, qui etiam hominũ cerebro infesti sunt, capitique grauedinẽ ac temulentiam inducunt. Similiter & sambuci flores, quorum odor etiam erucas arcet, blattasq; ac tineas perimit, quẽadmodum absinthium, ruta, mentastrũ, abrotamum, satureia, iuglandis folia, filix, pseudonardus, quæ nobis lauendula dicitur, nigella, coriandrum viride, psyllium, anagyris pulices cimicesque interimunt, vel culcitris suppositа, aut toris, in aceti Scyllitici decoctione conspersa. Obseruatum est autem nostra & auorum memoria naporum semen, quod negotiatoribus Belgicis quæstum præbet vberrimũ, miram obtinere vim in prosternendis cõficiendisque Curculionibus, non ratione deleteria, sed suauitatis illecebra. Quum enim id dulce sit, atq; oleosum, illud deserto tritico, auidissimè appetunt, eoque distẽti pereũt. Quod ipsum ijs etiã vsuenire solet, vbi fiscellis vuarũ passarũ insederint. Sic experimẽto comprobatũ habeo, puerorũ lũbricos vuarũ passarũ esu expugnari, si ieiunis, nullo admixto alio edu-

Lupulus vulgo hoppe.

Naueel. Napus.

Dulcia aliquando vermes perimunt.

edulio illas exhibeas. Vt enim amarulēta quæq;, ita dulcia affluenter hausta vermibus inimica. Distendi enim illos continuit ac disrumpi suauioris edulij copia. Sic etiam hominum ventriculus turgescit, ac tormina cōcipit, dulcibus affatim ingestis.

LVMBRICORVM VERMIumque qui humanis corporibus innascuntur sagacitas, & quid portendat per os naresque erepere.

Cap. XXII.

VIsum est nonnullis prodigij quiddam simile lumbricos præsertim longos & teretes sursum eniti, ac per os naresque erepere: quum id insito quodam naturæ motu facere soleant, siquādo homo diutius ieiunus perstiterit. Tunc enim stomacho morsus inferunt, ciboque expleri cupiunt: quibus quum nihil obijciatur, quo ali, vitamque tueri possint, in sublime feruntur, cibumque ad gulæ vsque meatū venantur. Sentiunt enim sagacitate quadam naturæ per illas partes in ventriculum delabi alimenta, & quū nares per-

Vermes è naribus prolapsi, et qui fiat.

Sagacitas lumbricorū.

uiæ sint atque ad gulæ tramitem spectẽt, eò quoque se conferunt, factaque titillatione, vel sternutamento eijciuntur, vel primoribus digitis præhensi eximuntur. hæc in sanis multoties à me sunt obseruata, quibus quum facti causam explicassem, hac in re illos securos præstiti. In ægrotantibus verò hoc ipsum aliquando eueniſſe conspexi, sed non absque immi nentis mali præsagio. Tanta est enim in huiusmodi corporibus contagio, eaque putredo, atque humorum inflammatio, vt exitialẽ vim morbi perferre nequeãt itaque erumpunt quidam foras sed morbi sæuitia, non critice nec naturæ vi incitati. Quum autem desinente morbi violentia, infernè cum reliquis excrementis illos prolui cõtingat, salutare id esse Hippocrates statuit: sponte verò, nulloq; naturalis facultatis impulsu egredi, quod in moribundis perspicimus, decumbenti noxiũ. Subodorantur enim naturæ quadam sagacitate corpus defecturum, seseque destitutum in alimento, eoque stationem suam deserunt. Sic obseruatũ est, sorices ac glires ædes ruinosas deserere, trimestri etiam spatio, antequã sunt collapsuræ. Persentiscunt enim naturæ instin-

Libr. 2. aphoris. 18.

Glires ædes ruinosas deserunt.

ſtinctu, ſenſim diſſolui contignationem & ædium compagem, illasque breui ruituras. Pediculi quoq; ac pulices, vbi corpus hominum tabeſcere ſentiũt, omniaque mẽbra ſenſim ſanguine deſtitui, vel ipſum deſerunt, vel illas partes occupãt, quibus ſanguis, calorq; natiuus diutius inhæret. Expertum eſt enim à Libitinarijs, ac Veſpillonibus in ea ſe lacuna recondere circa ſtomachi orificium, in quã deſinit cartilago enſiformis, vel in ea quę mento ſubeſt, ac vocali arterię incumbit. Siquidem illæ partes, vtpote cordi vicinæ ad extremum vſque halitũ caleſcunt: quod quum à nõnnullis, qui ægrotis aſſiſterent, mihi eſſet relatum, incunctanter pronunciaui certiſſimum id eſſe imminẽtis mortis argumentum, iamiamque emigrantis animæ indubitatũ indicium. Cæterùm quũ lumbricorũ paulò ante mentionem fecimus, hoc adieciſſe viſum eſt operæprecium, multa eſſe quæ lumbricos, ventrisque interanea exigant, perimantque: ſed nihil efficacius exiccatis in tegula ignita vermibus, exhibitoque illo puluiſculo verminantibus, confeſtim reliquos inhærentes corpori deijci continget, eadem ratione, qua Plinius, compluresque

Experientia de pedĩculorũ ſagacitate.

Libr. 10. cap. 25.

resque alij rerum abditarum indagatores asserunt, Homini à scorpionibus icto, remedio esse ipsorum cinerem potum, in oleo vinóue demersum. Sic rabidi canis morsum curari testantur nostrates pilis eiusdem animantis exustis, illisq; ex vino propinatis. Propellit enim malum, virusque facit innoxiũ, ac corpori cui morsus illatus est minus infestum quod virus eliciat, conficiatque. Sic aliquando gemi-nata cõmixtaque contrariæ facultatis venena, remedio sunt, non exitio. Quod festiuo epigrammate indicat Ausonius de vxore, quæ virum aconito extinctum voluit,

Toxica Zelotypo dedit vxor mœcha marito,
Nec satis ad mortem credidit esse datum.
Miscuit argenti læthalia pondera viui,
Cogeret vt celerem vis geminata necem.
Diuidat hæc siquis, faciunt discreta venenum,
Antidotum sumet qui sociata bibet.

LEVI-

LEVINI LEMNII MEDICI ZIRIZAEI OCCVLTARVM RERVM AC naturalium quæstionum

LIBER SECVNDVS.

HVMORES, NON MALOS Genios morbos inducere: spiritus tamen aëreos se ijs, vt tempestatibus immiscere, ac faces subdere. Caput I.

NOn desunt apud nos plerique, qui quum sint in naturę operibus sobriè exercitati, ac morborum causas, originē, progressus, quęq; comitātur symptomata, seu accidentia ignorent, atque illorum rationem assequi nequeant, in malos, infestosq; Genios, qui nostris incommodis continenter inuigilant, hęc ipsa referant. Sic eos, qui ex tertiana febri decumbunt, tertio quoque die subeunte venas, malo Genio diuexari: in quarta-

Humorum prauitas & copia morborum origo.

quartana itidem, Synochis, hoc est, continuis febribus, quotidiana, ephemera seu diaria, omnibusque febribus æstuosis atque vrentibus tale quiddam euenire imaginantur. Quod ipsum quàm sit absurdum, ac rationi dissentaneum, quiuis in naturæ arcanis vel tenuiter versatus facile iudicauerit. Quũ enim ex quatuor elementorum concretione ac mixtura corpus humanum constet, ac conflatum sit, totidemque humores complectatur, qui ex facultate seminis quatuor qualitatis calidi & humidi, frigidi & sicci sunt participes, quid aliud statim possit, quã ex horum intemperie, excessuque ac defectu morbos excitari, suamque originem sortiri? Argumento quòd illos mitescere videmus, ac sopiri, vomitu, sudoribus, sectione venæ, cucurbitulis parti læsæ affixis, hæmorrhoidum menstruumque profluuio, tum iniectis clysteribus, subditisque podici balanis seu glandibus. Constituit autem Deus pro inæstimabili sua sapientia in natura rerũ motus ordinatos, nec quicquam temerè aut fortuitò, sed omnia decenti ordine ac cõtinuata serie fieri voluique voluit. Sic sidera, elementa, Oceanus, anni tempora, cœlorum orbes suos

Naturæ ordo ac series.

ſuos habent motus ac vices, certaque lege decurrunt. Pari tenentur lege ac conditione humores, qui corpori humano inhærent, ac ſuos effectus propriosq; motus ac certas periodos obtinent. Sic vt per quadripartitas anni varietates ſuas quiſque humor vices obeat, ac facultates viresque in corpus exerceat. Sic ſanguis eam conditionē ac vim ſortitus eſt, vt vere vigeat, ſuæque naturæ morbos ac febres pariat, nempe continentes quæ nullas prębent inducias, nec ad infebrici rationem deſinunt. Sic Cholera æſtate alternis diebus reciprocante recurrenteque æſtu bilioſo, tertianam inducit. Pituita hibernis mēſibus, vbi computruit, quotidianam intermittētem. Melancholia ineunte autumno quartanam, Sic dialia vno die, aut paulò poſt finitur, quòd pſa non in humorum putredine, ſed in nalituoſo eoque accenſo ſpiritu cōſiſtat. Hæc autem omnia eadem ratione, parique ordine & modo perficiuntur, quo ortus & occaſus ſiderum, Oceani ęſtus & eciprocatio, herbarum, fruticumq; germinantium amœna grataque viciſſitudo. Cæterum id admiratione nō caret, quod quatuor humores certa horarum ſpatia, certaſ-

Humores ſua tempora ſortiuntur.

Quatuor humorum decurſus in corpore.

certaſqúe diei partes ſibi vendicant, ac diem noctemqúe æquinoctionalem ſeu artificialem, per horas duodecim temporales ſibi partiuntur. Quod à vero nõ eſſe alienum experimento comperi, cum horum obſeruatione, febrium aceſſiones indubitanter prænunciare ſoleam. Viget enim ſanguis Sorano Epheſio teſte, qui Euangeliſtarum more ſpatia decurſuſq; diei ac noctis per horas æquales metitur, ab hora noctis nona ad horã diei tertiam, quibus horis concoquitur ſanguis, atque ab hepate elaboratur. Quò fit, vt mens antelucano, exortoque Sole ſit alacrior, omnesque quum ægroti, tum ſani erectiores, ob ſuauem effluxum, gratumque ſanguinis halitum. Bilis verò ſua ſuas vices obit ab hora diei tertia ad horam diei nonam, quo tempore naturalis vis ac facultas ſecernit à ſanguine choleram, eamque ad fellis folliculũ dirigit. Eoq; fit vt ſub id tempus homo ad iram ſit pronior, ac leuiſſimè excãdeſcat. Bilis autem atra, ſeu ſuccus melancholicus ab hora diei nona vſque ad horã noctis tertiam ſua munia exequitur, clauoque aſſidet. Quo temporis curriculo hepar defecatur, eluiturque à ſordido excre-

mento,

Matth. 20.

Mẽs hominis diluculo erectior, ex ſanguinis halitu.

mento, idq; natura ſpleni deſtinat. Quò fit, vt illo horarum decurſu mens hominis obnubiletur, atque ex atra denſaqúe fuligine animus mœrore contrahatur.

Humores quique certis horis vigent.

Pituita ab hora noctis tertia ad horã noctis nonam huic ſuccedit, tunc enim peracta cœna concoctio in ventriculo perfici incipit, cibuſqúe liqueſcere atque elixari. Quò fit, vt phlegma ſtomacho innatans, atque ad cerebrum delatum, hominem ſomnolentum efficiat ac dormitantem. Quòd ſi horum omnium exactè rationem ſubduxeris, obſeruabis ijſdem ferè horis, quibus humores ſuis vicibus funguntur, acceſſiones, inſultusque febrium inuadere, expletoque ſingularum horarum, quæ humoribus ſubſeruiunt, ſpatio, modo ſynceri ſint atq; impermixti, conſiſtere ac terminari. Sic continentes febres & quotquot ex ſanguine ortũ habent, manè ingruunt, tertianæ ſub meridiem, hoc eſt, hora ſexta, quæ nobis eſt duodecima tã diei quàm noctis. Quartanæ ſub horã nonã quæ nobis tertia eſt pomeridiana. Quotidiana ex phlegmate circa primas noctis excubias. Quòd ſi humores redundent, atque inter ſe, vt aſſolet, implicati connexique ſunt, nõ ſeruant

uant legitimũ tempus ſuoſqúe inſultus, cùm acriores tum productiores faciunt, magiſqúe diuturnos. Vt enim venti conglomerati ſæuiores tempeſtates excitãt, quum ſcilicet,

Simile à ventorum concurſu.

Aeneid. 1. *Vnà Eurusque Nothusque ruunt, creberque procellis*
Africus, & vaſtos voluunt ad littora fluctus:

Ita vehementior fit morbus ex humorũ concurſu & confluuio, corpusque humanum ſæuiſſimè excruciant congeminati morbi.

Ouidius. Meta. li. 1. *——Nam corpore in vno*
Frigida depugnant calidis, humentia ſiccis,
Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus.

Horum effectuum cauſam ſuperuacaneum, imo friuolum eſt, in malos Genios referre. Quum hæc omnia in humorum putredine atq; inflammatione, vel qualitate ac copia conſiſtant. Iſta ſiquidem efficiunt, vt ſint vel breues, vel contractiores morborum circuitus. Quum autem ſanguis plurimum corpori ineſt, vnicum eumque continuum acceſſum facit. Quòd in venarum conceptaculis, per quæ, tanquam riuos atque aquæductus, vndique ſanguis diffuſus eſt, putredo atque inflammatio conſiſtat. Quò fit, vt naturam, tanquam ſolertem, fidũque conſulem in ſeditione ciuili, bel-

Sanguis quur febres continuas excitet.

loq

loque intestino, continenter operi insistere, nullaque intermissione obluctari morbo oporteat. Pituita verò flauaque bilis atque atra quòd minus copiosæ sint, extraque venarum angustias constitutæ, non perpetuò, sed intermissè affligunt, minusque sunt lethales ex huiusmodi humoribus exorti morbi, quòd illis non pateat aditus accessusque ad cor, partesque principes, eoque non facile illis cladem noxamque inferre possunt. Sunt tamen harum febriũ nonnullæ diuturnæ, partim quòd materia redundans sit, partim quòd lento tenacique visco assimilis, adeo vt ægrè concoqui possit, atque eliquari. Quò fit vt melancholicos rarius exhilarescere contingat, nisi affatim & meracius bibant. Est enim is humor impensè frigidus ac siccus. Huiusmodi autem constitutionis homines dictitare soleo ferro similes, quod multo vrentique igni opus habet, vt igneſcat, quò subigi malleis, fingique possit. Isti siquidem plurimo meracissimoque vino indigent, idque inoffensè perferunt: quo vbi incalescere cœperint, mimos, ridiculosque moriones se præbent. Camelum saltitare dicas. Nam quum sint

Simile à cũ sulis solertia.

Melancholici non facile inebriantur.

Simile à candenti ferro melancholicis aptum.

Melancholicorũ natura, vbi vino incaluerint.

natura ſeueri ac tetrici: vino perfuſi, feſtiui affectant videri atque elegantes. Et quemadmodum non facile vino cedunt, illoque obruuntur: ita ægrè illis temulentia diſcutitur. Quum enim bibant affatim, ac cibum ingerant affluentius: fit vt denſi fumi, craſſique vapores tenacius fixiusque cerebro inhæreant, adeo vt poſtridie illis imaginationes melancholicæ ingraueſcant, Siquidem ex heſterno mero nondum ſopito ac deſpumato totum renidet corpus ac ſuboleſcit. Simile enim quiddã ijs euenit, quod ædibus accenſis, quas tametſi incendium non funditus abſumpſit, nec omnia conflagrauerunt: retorridus tamẽ ex ambuſtis odor, naribus ſe ingerit ac cerebro officit: Sic iſtis ex pridiana crapula fuliginoſi olidique halitus, ac ructus nidoroſi, infenſi ſunt, mentique ac cerebro acres mordacesque fumos inferunt. quos quum excutere nequeãt, atque identidem recrudeſcere phantaſmata percipiant: denuo accumbere geſtiunt, quò vini vapore, atque ex illis ortas abſurdas imaginationes, vt clauum clauo, retundant. Quum itaque ſic ſe habeant morborum cauſæ atque origines, eaque ſit humorum natu-

Simile non inelegans ab accenſis ædibus.

Cruditas melancholicis noxia.

tura & conditio, vt nulla ratio potior excogitari, vel iniri possit accessionis insultusque febrium, quàm vel humorum copia, vel qualitas: non est quòd quisquam existimet, aut opinetur peruersos Genios hanc concitare tẽpestatem, hanc inducere intemperiem. Scio equidem, nec id grauatè sum admissurus Dæmones, hoc est, spiritus aëreos scientia ac cognitione rerum imbutos, quique omnia subodorari solent, non solùm humoribus se immiscere, sed mentes quoque humanas ad pessima quęque instigare atque impellere: bonos quoque Genios, seu Angelos salutares ad optima quæq; adiumento esse, ad eaque se præbere socios ac ministros. Sic Raphaël se itineris comitem addixit Tobiæ filio. Sic in Samsonem irriruit spiritus Domini & dilacerauit leonem, tanquam hœdum. In Saulem quoque insilijt spiritus Diuinus, & cum reliquis prophetis vaticinatus est. Postmodum verò spiritus nequam exagitauit, commouitq; mentem illius, atque in Dauidis necem illum armauit. Sic tempestatibus se ingerunt ac fulmina tonitruaque exacuunt, adeo vt illis admittentibus conuelli culmina spectemus,

Mali Genij corpus & mentẽ oppugnant.

Mali Genij ventos exasperant.

Tob. 14.

1. Reg. 10.

mus, prosterni sata, pecudes, armentaque ac greges confici, quanquam tamen ventorum violentia atque impetus
Actu. 27. tale quiddam absque his efficiat. Sic Ecnephias & vetus Typhonicus, cuius meminit diuus Lucas, validè atque impetuosè terris marique incumbunt, atque ardentes faces, ignitosque globos eiaculantur attritu ac collisione nubium, adeò vt antemnas, velaque aduri contingat. Similem vim ac violentiam vallis quamlibet munitis bombardæ inferunt, quæ non solùm proximos quosque, & quos glans attingit, feriunt, sed longius etiam consistentes, pauloque remotiores prosternunt violento strepitu, auraque sibilo. Hæc & pleraque alia licet naturali ratione fieri constet
Iob. 1. 2. Dæmones tamen vel conniuente Deo, vel concessa illis potestate se his immiscere solent, omniaque sæuiora efficere. Sic Saulis melancholiam exasperauit Satanas, atque ad cædes & insidias, multaque funesta impulit. Quod tamen hic animi affectus, mentisque error ac perturbatio in naturales causas referri possit, ex eo patet, quòd citharę dulcedine subsederit furor ille, atq; impetus animi, fa-

Ventos Ecnephias et Typhonicos Vig miranda.

A Bombardæ violētia simile.

ctaque mens sit sedatior. Vt enim vbi turbines ac sæuiores venti Oceano incumbunt, fluctus crebrescunt, mareque exæstuat: vt denique melancholicis natura tetricis iactura facultatum, aliaque incommoda mœrorem conduplicant, bilioſis immodicus vini potus, vel aspera dicteria, salesque dentati iram exacuunt: Ita mali Genij, aut fraudulenti consultores hominũ animos ad deteriora procliues in præceps agunt, adeo vt voluntas alioqui alacris & prompta, impetus consiliorum ipsasque actiones moderari nequeat. Quod ipsum indicasse videtur Seruator, quũ Petrum increpitans, facessse à me, inquit, Satana: Quo nomine illũ perstrinxit Christus, quòd illi aduersaretur, atq; ab instituto, conceptoq; cõsilio, quo nos redimere statuit auertere illius mentẽ tẽtaret. Et profectò nisi Deus opt. max. singulari in nos fauore aduersarij furorem coërceret ac retunderet, nunquam subsistere posset homo, aut se tueri aduersus immanissimam huius belluę ferociã. Omnẽ siquidem captat occasionẽ, omnesq; tentat exploratque aditus, quo imbecilles adoriatur, vt ventilet, cribretque velut triticum. Quocirca Dominus,

Simile ab æstu maris.

Mar. 8.

1. Pet. 5.

Luc. 22.

Cap. 40. Iob locus explicatus.

vt palam testatur Iob, applicat illi gladium, hoc est, sæuiendi modum ac mensuram illi præscribit, nocendiq́ue metas Satanæ constituit, neque enim vltra constitutum præscriptumq́; terminum progredi fas est, nec patitur Deus quēquam supra vires, & quàm imbecillitas humanæ naturæ fert, affligi. Quo antidoto diuus Paulus CHRISTI nomine omnes in periculo, vitæq́ue discrimine, in calamitate, morbis, inedia constitutos solatur ac fulcit, quum non sinat Deus vllos tentari supra vires, sed commōstrat cum tentatione euentum, vt vel afflictio viribus nostris respondeat, vel celeri effugio ab illa liberemur. Hæc eò verbosius à me enarrata sunt, quò intelligat æquus lector id esse argumenti caput, nostriq́ue instituti rationem: Humores præcipuam esse causam morborum: Genios verò, astra, ambientis aëris qualitatem, aliaq́ue externa concomitari, vt accidentia. Quū enim omnes animi impetus ratione, mētisq́ue iudicio sedari contingat, corporis verò morbos appositis remedijs atque optimo medendi vsu mitescere ac consopiri: quis aliò referri velit origines causasq́; morborum quàm in humorum

1. Cor. 10.

Epil.

copiam

copiam ac qualitatẽ? Quod ſicui inſitos corpori humores excutere collubeat, atque in ſe ipſe explorare, qua vi ac facultate polleant, experietur illos nõ modo corporis habitum, ſed animi etiam mores cõſtituere, ſic tamen vt morum inſtitutio, tũ pietatis ac religionis cultus & obſeruatio primas potioreſque partes obtineat. Sanguis ſiquidem, vel ſi qualitates ſpectes, calor & humor florido quidem corpore homines producit, at quod ad animum attinet, laſciuos, moribus Comicis, ſimplices minimeque fucatos, ac tantum non ſtolidos. Bilis flaua arido quidem corpore, ac ſubfuſco profert, ſed callidos, ſubdolos, ingenioſos, feruidi, ardentiſque, ac concitati animi, prudentes, induſtrios, ſolertes, inconſtantes, inſtabiles, fraudulentos,

Humores corporis quos mores pariant.

Quatuor humores quales efficiant.

——— Qui fronte politi
Aſtutam vapido ſeruant ſub pectore vulpem

Perſ. Sat. 5

Melancholicus ſuccus ſtabiles & conſtantes efficit, quique non facile à concepta perſuaſione reſiliant, ſuamque opinionem deſerant.

Pituita ad formandos fingendosq; mores inutilis eſt. Quò fit, vt hebetioris ſint ingenij, nec ad vllas functiones ac munia appoſiti.

MELANCHOLICOS, MAniacos, Phreneticos, quique ex alia causa furore perciti sunt, nonnunquam linguam alienam personare, quam non didicerint, nec tamen esse Demoniacos.

Caput. II.

Humorum mira vis in concitanda mente.

MIra vis concitat humores, ardorque vehemens mentem exagitat, quum ægroti in æstuosis febribus linguam quá non sunt edocti, modò disertè, modò obscurè & confusè loquuntur, Quod in ἐνεργουμένοις hoc est, à Demone obsessis fieri, non magnopere miror: quum illi omnia calleant, rerumque omnium scientiam obtineant. Sunt autem humores tam violenti, atque atroces, vbi vel inflammati

Vt vini, ita humorum vis mentẽ concitat.

sint vel corrupti, vt eorum fuligo in cerebrum delata, quod in meracissimo quoque vino affluenter hausto, obseruamus, peregrinam linguam extorqueat. Quod si à malis Genijs perficeretur, non conflescerent morbi purgantibus medicamentis, nec ijs quæ somnum conciliant, discuterentur. His enim & plerisque alijs, quibus

bus abunde instructa est res medica, ritè adhibitis, restitui illos videmus, atque ad consuetum loquendi vsum, mentemque saniorem reduci. Quum itaque feruentissima sit humorũ ebullitio, vehemens quoque sit spirituum agitatio, mentisque humanæ cõcitatissimus motus, & concussio, quæ voces quasdam inauditas, linguamque prius incognitam extundit, non secus quàm ex contritu ac collisione silicis, emicantes ignitasque scintillas elici videmus. Est autem hoc menti humanæ insitum, vt apposita aptaque sit ad percipiendam rerũ cognitionem, ipsaque imbuta est artibus ante illarum vsum. Sic vt non sit absimile vero illud Platonis, Nostrum scire nihil aliud esse, quàm reminisci. Mens siquidẽ hominis omnium rerum scientiam ac notionem in se ipsa complectitur, sed mole corporis, densisque humoribus oppressa non facile elucescit, eoque vt ignis cineribus obductus, exuscitari fouerique postulat, quò se proferant ingeniti nobis igniculi, naturæque lumen resplendeat. Si quando igitur diuina hæc potiorque hominis pars Anima concutitur morbisque exagitatur, ea profert, quæ in intimo recessu latitant. Vt.

Simile à silicis attritu.

Mens artibus imbuta ante doctrinam.

In Phed.

Simile à sopito igne.

Vt enim ſtirpes quædam nullum ex ſe odorem diffundunt, nec aliquid ſuauiolentiæ expirant, niſi ſubinde commoueas manuque demulceas: Sic quoque non proferunt ſe ingenitæ facultates ac vires, niſi, vt aurũ in cote lapideque Lydio, explorentur. Pari ratione Gagates, ſuccinũ quod Amber vulgo dicitur, non continuo paleas, ac feſtucas, aliaquè ventiludibria ad ſe rapiunt, ſed agitata, atque attritu concalefacta. Sic quum pugiones acuis crebro, celerique motu, ſcintillas emicantes exprimis. Ex herbis quoque & gemmis naturæ vis percipi cognoſciquè poteſt. Peonia ſiquidem, viſcum fruticulus, verbena Corallium, æmathites, vniones, ſmaragdi, aliaque amuleta, hoc eſt, quæ noxia quæque amoliuntur ac depellunt, corpori applicata, colloque appenſa, præſentanea vi vel morbos diſcutiunt, vel ſanguinem ſiſtunt, aliaque pro inſita facultate præſtant: ſed hæc omnia efficacius ac præſentius intus exhibita, atque in corpus aſſumpta. Experimentum à generoſo vino capere licet, quod naribus admotum odore quidem cor reficit, mentemque excitat: verùm (vbi in corpus reconditum delatumque eſt, ſi-

Simile non inconcinnũ ab herbarũ fragrantia

Simile à lapidum ac ſtirpium effectu.

De ſuſpenſis de collo

Vnde vis in concitandis ſpiritibus

Simile à vini efficacia ſumptũ

(siquidem in dolio nihil efficit, sed in venas dimanans) tum demum vires suas explicat, atque homines quamlibet stupidos disertos facit, ac mirè loquaces. Acuit enim mentem vini calor, quæque in cerebri latebris delitescunt, prodit, atque in apertum profert. Pari ratione ac modo humores homines afficiunt, vbi tota vis atque impetus morbi cerebri sinus implevit, mentemque ac spiritus cùm vitales, tum animales concitare cœperint. Videmus enim nonnullos in æstuosis febribus, quæ ferè æstate vigent, copiosos promptosque fuisse in disserendo, vsosque oratione culta atque elaborata, eoque idiomate, quod morbo defuncti nullo modo exprimere potuerunt, quos ego pronunciaui non à malo infestoque Genio diuexari, nec dæmonij instinctu impulsuque illos ista peragere, sed vi morbi, humorumque ferocia, qua tanquam face subdita, mens hominis exardescit atque inflammatur. Illos siquidem, admotis capiti fomentis, exhibitaque somnifica potione à morbo mentisque errore vindicaui: quo discusso, omnium eorum quæ ab his dicta factaque erant, profunda cæpit obliuio: quorũ nonnulla quum in memoriam illis

illis reuocarem, ſuppudeſcere cœperunt, miratiq́ue ſunt intantũ ſibi excidiſſe mẽtem. Simili etiã ratione moribundi, quòd in his excitetur ardens animi vigor, illoſq́ue antequam emigrent, rapiat diuinus quidam afflatus, vaticinari ſolent, quęque euentura ſunt, certò prædicere, idq́ue diſertè atq; oratione tam meditata, vt aſtantes admiratione afficiantur. Quod autẽ Anima vtpotę cœleſtis originis, ac diuinitatis particeps, præſcia ſit futuri, ac vaticinandi perita imminente potiſſimũ morte, ſuo loco dicetur.

Quur anima migratura vaticinetur.

DE EPILEPSIA, QVAM quũ veteres, tũ recentes plebeij in certos Diuos referunt, violentia ac ſæuitia: qua denique ratione expugnari poſſit. Obiter comitiali morbo, lethargo, apoplexia oppreſſos non confeſtim ſepulchro inferendos.

Caput. III.

QVos effectus obtineant in corporibus humanis humores, quidúe efficiant, aliâs demonſtratum eſt. Verum quum hi pro locorũ ratione ac diſcrimine varijs, diuer-

diuersisqúe modis illa afficiant, de his quoque dicendum putaui quæ cerebro inhærent. Illi siquidem qui in celsissima parte corporis consistunt morbi, non solum dolores infligunt, sed sensum motúque eripiunt, ac menti iacturam inferunt, quod in apoplexia & lethargo, quæque in teneriorem ætatem & sexum muliebrẽ impotentius sæuit, Epilepsia spectare licet. Veteres, reclamante Hippocrate, in peculiares Diuos morbum Comitialẽ referebant. Quum enim proximè adstantes, tam subito miseros conuelli prosterniqúe viderent, existimabant vel Diuos aliquos illis infestos, vel malos Genios hanc calamitatem clademqúe inferre: quocirca vota illis nuncupabant, tabulasque votiuas erexerunt. Hinc nostra ætas Epilepsiam in multas species discriminat, atque aliam Diuo Ioanni Christi præconi, aliam Cornelio, Hubertoq; assignat. quorum simplicitati vt neminem decet insultare: ita sensim illã persuasionẽ illorũ minimis eximendã cẽseo, quò in naturales causas ista referẽda intelligãt. Pro habitu siquidẽ & constitutione corporis, pro organorum ac meatuũ amplitudine vel angustia, proq; humoris viscosi redundãtia, va-

Morbus Comitialis in quã refe rendus.

Diuis non assignandi morborum cruciatus.

Verũ rẽ morboz ra= pitis.

varias diuerſaſque differentias percipiũt, ac mutationes ſubeunt: hinc alij vlulant, canumque more latrant, alij ſibilant ac dentibus ſtrident, nonnulli clamores edunt horrendos, atque intentius vociferantur: non deſunt qui prorſus obmutescant cerebro præſertim oppleto denſis humoribus, oppreſſoque diaphragmate, atque occluſis reſpirandi fiſtulis. Quò fit, vt ſpiritus inoffenſe commeare nequeat, atque vltro citroque reciprocare, quo omniũ acerbiſsimè mihi torqueri videtur.

Comitialis morbi differentiæ.

Horum autẽ ſymptomata grauius inualescunt, ac ſæuiora efficiuntur, quum vel luna impleri vel inchoari incipit, aut vbi ea cor vel cerebrum obſidet. Tunc enim humores maximè redundant, præſertim vbi poſt Aquilonem Auſtri ſpirare cœperint, venti vt turbulenti atque inſalubres: ita frigidi & humidi. Siquidem humida corpora, ciboq; & cœlo vtẽtes humido huic malo ſunt magis opportuni, morboque comitiali expoſiti, Argumẽto quòd impuberes ac fœminę potiſsimũ eo infeſtãtur, quibus niſi circa annum quintũ & vigeſimũ, augeſcente calore natiuo, qui ſiccius temperamentum inducit, deſinat, vltraque eam ætatem producatur, ad mortem

Luna morbos humidos exaſperat.

Aphoris 7. commẽt. 5.

comi

comitari ſolet,hoc eſt, non niſi mors finẽ morbo imponit, eoque vita terminatur. Quum igitur tam euidens ſit cauſa morbi Comitialis,perſuadendum cenſeo imperitæ plebi,non aliò referendum, quàm in naturales humorum motus,quò minus exhorreſcant homines,vbi ſpectare cogã tur os rabidum ac diſtortum,genas inflatas, buccas humore ſpumaque turgidas: ſed illos adire ne metuant,atque aliquod lenimen doloris,medelamque adferre curent.Hoc ſiquidem efficiunt ſpectatores meticuloſi ac trepidantes,vt multi ſe cruderiter dilacerent,caputque, poſtibus ac ſolo illidant, vtque multi deplorati iudicentur,eoſque efferri contingat,ac ſepulchro deſtinari, antequam anima in auras prorſus euanuit. Compertum enim habeo noſtra & auorum memoria, nonnullos effracto capulo reuixiſſe. Quamobrẽ lege cautum eſſe cõuenit, ne Libitinarij ac Veſpillones prepropere quos mortuos exiſtimant, extinctæque animæ ſpeciem præbere vident,loculo includãt,eos præſertim qui apoplexia,aut morbo comitiali, vterique ſtrangulatione ſuffocantur: quum in illis nonnunquam deliteſcat anima, quæ rurſus corpus ſpiritu vitaque imbuit.

Epilepticorum habitus formidabilis.

Apoplectici ſerius humandi.

Peste extincti ocyus humandi.

buit. In contagiosis autem febribus, vel quum peste feriuntur homines, nō necesse est, nec consultum arbitror tam anxiè ista obseruare, quum statim à morte serpat contagio, atque astantibus labem inferat. Minus autem periculi imminet ijs qui viuis peste correptis adstant, infectisque obsequium præstant, quàm vbi morientibus assistunt: tunc enim se diffundit contagio, atque ad obuia quæque dimanat. Simile enim quiddam corporibus recens extinctis euenit, quod cereis, lychnisque ac funalibus, quæ accensa nullam graueolentiam naribus offundunt: at extincta, flammaq; sopita tetro vndique fumantique odore cœnaculum complent. Ita plus periculi imminet, vbi animā exhalantibus præsto sunt, quàm vbi aliquid adhuc vitę supereſt, aut vbi horas aliquot extincti frigent ac rigescunt. quòd si paulò diutius, supraque legitimū tēpus huiusmodi corpora reserues insepulta, olida efficiuntur cadauera, sensimq; mephitim exhalant, ac sanie taboq; diffluunt, quod in apoplexia, frigidisq; cerebri morbis raro contingere solet, nisi vel status cœli sit calidus, vel corpora obesa existant. Quæ si non impediant, nec tale quiddā obsistat,

Simile appositum ab extinctis funalibus.

stat,non nisi elapso triduo huiusmodi cor
pora inhumanda. Siquidem expleto dua- *Humorum motus & reuolutio in mortuis*
rum & septuaginta horarum curriculo,
humores sisti contingit, moueriq́ue desi-
nunt,quod luna eo temporis spatio, vnũ
Zodiaci signũ peregerit,cuius vi humorũ
decursus in corporibus perficitur. Quę ra
tio effecisse dicitur, vt Christ° captata oc *Ioan. 11.*
casione Lazarum quatriduanum, in vitã
postliminio reuocarit, nequis calumniari
possit illum non fuisse mortuum, sed ani
mi deliquio correptum ex ementita mor
te reuixisse. Ipse quoque,quum negotiũ *Christus quum serius Lazarum suscitauit.*
salutis humanæ sua morte ac resurrectio-
ne peregit, eandem occasionem arripuit.
Siquidem præter id quod lateri vulnus
lætale esset inflictum,totum triduũ pere-
git in monumẽto,quò omnem ansam prę
cideret ijs qui siniſtrè parumq́;reuerẽter,
nec satis pro dignitate de illius morte &
resurrectione sentire possent, omniaq́; il-
lius dicta factaq́; rapere in calumniam.In
quo errore ac vesania Iudęi etiamnũ per
sistunt.Cæterum quum morbi qui mentẽ
homini eripiunt,tã sint formidãdi, vt ne-
mo non astantium horrore cõcutiatur ac
contremiscat:facturus sum operæpreciũ,
si remedia,eaque præsentanea,nec ex tri-

nio petita adiecero, quo quisq; etiã à re medica alienus, se suosq; munire possit, atque ab ijs immunem præstare. Et quoniã omnes cerebri morbi prę sertim qui ex frigido humore consistunt, inter se sunt affines, singulis indiscriminatim possunt accommodari, nempe memoriæ detrimẽto; vertigini, palpitationi, tremori, epilepsiæ, lethargo, apoplexi nocturnisq; ludibrijs, atque incuborum suppressionibus, qui morbus ἐφιάλτης Grę cè dicitur. Inter innumera quæ his malis obsistunt ac medentur, quatuor potissimè efficacissima comperi, non tam experimento, quàm ratione comprobata, Semen Peoniæ orbiculare at nigricans, nam angulosum & coccineum ruboreq; perfusum, ad hæc ineffi-cax est.

Incubus De maere.

Remedia incubi.

Scyllæ radix turbinata ac bulbacea.

Cranei humani ramenta.

Fruticulus aut virgultum, quod Viscum vocant. Quorum effectus, & qua ratione illos perficiant, singulatim demonstrare pergam.

Peonia qua vi pol leat.

Peonia Galeno nõ minus decantata, quã Brassica Catoni, non solum à qualitate elementari, sed totius substantię vi ac proprietate specifica hunc morbũ expugnat.

Pueros

Epilepsiam.

Pueros autem, in quibus vis morbi minus valida, etiam à collo gestata hoc morbo collapsos erigit. Discutit enim consumitque humorem pituitosum, qui huius morbi est seminarium. Intus verò exhibitæ huius baccæ, etiam in adultis efficacius id præstant. Siquidem flatuosum, imbutumque venæno humorem absorbet, ac corpus ad temperamentum calidius, sicciusque perducit. Hoc autem semen præstantissimum nonnulli asserunt, quòd à Peonię, quam masculi nomine designant, prima fœtura emergit. Diu enim stolones, hoc est, inutiles frutices culmosque effœtos, ac semine destitutos profert. Vbi verò perfectè adoleuit, siliquis dehiscētibus, hinc baccas atro colore politas, hinc acinos coccineo flagrantique rubore nitidos, ostendant, nigricans semen in vsum reseruandum, non tamen ea vanitate ac superstitione, vt sequentis anni semen credatur inefficax, quum à decimo partu etiam qui emersit fœtus, præsentaneam vim habeat, modò ne carios sit & euanidus.

Scylla qua vi polleat in epilepsia.

Scylla facultate & viribus Peonia superior mirificā vim habet, non solùm in epilepsia, sed omnibus morbis qui ex lēta pituita,

tuita, viſcoſiſque humoribus contrahuntur, in quacunque corporis parte conſiſtant. Eſt enim vi abſterſoria, qua tenacia quæque diſſoluit. In quem vſum ex eo confecta oximelitis à me exhiberi ſolet cochleari menſura, quæ quoniam inſigni eſt amarore, cum Serapio de ſtechade illā diluo, nuciſque myriſticæ ſeu muſcatæ pauxillum admiſceo, aceto quoque Scyllitico ſubinde os collui præcipio, ſic vt pauxillum deglutiant.

Cranium, caluaque humana.

Porro Cranij humani ſcobes, aut ramenta præſentanea quoque experior in exicādis humoribus, qui huiuſmodi morbos inferunt, ſi pars aliqua ex maſculi caluali ma accuratè contrita, mari: mulieris vero, muliebri ſexui, exhibeatur, idque ex vino, vel oximelite Scyllitica, non ſine occulta omnino proprietate, ſed quòd valéter exiccet, qua ratione coagulum, ſanguiſque leporinus diſſenterias, aliaq; profluuia compeſcit. Sic vſu atque experientia compertū habeo, Oſſa humana diſſentericis ex vino rubro exhibita, fluxum ſanguinolentum cohibere, aſtrictoria ratione, ac vi exiccante, quod efficaciter etiam pręſtat πισάσφαλτον factitium, hoc eſt, munia Arabica, præſertim ſi momentum ſuccini

Oſſa humana Comitiali morbo idonea.

mari-

marini,quod vulgo Sperma cœti dicitur, adniſceas. Supradictis effectu proxima, ne dicã ſuperior Viſcum,eo opinor nomine inſignitum,quòd acinis ſeu baccis glutinoſus humor ſubeſt,qui digiti attritu lẽteſcit.neque enim ea voce deſignatur viſcilago venænata,muccuſque glutinoſus, quæ Ixia dicitur,qua linguam inflammari,omniaque interanea conglutinari contingit, ſed planta fruticoſa, qua nihil apud ſacerdotes Galliæ, quos Druidas Cæſar vocat,ſacratius,nunquam in terra, ſed perenni virore in Ilice & Quercu naſcens,non ex ſemine,ſed ex palumbi, turdique excremento.Frutex is ſæpius mihi conſpectus eſt cubitali altitudine,colore intus porraceo ac viridanti, foris ſubfuſco,folio buxi vergente ad croceũ. Quod omnis eruditionis parens, & quo nemo in cognitione rerum verſatior, eleganti carmine commonſtrat Virgilius:

Viſcum planta quæ effectu contra epilepſiam.

Comment. lib.6.

Aeneid.6.

Talis erat ſpecies auri frondentis opacæ
Ilice:ſic leni crepitabant bractea vento:
Quale ſolet ſyluis brumali tempore Viſcum
Fronde virere noua,quod non ſua ſeminat arbos,
Et croceo fœtu teretes circundare truncos.
——— Latet arbore opaca
Aureus,& foliis & lento vimine ramus
Auricomos generans acinos,atque arbore fœtus.

Quo indicat poëta, nulla re magis cedere mortiferos insultus, morbosque cerebri lætales expugnari, quàm aurei huius fruticis vsu & medela. Humores siquidem tenaces discutit, extenuat, exiccat, morboque comitiali mirifica vi medetur, puluisculo huius vino meracisino assumpto.

Alce, Eelandt.

Restat iam vt Alcis vires excutiamus, quod animal Caprarum esse generis, sed maiori corporis mole, Caius Cæsar in *Belli Gal.6* Commentarijs testatur. In Biblijs Tragelophus, seu hircoceruus dicitur, assimilis Rupicapreis, quibus Iudæis ve- *Deut.14.* ci fas erat. Huius vngula præsentanea vi pollet aduersus morbum Comitialem, quod multis experimentis comprobatum habeo, licet ratio mihi visa sit obscurior. Sunt apud Belgas, quòd regio plus satis humida frigidaque sit, atque Auster continenter spiret ventorũ insaluberrimus, complures huic morbo obnoxij adeo, vt in compitis ac triuijs miseranda spectacula hominum oculis exhibeantur, sic vt passim ad hoc remedium tanquam ἀλεξίκακον, hoc est, quòd malum depellat, confugiant: Mihi sanè semel atque iterum contigit, vt muliercula quędã in

Auster epilepsiam excitat.

Historiæ dignæ.

in ædium noſtrarum veſtibulo, tanquam fulmine icta, concideret, quod vbi eſſem conſpicatus, accedo propius, atque annuli geſtamen, cui Alcis particula inſerta erat, digito qui infimo proximus eſt, infero: illa eueſtigio erexit ſe in pedes, potuqúe refocillata iter inceptum alacriter peragit. Altera quædam cum domo abeſſem, pro foribus edito clamore inſolito, de repente in terram concidit, ſoloqúe caput illiſit, Ibi vnus ex familiaribus Alcis partem palmæ impoſuit, manuq; in pugnũ complicata, quòd annulo inclusa non eſſet, morbum confeſtim depulit. Hæc fieri crediderim ſpecifica vi, abditaqúe proprietate ſubſtantiæ, vel quòd eximia exiccandi, diſcutiendiqúe poteſtate polleat. Porrò niſi eſſet res ſolida, ſtatui poſſet effluxum quẽdam emanare, qualem flores, olenteſqúe herbæ effundunt. Quòd tamen fieri poſſe perſuaſum habeo, licet emanantes ſpiritus tenues ſint, atque aridi minimeque vaporoſi, adeò vt ſenſui minus exiſtãt expoſiti, ab eoq; nõ niſi latenti vi percipiãtur. Sic lapides, gemmæ, aurum, ferrum, atque ænea quæque occultam quandam vim expirant ſed agitatione cõcalefacta,

Rei geſtæ narratio.

Qua ratione foris admota morbos mitigant.

aut eorum nonnulla ignita, manifestius odorandi sensum excitant, sesequ; corpori potentius insinuãt. Quod ipsum percipimus, quum celeri, rapidoq; motu rotæ feruescunt, vel quum equi ferrata vngula sic strata ferunt vt igneſcant. Continuò enim fuliginosus ac retorridus odor in aëra se aurasque diffundit. Quod si effectus huius causa non sit satis euidens, nullaque probabilis ratio excogitari possit: saltẽ ea vi ista perfici statuamus, qua monocerotis cornu aqua vinoque immersum venænata quæque discutit, atq; araneas contactu conficit. De lapillis qui hirundinum ventri eximuntur, tum qua vi epilepsiæ medentur, alio loco dicetur.

Simile à rotis feruidis et silicibus scintillantibus.

Vnicornis venenis obsistit.

QVI FIAT, VT MORBI longi sint ac diuturni, nec facile medicamentis cedant: Vnde febres recidiuæ, vndeque inducíæ, atq; intermissio. Quæ scire omnium interest, ne quis facile morbo tentetur, aut vt illum cito excutiat. Cap. IIII.

A similitudine exordiũ ex iti-

MOrbi diuturni, quique in longũ tempus producuntur, non insciteˆ cõponi

ni possunt, difficili, longoq; itineri ac spinoso, quod homo inualidus, parumque firmo corpore, deniq; suffarcinatus ac mole degrauatus cogitur pedibus emetiri. Ipse propter itineris difficultatem, atque oneris molestiam cunctantius progreditur, premiturque grauius, quàm si vehiculo illum prouehi cõtingat, vel ab obsequioso facundoque comite aliqua oneris parte leuari. Quum autẽ ob multas variasque causas morbos protẽdi atque in longum tempus protrahi contingat, inter cæteras illa mihi visa est præcipua, Quod inter initia, primosque, morborum insultus, syncerum fidumque medicum accire negligant, qui præscripta salubri diæta, ac medicamentis opportunè, summaque dexteritate adhibitis, naturæ imbecillitati possit adminiculari, illamque artis præsidio fulcire. Est siquidẽ Medicus naturæ administer, eiusque salu ti ardenter inuigilat, ac conseruationi totus incumbit. Quò fit, vt quum ignorẽt, quid ipsis vel prosit, vel officiat, nullo discrimine, nulloque delectu vitiosos prauosque cibos etiam in ipsis morborum accessionibus insultuque ingruente, ingerant, quibus oppilatio ac putredo augescit,

neris difficultate.

Principijs obstandũ.

Medicus naturæ administer.

gescit,morbusque vires colligit, atq; omnis corporis vigor labascit. Quòd si in Autumnum morbi incidant.

Morborum siquidem cursus redit actus in orbem,
Atque in se sua per vestigia voluitur annus.

Iam gemina cooritur diuturnitatis causa,partim ob copiã frigidi viscosique humoris, partim ob lentorẽ ac tenacitatẽ, Autumnales enim hibernæque anni partes refrigerant, densantque humores,ac tarditatem inijciunt, causasque diutius immorandi innectunt. Quò fit,vt nonnũcile morbi desinant, aut discutiantur, quòd humores crassescant, ac concreti sint,cutisque minus spirabilis existat. Vt enim pix,cera, seuum, resina, omnisque fluxilis materia hibernis mensibus indurescit, minusq; cedit tractãtis fingentisque articulis:sic frigido statu cœli humores ægrè liquescunt,ac dissoluuntur. Argumento quòd hyemali tempore minus sudoris erumpat. Quapropter quæ vehementer abstergẽt, ac meatus expedium exhibere conuenit. Non secus enim humorum sordes ac strigmenta huiusmodi corporibus inhærescunt, quàm fex aut amurca dolijs, quæ aqua salsa, vel muria macerari postulant, ac scopis defricari, quo

Simile à re fluxili.

Simile à defricandis dolijs.

quò nitescant, omnisque odor, quo sunt imbuta, aboleatur. Alioqui quidquid in illis reconditur, vitiatur, atque acessit. Quò mihi rectissimè dixisse visus est Hippocrates. Impura corpora quanto magis nutrias, tãto magis lædes. Putrescit enim alimentum, ac corrũpitur vitiosis humoribus admixtum, eoque fit vt diutius cũ malo luctentur, aut siquando medici industria, aut naturæ viribus morbus mitescere cœperit, oborta leuissima occasione, recrudescit, ac redintegratur. Noua siquidem, recensque corruptio ac putredo corpori inducitur, quã comitatur fœdus odor & graueolentia, quam etiam ex halitu percipimus, quæ per corpus latè diffusa spiritus vitiat, calorẽque natiuũ, quòd perspiratio inhibeatur, extinguit. Quò spectat illa Hippocratis sententia: Si qua vestigia, vllæq; reliquiæ in corpore resideant, morbos recidiuos excitari, febresque reaccendi: neque enim alimentum in corpus assumptũ vires auget, sed praui succi admixtione corrũpitur, morboque dat incrementum, quod in quartana, nothisque ac spurijs tertianis perspicimus, quum Medico non acquiescunt, nec commoda victus ratione vtuntur.

Lib. 2. apho. 10.

Lib. 2. apho. 12.

Inter-

Vnde febrium inducie.

Intermittuntur tamen hæ febres, præbentqúe inducias, quia extra venas humor consistit, atq; à corde est remotior. In continuis autem febribus indesinenter affligi homines contingit, ob acres mordaceſqúe fumos inflammati sanguinis, biliſqúe accensæ intra capacitates ductuſqúe venarum, qui quum non habeat liberum exitum ac perſpiratum, e directo cor atque Hepar feriunt, ſuaqúe putredine ex oppilatione coorta, inclementius infeſtant, quã ſi foras extraqúe venas effundi contingat. Siquidem quum magna ſit humorũ copia, ac putredo vehemens, magnaqúe huius ad putrefactionẽ proportio (ſanguis enim ex calidi & humidi qualitate promptius putredinem concipit) fit vt continenter hæ febres ſæuiant, ac celerrimè ad ſtatum properent. Vnde Hippocrates morbos vltra decimũ quartum diem non produci, aſſerit, nonnunquam verò, vbi materia furioſa eſt, actum geſcit, quinto die, ſeptimo, nono, vel vndecimo terminari. Cõtrario modo ſe habent cauſæ febrium quæ per circuitus ſtatiſqúe vicibus inuadunt ex vi quãdam & qualitate humori ingenita, lociqúe ac temporis ratione, qua fit vt intermiſſæ acceſ-

Sanguis putredini obnoxius.

Lib. 2. apho. 23.

ſum

sum faciant, vt anticipent, vt segnius seriusque moueantur, vt instabiles sint atque inconstantes, vt paroxismus longius protrahatur. Anticipant autem accessiones, atque inualescunt, vbi humorē augeri contingit, atque ardentius inflammari, aut vbi aliquis error commissus est, aut in cibo potuque aliqua subest intemperantia. Cunctantius verò, tardiusq; inuadit atque insultus mitescit, quum materia minuitur, discussaque oppilatione ac putredine, sensim opilatio sopitur, ac consilescit. Quum autem humor alter alterius naturam ascisci, aut locum demutat, vel alterius commistione confunditur, nullo ordine, motuque instabili circuitus procedunt, nec vllum certum obseruant accedendi modum. Longam accessionem facit humor vaporque copiosus, ac latè per corpus effusus, crassus denique ac viscosus. Siquidem vt ligna humida ac virentia non nisi longo tempore inflammari consumique possunt: vtque caro bubula præsertim vetus & annosa diu elixari postulat: ita humor viscosus diutius macerari debet, ac concoctione mollescere, fieriq; fluxilis, quo excretioni reddatur idoneus. Cæterū quū paulò ante

Anticipantes febres.

Retardantes febres.

Instabiles et errabūdæ febres.

Longæ febres.

Simile à virētibus lignis & annosa carne.

ante demonstratum sit, humores vbi extra venas putrescunt, atque in quauis corporis parte inflammantur, intermittentes, quæque respirandi spatia concedũt, febres excitare. Eosdem plerumque obseruamus cõtinuos motus ciêre, tametsi extra venas constituti sint, quum copiæ, tum ferocitatis ratione. Quod ipsum in partibus φλεγμονῇ, hoc est, inflammatione obsessis, in Carbunculo, in bubonibus, omnique apostemate contagioso ac pestilenti perspicere licet, in quibus febris accenditur non intermittens, sed continua, tametsi virus extra venas eruptionẽ fecerit, atque à corde sit remotius. Vise-nim pestifera ac venænata ad cor penetrat, parteisque príncipes infestat, ac spiritus quũ naturales, tũ vitales inficit. Quò fit vt huiusmodi morbi etiam inter acutos referantur, quòd celeriter ad statum properant, subitaque fiat vel ad mortem, vel ad sanitatem mutatio. Simile enim quiddã illis corporibus euenit, quod vbi obsessæ, quæ tã acriter ab hostibus oppugnatur, ac machinis tormentisq; bellicis nulla intermissione cõcutitur, vt nõ videatur diutius posse subsistere, hostiũque violẽtas impressiones perferre, adeo vt sin-

Intermittentes febres.

Carbunculi extra corpus, febres excitant continuas.

Simile ab vrbe obsessa desumptum.

vt singulis momẽtis opprimenda videatur, nisi bombardis ac catapultis viriliter se hosti opponat, vel eruptione facta illum propulsare ac conficere pergat: nã deditione salutem vitamq; paciſci, quod hi faciunt qui vel hosti, vel morbo segniter obsistunt, ingeneroſum est, ac plerumque damno coniunctum, quum plerumque victores pactis stare non soleãt, fidemque fallere: Sic in morbis acutis vsuuenire solet, vt ægroti violẽtiam morbi non sustineant, vltraque dies quatuordecim vel citra eos vitam prorogare nequeant, nisi natura validam fortemque se præbeat, atque artis Medicæ præsidio acriter morbo obsistat, depulsoque ac confecto hoste victoria potiatur, qua adepta, ægrè quidem vires colligit, atque ob vim illatam non confestim conualescit, sed instaurare vires pergit, atque, vt conquaſſata conuulsaque mœnia ac propugnacula, erigere.

Vt hostiũ, ita morborũ insultus propulsandus.

A morbo vires instaurandæ.

R DE

DE IIS QVI SVBDVCTO lecto, somnoque oppressi ambulant, ac perreptant culmina, ædiumque tabulata, multaque perficiunt dormitantes, quę vigilantibus accessu, adituque sunt difficilima, quæq; summa cura perficere, præstareq; nequeant.

Cap. V.

COntingit nonnullos in florenti equidem, viuidaq; ætate (nã seniculi vtpote spiritu vitali vel extincto, vel flaccido tale quiddã moliri nequeunt, vt qui etiã in Genialis thori ascensu segnes sunt ac tardiusculi) intempesta nocte, vel antelucano, exilire, ac lecto se subducere, quęq; accessu, adituq; vigilantibus sunt difficilima perficere, eaque tã inoffense perage re, vt nemini non spectantiũ admirationem stuporemq; incutiant, Quod si illos non interpelles, nec ab incepto reuoces sensim se denuò in lectũ referũt. Cæterũ quum ista obeunt, si illos nota agnitaque voce, aut eo nomine, quo Christianismo sunt insigniti, ac baptismo initiati, cõpellare pergas, ex consternatione, incussoq; terrore, ac perturbatione decidunt, dissipatis scilicet spiritibus, discussaque vi ac facul-

Ambulare ac vociferari in somno vnde eueniat.

facultate naturali, qua illa perfecerunt, itaque permittendi sunt suo motu ferri, atque in priores sedes se sponte recipere. Qui verò Incubo opprimuntur, nocturnisque suppressionibus fatigantur, quod fit vbi cordi ac cerebro fuliginosi densiq; spiritus incumbunt, vellicari debent proprioq; nomine excitari, confestim enim, etsi nõ magnoperè vocẽ intendas, sibi restituuntur, atq; ad se redeunt, discussis scilicet fumis, ac subsidente sanguine, qui per riuos, ductusq; venarũ diffunditur. Magna autem ex parte hic affectus ineunte vere illos corripit, qui assiduè ventriculi cruditate laborant, quiq; frequẽtius in dorsum, ac resupini decumbunt. Quò fit vt patulis oculis atq; incõniuentibus, apertoq; ore atq; hiante, magno valetudinis incõmodo somnum capiant. Subitò enim velut graui ingruente mole eam angustiam percipiunt, vt supressa voce suspiria gemitusque plorabundos edant, qui tamen, vbi quis inditum illis nomen inclamat, ocyus se in latus deuoluunt, illasque striges ac Lemures, quibus se opprimi imaginantur, excutiunt. Contrario modo afficiuntur nostri Ambulones: Illi siquidem

Incubus, de macre.

Ambulones noctur ni non appellandi proprio nomine.

Decubitus in dorsum noxius.

clausis oculis in tenebris dimicãt,ac strepitu tumultuque omnia complent, nonnunquam silentes sursum deorsumq; rapiuntur, ac nullo fulti adminiculo summa tectorũ fastigia ascensu superãt. Quæ ab ijs fieri persuasum habeo ex sanguine turgido ac spumanti, tũ æstuoso feruidoque spiritu, quæ in mentis sedem delata animæ vim ac facultatẽ qua functiones suas perficit,partesque instrumẽtarias ad actiones impellit, agitant, atq; ad huiusmodi motus effectusq; concitãt. Quòd ut corpus spiritus animalis impulsu, qui neruorũ ac musculorũ robur,hoc est,sentiendi mouendiq; munus in cerebro cõtinet,ac tuetur,in sublime feratur,eiusq; vi etiã per somnum ad tales actiones incitetur.Sunt autem istiusmodi conditionis homines raro laxoque corporis contextu, ac molis exiguæ, sed magna spiritus agilitate,animoq; feruido,Vnde euenit,vt si vel extremis manuum pedumq; articulis præhendant aliquid, se liberent ac fulciant,contactisque tabulatis adhærescant. Simile enim quiddã ijs corporibus accidit, quod turbinatis illis dolijs, quæ apud Belgas Oceani ostijs inijciuntur,quò nautæ fidã stationem,tutumque por-

Feruidus spiritus causa motus in somno.

Simile à marinis doliis.

portum consequãtur,ac loca vadosa,scopulosq́ue latentes declinent. Illa siquidẽ licet ferreis laminis obducta sint,cathenisq́ue reuincta, ac ponderoso ingentiq; saxo alligata: fluitant tamen,ac mari innatant, nec nisi dehiscant, in imum deuoluuntur: quoniam spiritu, ac flatibus, aëreq́ue copioso,adhibitis in eũ vsum folli bus, oppleta sunt. Sic isti quoniam flatibus turgescunt, ac spiritu aëreo implentur,in sublime rapiuntur, ac suspenso,leniq́ue gradu vt limaces,ac cochleæ, quæ quum oculis carent, protensis cornibus prætentant iter,æditissima quæq́ue perreptant, nocturnasq́ue ambulationes perficiunt. Quòd verò inoffensè nulloq́ue corporis incommodo ista peragant, nec labi contingat, aut in præceps agi, eò fit quòd sensim ac nullo metu,nullaq́ue trepidatione, aut discriminis respectu ista aggrediantur,quæ plerunque vigiles à rebus anxijs ac periculosis vel auocare solent,vel deterrere. Siquidem non alia ratione hæc attentare solẽt, quàm ebrij ac mente capti,qui inconsultè,magnaq́; temeritate atque audacia,pericula quęq́ue aggredi non metuunt, quibus si postridie,aut vbi mente constare cœperint, in

Simile à limacibus corniculatis.

memoriam reuoces, quid egerint, quãtaque discrimina subierint: omnia prorsus excidisse sibi ingenuè fatentur, totoque corpore horrescunt, quũ ab alijs, quibus se periculis obiecerint, quásue Tragœdias atq; intemperies excitarint, referri audiunt. Quod si huiusmodi corporibus humores minus exæstuant, minorque sit spirituum ardor atque agitatio, vociferari tantum illos ac subsilire contingit, sed lecto, spondæq; inhærere: neque enim ũ validi sunt, tamq; violẽti spiritus, vt subtollere corpus possint. Quicunque enim Hippocrate teste, cerebrum incalescit, quod bilioſis fit, non pituitoſis, hi noctu clamitant, ac tumultuantur, præsertim si tumultuosè ac feruidè sua negotia, actionesque diurnas perficiunt, rerumq; suarum satagunt. Vt sunt Ardeliones quidã, hoc est, homines inquieti ac iactabundi, qui omnibus se negotijs ingerunt, atque vltrò citroque discursant, mirisque vtuntur gestibus, quos etiam ex oculis deprehendere licet, ex vultu, incessu, vestitu, totoque corporis habitu, quorum singula varijs modis componunt, atque immutant, aliamque personam subinde sibi asciscunt, nempe vel histrionis, vel palæstritæ,

Lib. de Comit. morb.

Ardelio. Tante faire.

ſtritæ, aut denique agyrthæ, hoc eſt, circũforanei circulatoris, qui ad nugas plebem conuocat. Quò fit vt in ſomno exiliant, ac plauſum ſtrepitumque excitent ob ſimulachra quæ ſenſui occurrũt, quæque volũtati atq; actionibus diurnis correſpondent. Sic ſinguli noſtrũm, quũ interdiu intentè aliquid agimus, ſerioq; tractamus, earum rerum ſpecies ac ſpectra noctu animo obuerſantur, voceſq; clamoſas ac turbulentas extorquent. Quod Lucretius hoc carmine expreſſit,

Homines interdiu inquieti, noctu clamoſi ſunt.

De ſomnijs. Libr. 4.

In ſomnis eadem plerosque videmus obire:
Cauſidicos cauſas agere, & componere leges,
Induperatores pugnare, ac prælia obire,
Nautas contractum cum ventis degere bellum.
Et quo quiſque fere, ſtudio defunctus adheret
Aut quibus in rebus multum ſumus ante morati
Aut in qua ratione fuit contenta, magis maris.

Quæ enim toto die nos fatigace vrgereque ſolent, inclinato iam die in cerebrũ aſſiliunt, nocturnasque intemperies excitant, aut ſaltem mentem ijs occupatam detinent, vt ſomnus non ſit placidus, ſed obiectis imaginibus identidem interrumpatur.

EX HIS QVI SVBMERSI sunt, virorum cadauera supina: fœminarum verò prona fluitare, exemptoque pulmone non emergere. Cap. VI.

Lib. 7. cap. 17.

COmpertum est apud Belgas, quod Plinius etiam testatur, corpora virorum, vbi submersa sunt, supina, atque erecta in cœlum facie: mulierum verò prona, vultuque in fundum inclinato, fluitare. Quò natura creditur pudori sexus cõsuluisse, ne ea in conspectum venirent, oculisque hominum exhiberentur, quæ decentius obteguntur. Mihi verò ea excogitata est ratio, quòd mulier ventricosa sit, protensoque vtero, ac conceptacula laxiora obtineat, magisque patentia, aluum, intestina, meatus vrinarios, vbera fungosa ac prætumida, quæ quoniam vbertim atque affluenter humore implentur, degrauari ventrem pondere atque aquarum distentione cõtingit, deorsumque ferri. Quod ipsum in vtriculis ac vasculis perspicimus obturatis, quorum pars quæ aërem continet, sublimis existit, quæ humorẽ, subsidit, ac deorsum voluitur. Idipsum & in ouo

Lucio Vera

Simile ab vtriculis fluitãtibus.

in ouo animaduertere licet, quod salsugini iniectum fluitat quidem, sed pars cui pondus inest, premitur ac subsidit: pars aëre oppleta illa scilicet quæ rupto putamine lacunam exhibet, vbi pervetusta sunt ac subolida, eminet, sursumque nititur. Quòd nisi capaciores meatus ac conceptacula ampliora huic sexui natura indidisset, qua cedo ratione ac modo concubitus perfici posset? Quid cõceptui ac gestationi, qua tacitis auctibus intumescit vterus, atq; incrementum capessit fœtus, esset adiumento? Quid laborioso anxioque partui, quo membra distendi debent ac dilatari, vt eniti possit clemẽtius, adminicularetur? Quid deniq; conferret infantis nutritioni? nisi vterus, eiusq; fauces ac vestibulum ad eum modum essent constituta, nisi nitidę, tamq; de corè protuberantes mammillę, quæ tanta lactis vbertate scatent, ad eum vsum essent accõmodę? Quum itaque mulier omnes sinus ac cauitates ampliores habeat, multumque humoris imbibat, necesse est vt ea corporis pars subsidat, ac deuexa constituatur quæ plus aquæ concipit. Vir autẽ astricta habet ilia, meatus vrinarios angustos, argumento quòd muliere magis cal-

Ouum & ambra salsugini immissa fluitant.

Mulier viro patentiores habet meatus.

culo periclitetur, aqualiculũ minus protenſum, coxendicis oſſa valida ac ponderoſa, armos robuſtos, ſcapulas amplas, dorſi ſpinam cum vertebrarum connexu firmam, pulmonem fiſtuloſum ac prælargum, ex quo viris vox grauis & ſonora, fœminæ ob pectoris anguſtiam exilis & gracilis. Quæ omnia indubiè efficiunt, vt cadauera virorum in dorſum, mulierum in ventrem innatent. Siquidem naturacõ paratum eſt, vt graue quodque deorſum, ſurſum autem lene feratur. In quam cauſam etiam referendũ cenſeo, quod aqua ſuffocati non confeſtim emergũt. Siquidem quum corpus vndiq; humore oppleri contingat, atque aquarũ pondere degrauari, ſurſum eniti nequit, quandoquidem nihil aëris in ſe continet, omniſque ſpiritus per aquæ gurgitẽ excuſſus eſt, atque euanuit. Intra ſeptimi vero diei, aut noni ſpatium corpus diffluit, ſoluitur, ac tabeſcit, mlutumque aëris pulmo concipit. Atque hinc eſt, quod noſtrates plebeij dictitare ſoleant, Nono die, rupto fel le emerſurum, non quod folliculus fellis diſrumpatur, ſed quod ex eõ, reliquiſque conceptaculis vuidis, atq; aquæ madore flaccidis, humores effluãt. Quò fit vt corpus

Quur vox viris robuſta feminis exilis.

Qui ſtatim non emergant ſubmerſi.

Quoto die ſubmerſi emergant

pus attenuata carne fluidum efficiatur, ac pulmo ſpongię inſtar fiſtuloſus, concepto copioſo aëre, cadauer ſubducit, auræq; reſtituit. hoc ſiquidem viſcus aquæ innatãtes fulcit ac librat, & quò quiſque illud habet ampliſsimũ, multiſque foraminib° peruium atque implicitum, quo diutius anhelitũ cohibere poteſt, fundoq; lõgiori ſpatio inhærere. Sic enarrantem audiui D. Veſaliũ excellentis ingenij, ſummæq; eruditionis virum, Maurum quendam vrinatorem. Ferrariam ex triremi adductum qui vnus longius producebat vocem, ac continuo clamore, abſque reſpiratione, inſiſtebat diutius, quàm quatuor robuſtiſsimi pugiles Idem rurſus cohibito ſup preſſoque ſpiritu ac narib°, oreque occluſo abſque vlla halitus animæque reductione, cũ illis certabat, Quo naturæ munere hoc erat conſequutus, vt ſemel atque iterum captus, elapſus ſit, mergoq; aui ſimilis, intima maris per ſemihoræ ſpatiũ penetrans, captiuitatis iugum morte acerbius excuſſit. Hoc itaque commodi cuiq; præſtant ampli capaceſq; pulmones, vt celeriter iter conficiat, vt natãdi peritus, diutius aquis incumbat, vt in fluenta delapſus, minus citò demergatur, vtq; aquis ſuffoca-

Veſalij.

Memorabile de Mauro.

Pulmo præ largus quid commodi affert.

focatus post paucos dies emergat. Quod si mortuo hi spirandi folles eximantur, quod piratas quosdam factitasse audio, fundo inhæret, nec vnquam sursum nititur, quòd spiritus, aëriscq; adminiculo destituatur.

SVBMERSORVM CORPORA, vbi emergunt, atque in conspectum producuntur, Tum eorum qui interempti, confossique sunt, præsentibus amicis, aut eo qui interitus causa illis extitit, è naribus, aliáue corporis parte sanguinem profundere.

Caput VII.

QVum multa sint in rerum natura quæ nobis admirationem, stuporemque incutiant: tum illud inter præcipua referendum censeo, Quòd sanguis ex vulnere interempti profluat præsente illo qui id inflixit, eiusque facinoris est conscius, Et quòd demersorum cadauera aquis exempta, ex aliqua corporis parte sanguinem profundant, si præsto sit amicorũ aliquis, plerumq; tam rubrum ac floridum, quam facultates, spirituque vitales, qui humo-

Sanguinẽ mortuis profluere.

res

res agitant, nondum essent sopiti: Nam id obseruatum est à Magistratu, prefectoque totius Belgicæ, qui corporibus, quocunq; fati genere exanimantur, adesse solent, eaque conspectare propius, priusquam sepulchro inferantur. Qua autẽ ratione hæc fiant, non promptum est cuiuis expedire. Scio equidem mortuis ad tempus vim vegetantem inesse, qua crines, vngueſque succrescunt, humore insito calori externo suppeditante alimentũ. Sic stirpes fruticesque amputatæ, aliquot dierum spatio frondescunt, ac flosculos proferunt, si irrigari, fouerique aqua cõtingat. Subest enim, insitaque est vis quędam naturalis cauliculis, quam à radice sunt consequutæ, quæ vbi euanuit, arescunt folia floresque decidunt. Sic fieri potest, vt sanguis qui in venis delituit, agitato motoque corpore erumpat. Videmus enim tales à baiulis ac vectoribus in terram subduci, ac modò pronos, modò supinos constitui, sursumque ac deorsum deuolui. Quò fit vt venarum ora referantur ac dehiscant, tum sanguis qui nondũ genuinam naturam, aut colorem exuit, è corpore profluat. In his autem qui iampridem exaniinati sunt, ac serius reperti, non

Succisæ stirpes ad tempus germinantes.

non ſanguis rubicũdus,ſed cruenta quædam ſanies ex vulnere confoſſi diſtillat. Si verò caſu vel ruina,vel deniq; oppreſſi, ſunt parte qua meatus corporis pateſcunt,ſanguinolentus liquor emanat,nempe aut per os,nares,oculos, aures, infernaſqúe ſedes. Sic plerumq; videmus ex fluido laxoqúe cadauere,vbi duobus tribusúe diebus ſeruatur inſepultũ, ſanguine commixtũ liquorem profluere,quum veſpillones crebro motu, atque agitatione,feretrum ex humeris geſtant. Boues quoque ac tauri poſt lanienam laquearibus affixi ſolum ac pauimentum ſanguinis ſtillicidio cruentant. Quamobrem conijcio ex ſimili cauſa iam memorata proficiſci. Cæterum illud mihi vero magis conſentaneum videtur,Amicis,aut illi qui facinus admiſit, conſpecto cadauere, ex ſubita conſternatione ſanguiné ex naribus erumpere,quod facultates naturales,ac mentem vehementer concuti ac percelli contingat, humoreſque non conſiſtere,ſed vltrò citroque commeare. Illos ſiquidem variè affici videm°, nec lingua, menteque conſtare,ac modò rubore ſuffundi,modò expalleſcere,metuque contremiſcere. qua perturbatione efficitur,vt

Sanguis homini ex conſternatione ſubitò erumpit.

ex

ex continenti intuitu sanguis vel inuitis scaturire incipiat. Quod ipsum plerisque etiam vsuuenire perspicimus, vbi inopinatò oculis mentiq́ue acerba quædam obijciuntur, aut funesta quædam imagina tione concipiunt. Quod siquis statuat propinquos, ac sanguine coniunctos sym pathia quadam, hoc est, mutuo naturæ cõsensu sanguinem elicere: facinorosum ac patrati sceleris reum antipathia, ac dis sensione, tacitaq́ue discordia id ipsum ef ficere: non futurus sum in ea re contentiosus. Hoc tamẽ minus grauatè sum admissurus, sanguinem ex plaga exprimi, tametsi obligata, obductaque sit, ac fascijs deuincta, si ille qui facinus admisit, ex aduerso constituatur. Tanta est enim, ac tam valida latentis naturæ vis atque imaginatio, modo aliquid vitæ superfit, aut corpus mortuum incalescat, vt sanguis ebullire, accensaque bile efferuescere incipiat.

Aliorum ratio.

Referuescit sanguis mortuis.

DE

DE INFANTIVM RECENS natorum galeis, seu tenui molliq; membrana, qua facies tanquam larua, aut personato tegmine obducta, ad primum lucis intuitum se spectandam exhibet, Helm vulgo vocant.

Caput VIII.

Anilis opinio de infantium galea.

INoleuit absurda quædam persuasio, eaque non solùm imperitę rudiq; plebi, sed magnæ existimationis, primiq; nominis aliquot medicis imponit, plerosq; infantes non absque boni alicuius, malq; ominis præsagio in lucem prodire, capite galea obducto: quũ ignorent hoc omnibus commune esse, fœtumq; his membranis in vtero muniri. Tria siquidé

Tres membranæ infantem muniunt.

sunt inuolucra seu membranæ, quibus in materni vteri latebris fœtus obtegitur, Exterior, Græcè χορίον, Latinè Secunda dicitur, quòd statim à partu prodeat, Subsunt huic duæ aliæ membranæ, quarum prior à figura farciminis Allantoides appellatur ex fœmineo semine generata, quę capiti, clunibus, ac pedibus obtenditur, partibusq; eminentibus incumbit, cuius vsus est vt infantuli efformati vrinã

exci-

excipiat. Postrema, tenuissima est membrana ac pellicula, quæ sudorem vaporẽque emanantem à matureſcente fœtu absorbet, eumq; orbiculatim ambit ac complectitur, Aminos, hoc est à mollitie ac teneritate aquina dicta: Quæ munimenta ac gestationis præsidia prouida natura excogitauit ac molita est, ne attritu aliquid incommodi patiatur infans, eumque allidi contingat. Harum postremę cũ infante nonnunquam prosiliunt, partibus ad quas tuẽdas, sunt destinatæ, affixæ, præsertim quum panduntur portæ, ac mulieris pudenda, parteſq; genitales laxę sunt, atque in enitẽdo affatim dehiscũt. Quod si ægrè, magnoque conatu ac molimine infans ex huiusmodi angustijs eluctetur, ipsaque mulier stricti oris sit atque angustè constituta, hærent illæ membranæ in medijs spacijs, illasque exuuias abstergi contingit, non secus, quàm pelliculam in fronte, aliaque corporis parte, extimam cutem atterimus, vbi per angustam rimã, arctumque foramen sumus elapsuri. Illud itaque velamen quo facies obducitur, Galeã esse aniculę statuunt, qua de multa nugantur, ac puerperis spem, metumque incutiunt. Si enim nigricanti sit colore

Quando infans galeã proferre videtur.

Nigrum tegmen infantis quid designet.

ea membrana, tanquam ex tripode pronunciant deliræ, ignaræque mentes vatum, multa infantibus futura infesta, multaque siniſtra ijs impẽdere, ac ſpectris ſtrigibuſque fore obnoxios, deniq; inſomnijs nocturnaque inquietudine diuexandos, niſi hæc comminuta potui exhibeatur, quod me repugnante, magno tenellæ ætatis incommodo quoſdam factitaſſe memini. Quod ſi rubicundum ſit geſtamen aut pellicula quæ vertici inhæret, capitique affixa eſt, egregium illum fore vaticinantur, magnaque dexteritate ac ſucceſſu omnia effecturum. Quæ ſuperſtitioſa, aniliſque opinio etiam veteribus inſita erat. Refert enim Aelius Lãpridius in vita Atonini Diadumeni, cui caput diademate, ſertoque tenui redimitum erat, Solere pueros in ipſis vitę auſpicijs, pileo naturali inſigniri, quod obſtetrices rapiũt ac credulis aduocatis vendunt. Siquidem Cauſidici ſe illo adiuuari perſuaſum habebant. Cæterum quum membranæ iſtæ, aliæ alijs coloribus conſpici ſoleant, non aliò id referendum cenſeo, quàm ad circumfuſos qui vtero innatant, humores. Ex illis enim coloris varietatem ſibi adſciſcunt. Quum itaque ſordida quadam il-

Rubicundũ, infantis velamen quid portẽ dat.

Antonius diademata inſignitus.

Cauſidicorum ſuperſtitio in conſeruandis infantium galeis.

illuuie, ac vitiosa vligine vulua imbuta est, quæ cum vtriusque semine coalescit, fusco colore membrana existit, cutisque infantis fuliginoso vndique colore suffusa est. Si vero sanguis, semenque syncerũ sit, ac defecatum, nulliqúe vitio obnoxium, rubescit tegmen, atque infantulo suauis color subest, ac floridus. Nec solũ huiusmodi membranæ coloris, sed etiam formæ figuræque diuersitatẽ concipiunt, vel ex interno, externoque affectu, vel ab ijs quæ oculis mentique obijciuntur. Siquidem quũ virorum plerique tam sint salaces, auidique voluptatis, vt nullo delectu, nullaque habita menstrui decursus ratione, mulierem subigere satagant: fit nonnunquam, vt quum triduo, paulóque minus menses defluxerint, atque vnus aut alter dies purgationi restet, interpellari legitimum profluuij tempus contingat, ac nonnullam menstrui excrementi portionem cohiberi, intempestiuo quidem congressu, sed qui conceptum nonnunquam perficiat. Quum itaque mulier, dum generationi insistit, reique Venereæ incumbit, nondum constitisse menses sit conscia, nec admissario subijciendũ corpus, humentibus adhuc, vdisque locis, ta

citè rubore ſuffunditur, ac ſanguinẽ oculis pro velamento obijcit, Qui affectus quum in fœtum tranſeat, membranis illis varius color, formaqúe inducitur. Quæ res hoc quoq; efficit, vt infantes ſint genis, bucciſqúe rubentibus, ac colore roſeo. Quod tum demum vſuuenire ſolet, quũ grauidæ vel pudore afficiuntur, vel ſubiraſci ſolẽt, agitato à calore natiuo, raptoq; in ſublime ſanguine. Nã quibus metus incutitur, aut inopinatò expaueſcunt, illæ pallidum colorẽ inducunt, vultumq; tetricum ac ſubtriſtem affingunt fœtui.

Vnde formæ elegantia aut turpitudo.

QVVR APVD BELGAS IN fabis verſari dicantur, vacillantis parumqúe firmi cerebri, vulgo Inde boonen.

Caput IX.

SI quando inferiores Germani aliquem parũ firmi cerebri deſignant aut alienatæ, emotæq; mentis, & qui in moribus, geſtibus, dictis, factiſqúe atq; in omni vitæ actione deliranti apparet ſimilis, In fabis illũ verſari dictitant, adeò vt prouerbij ſpeciem obtineat, Fabæ floreſcunt, In fabis oberrat: Quod vacillantis cerebri hominibus accommodari ſolet quiqúe ratio-

Prouerbiũ In fabis oberrare.

tionis mentisqúe iudicio carẽt. Videmus enim plerosq; vernis mensibus, vbi culmi fabacei florere incipiũt, mente alienari, multaqúe absurda ac ridicula proferre, quibus nonnunquam sic incrudescit deliriũ, vt vinculis coërcendi sint. Siquidem ineunte vere humores restagnare incipiunt, dẽsisqúe fumis ac vaporibus cerebrũ afficere: quos quũ redolentes fabarũ flosculi exacuũt, mentem corripi delirio, furijsq; agitari cõtingit. Tametsi enim ex fabarũ floribus iucũdus suauisq; odor emanat: cerebrum tamen afficit, vaporeq; graui etiam à longe imbuit, præsertim quibus id imbecille est atq; inualidũ, humoreq; bilioso ac melancholico oppletũ. Quo fit, vt eorũ nonnulli inquieti sint ac palabundi, denique clamosi, impensęq; loquaces, Alij tacituini ac cogitabundi.

Quum fabarum flores cerebro officiunt.

Obstipo capite, & figentes lumine terram
Murmura qui secum ac rabiosa silentia rodunt,
Atque exporrecto trutinantur verba labello.

Per. Sat. 3.

Et quemadmodũ nonnulla fumos dissipant, quæqúe cerebro infesta sunt discutiunt, atq; animã languidã, spirituqúe sopitos erigunt, vt acetum, aqua rosacea, in qua gariophyli macerati sunt, panis recẽs vino odorifero imbutus, quæ tenuẽ gratamq; auram expirant: Ita quædam dolo-

res excitãt, capitiq; grauedinem inferũt,
Quæ capiti dolorem inferant. vt alliũ, Cæpe, porrum, ſambucus, abſynthium, ruta, abrotamum, multaq; aromata, quæ fumidum grauemq; odorem exhalant, ac caput tentant, nareſque feriũt.
lib. 5. apho. 28. Quod Hippocrates Aphoriſmo hoc indicauit, Suffitus aromatũ muliebria ducit qui ad alia multa etiã vtilis eſſet, niſi capiti grauedinem inferret. Omnia ſiquidem intenſè odorata capiti officiunt, ac calorem, humoremq; ad ſupernas partes rapiunt, etiam qui ex frigidis ſtirpibus euaporant odores, in ijs præſertim qui extenuati ſunt, exhauſtoq; corpore. Illi enim nec eduliorum, carniumque elixarium nidorem perferũt, atque in animi deliquio defectuque nihil naribus admoueri patiũtur, quod aeris vibrantiſque ſit naturę, vt qui à craſſo denſoq; aëre ſuffocari videãtur, non ſecus, quàm qui in cœnaculo vndique fumo oppleto deſident, quibus anhelitus intercipitur ac cohibetur, niſi reſeratis oſtijs, apertiſque feneſtris ſerenũ
Exemplum à fumoſis ædibus. aërem admittãt, quo domus perſpiretur, ac ſpiritus inoffenſè vltrò citroque permeare poſsit. A tenellis huiuſmodi corpuſculis diuerſam conditionem ſortiuntur paludum accolæ; quique Sentinis exhau-

exhauriendis ac purgandis cloacis sunt destinati. Illi siquidem odoratissima quęque respuunt, atque ijs offenduntur. Sic Strabo refert, apud Sabæos ab odoribus stupefactos, bituminis suffitu, hircique incensa barba, recreari. Cuius rei exemplũ etiam edidit apud Antuerpianos rusticus quidam, qui quũ in myropolion seu officinam aromaticam diuertisset, deliquio animi periclitari cœpit, cõfestim illi proximus admoto naribus fimo equino adhuc tepenti ac fumido (nã illi assuetus erat) animam reuocauit.

Lib. 16.
Ridiculum de rustico quodam.

NON QVIVIS GRAVIS AC teter odor homini noxius, Sunt enim inter hos qui contagia discutiant, morbisq; putridis obsistant. Obiter vnde manauit Prouerbium, Cornua inibi, eoque loco aduri, vulgo Men branter hoornen.

Caput. X.

MVlta sunt teterrimi odoris, quæ tamẽ corpori nullã noxã inferunt, nec vllã putredinem inducũt, imo affectibus quibusdam obsistunt, atque aërem auramque vitiosam ac turbidam discutiunt, vt sunt Castoreum, galbanum, sagapenum,

laserpitij fex, quæ Asa fœtida dicitur, anagijris herba, sulphur, puluis bombardicus Corij, cornuque suffimen. Hęc siquidem horrido sunt grauique odore sed nihil contagij adferunt, imo pestilentes auras, quasque stagna paludesque, ac Camerinæ exhalant, mephites referiunt, reprimuntque. Quin & virgunculis suffitu λειποθυμίαν, animique defectum excutiunt, qua ex vteri strangulatione corripi solent, vbi nubiles, maturæque viro serius connubio destinantur. Fœdique odores qui ex cadaueribus, lociscque cœnosis ac stagnantibus emanant, corruptos, putridosque morbos pariunt, atque aërem inficiunt, humidi calidique ratione, non istorum effluxus atque euaporatio, quę ad siccitatem deuergit. Hinc plebeij nostrates Corij cornuque præsegmina atque ossa subuuida in ignē conijciūt, eoque nidore suas casas ac tuguria suffumigant, quo morborum contagia dispellant, ac se suasque ædiculas à pestilēti aura tutas præstent. Atque hinc manauit prouerbium, Cornua inibi aduri: Quo designant loca peste, morbisque contagiosis infecta euitanda: Non dissimile remedium discutiendæ pestis adhibitum est

Fœdi odores aliquādo vtiles.

Graues odores aliquā do pesti obsistere.

Cornua aduri prouerbium.

est superioribus annis, quum apud Neruios, quos Tornacenses modo vocant, morbus popularis crudeliter sæuiret, totaque vrbe grassaretur. Milites siquidem præsidiarij, qui in arce excubias agebant, machinas, tormentaque bellica, puluere bombardico, nõ globis oppleta vrbi obuerterunt, eaque sub diei, noctisque crepusculũ incenso funali explodi curabãt: quò effectum est, vt sonitu violento fumantique odore, aëris contagium discuteretur, ipsaque Ciuitas à peste facta sit immunis, ac libera. Neque enim minus præsentaneum est hoc remedium in dissi pandis nebulis, infectique aëris cõtagijs, quàm quod Hippocratem factitasse legimus, extructis pyris, congestisque sarmentis ac fascibus, per compita ignes excitare.

Res gestæ apud Neruios.

Ignis aëris contagia dissipat.

DIGITI SINISTRAE MANUS, qui infimo proximus est, præstantia, qui postremo omnium morbo articulari, aut Chiragra infestatur, & siquando affici contingat, non multò post mors imminet, Obiter quare præ cęteris auro deuinciri mereatur.

Cap. XI.

HOc in confesso est apud Medicos, Quæcunque corporis partes aliquo vitio, morboq; tentantur, id effici vel affectu primario, vel per consensum, ac lege consortij, quum non in ipso membro morbus consistat, sed ab alio illi mali nõnihil infertur. Sic iuxta prouerbium, Aliquid mali propter vicinum malum. Natura tamen prouida semper partes principes munit ac tuetur, malumqúe ad ignobiles deuoluit ac dirigit. Quod critice, naturæqúe impulsu fit, quum humorum morborumque collectiones in remotissimas partes propelluntur. Quod si & morbus eiusque symptoma, hoc est, affectus qui illi succedit, validus, violentusq; existat, ac natura sit imbecillior, quam vt illi possit absistere, summiqúe impetum acferociã pro suo arbitratu cohibere, in præcipuas partes humores decumbũt, quod in pulmonis inflammatione, pleuritide, angina, lethargo, ac plerisqúe acutis morbis perspicimus. In articulari autem morbo ac coxendico, qui vere & autumno viget, vis ac facultas naturalis, humores in corpore coaceruatos à partibus robustis ad imbecilles propellit. Sic obseruaui in

Natura præcipuas partes à morbo tuetur.

ui in Gallia Belgico complures Chiragrę ac podagræ obnoxios, quibus omnes articuli acerbissimo dolore, tumoreque erant inflati, illo tanto siniſtræ manus digito illæso, qui infimo proximus est. Is siquidem ob cordis vicinitatem, ac cõsensum, nihil sensit incõmodi. Nec est quod ex hoc morbo quisquã mortem extimescat (à cæteris enim sunt immunes, modò ne ficosi sint ac Venerea lue contaminati) nisi circa siniſtrum pectoris sinum, cui cordis turbinatus mucro subest, humorũ colluuies decumbat, digitusque annularis nodosus efficiatur, atque intumescat. Hæc siquidem vbi fieri incipiunt, luxato vitali robore, vigor labascit, omnisque animi & cotporis vis concidit. Hinc itaq; mos inoleuit apud veteres, vt is digitus auro insigniretur, taliqúe gestamine decorus esset, potius quàm cęteri: quod tenuis quidam arteriæ ductus, nõ nerui, vt Gellius existimauit, à corde ad hunc digitum porrigatur, cuius motum in parturientibus ac delassatis, omnibusque cordis affectibus indicis attactu manifestè percipis. Nec sané id cuiquam absurdum videri debet, quum animi defectu collapsos erigere soleam, vellicato hoc articulo,

Annularis.

Gellij lapsus.

Lib. 10. cap. 10.

lo,auriq́ue,cum momento croci, attritu per hunc enim vis quędam refocillatrix, quæ illi insita est, ad cor dimanat,vitæq; fontem,cui is digitus connexus,implicitusq́ue est,recreat. Quapropter præ cæteris illum honorē promeruit,auroq́ue decorandum cēsuit antiquitas. Huius quoque dignitas,quam à corde consequitur, hoc effecit, vt veteres medici, à quibus etiam nomen obtinuit, medicamenta ac potiones illo commiscerent. Nihil enim venænati vel extremis eius radicibus adhærere potest, quin homini infestum sit, virusq́ue cordi communicetur. In indice quoque veteres olim gestasse annulos præter alios Hieremias testatur,Sic enim apud illum expostulat cum rege Dominus: Etiam si Ieconias annulus fuerit in manu mea dextra,inde euellam illum.

Medicus digitus.

Hiere.22.

QVAEDAM IGNEM NON concipiunt, flammisq́ue inuicta sunt. Et qua ratione id efficiant. Cap. XII.

» Confecta vidimus, textaq́ue mantilia
» ex lini quodā genere incombustibili,

qua

quæ igni non cedunt, flammisque indomita sunt, Itaque siquando sordes cõtraxisse videntur, mundariqúe postulant, nõ smigmate aut sapone, vlloq; lixiuio maculas eluunt, sed iniecta igni flãmescunt, non secus, quã ollæ argillaceæ multa pinguedine imbutæ, ac nitida, candorisque eximij eximuntur. Nascitur id genus in desertis Indiæ, lociscque siticulosis ac sole torridis, in quibus stirpes quædam ex soli cõditione, atque aëris ambientis qualitate illam naturam adsciscunt, qua fingi texiqúe in lintea possint. Si enim in mari ac fluẽtis ostracoderma, hoc est, cuta testacea, solidescere possint Cancri, paguri, locustæ, gammari, buccinæ, pectines, multaqúe concharum genera, in quibus (vt Plinius ait) magna ludẽtis naturæ varietas, multæque figurarum, colorumq; differentiæ: si deniq; Coralli frutex in imo maris Ligustici frondescit, mariqúe exẽptus in lapidem induratur: non cuiquam videri debet absimile vero, frutices quosdam ex loci cœliqúe ardore eam naturã consequi, vt contusi, subactiqúe fustibus, ac stipario malleo mitigati ductiles fiãt, atque in filamenta elaborẽtur, quæ ignis vim respuunt. Quis autem non miretur

Lib. 9. cap. 33.

Coralliũm ex mari Ligustico subducitur.

ex

Ex herbis funes confici.

ex Canabaceo frutice, ex vrticæ, liniq; ac geniſtæ flagellis funes, ac rudentes c texi, velaque ac lintea confici? Quum enim lento ſint tenacique vimine, in fila telasque attenuantur, vt etiam argẽtiau rique bracteæ ac ſegmenta. Sic ex huiũ modi virgultis, non equidem ex Salamandræ pilis (vt plerique nugantur) mantilia, mappeque conficiuntur, vt ex bombice, ac lanigeris arboribus ſerica, licet illis operoſior cura adhibetur. rigeſcit enim materia, minuſque eſt tractabilis. Appellatur autem id genus lini Aſbeſtinũ a ſimilitudine & natura calcis, quod igni mundatur, nec abſumitur, aut detrimentum patitur. Cui affinis eſt ἀμίαντος lapis e lumini ſciſſili, quod vulgo plumoſum vocatur, ſimilis, ex quo Dioſcoride teſte, lintea contexunt Indiani, quę in ignem cõiecta inflammãtur quidem, ſed exempta ſplendeſcunt, nihilque illis deperit, nec deteriora efficiuntur. Sic ligna & tabulata alumine illita nõ ardeſcunt, vt nec peſtes, fores, lacunaria colore viridi imbuta, modò durior cruſta ijs obducatur, atque alumen, plumbique albi cineres copioſe pigmentis commiſceantur: nequit enim vis ignita penetrare, quod lignum

Amiãtus.

Li. 5. c. 99.

Volate lib. 22.

Alumen igni obſiſtit.

Viridi colore oblita ſerius igneſcunt.

co-

coactum densumque fiat, atque ad ignē pluuiamque obdurescat. Cuius rei specimen edidit Archilaus Mithridatis prefectus in lignea turri, quam quum Sylla incendere tentaret, nihil profecit coactusque est re infecta decedere, atque ab incepto desistere, quum alumine, quod vehementer astringit, omnia essent oblita. Sic C. Cæsaris irritus erat conatus, quū circa Padum Castellū ignem admoueret ex Larigna materia constructo. Larix siquidem arbor Piceæ assimilis nec ignem aut flammam concipit, ac non solum à carie & teredine immunis est, sed ne in carbones quidem resoluitur, aut in cineres fathiscit, ob soliditatē ac duritiem plusquam corneam, quā ignis vis subire, domareque nequit. Tanti denique est ponderis, vt non fluitet, sed confestim subsidat ac demergatur, more buxi, atq; Ebeni, quod voce gentilitia Gaiacū dicitur, lignum expugnandis ficis, morboq; Gallico accommodissimum. Mirari autē non immeritò quisquam posset, cur non ardeat atque inflammescat, quum resinam fundat mellei coloris. Quotquot enim resinam, picemque exudāt, citissimè igni corripiūtur. Verùm id illi præstat solida compa-

Lib. 15. cap. 1.

Larix.

Pockhout.

Ad ob-
iectionē

compactaque durities, quæ nulla igni fe raminum ſpatia exhibet, per quæ aduri accendique poſſit, quanquam Mathiolus aſſerat Laricē quę circa Pædū copio ſe prodit, confeſtim flammā concipere.

CALOR NATIVVS HOMInis fouetur, augeſcitq; animalculorum, præcipuè autem infantium calore, ſi parti corporis inualidæ applicentur. Non enim hoc fomentum concoctionem ſolum adiuuat: ſed dolores quoſque articulares ſedat. Inter catellos autem, qui id præſtant efficacius.

Cap. XIII.

DVo ſunt quæ corpus noſtrū fulciunt, vitamque conſeruant, ac tuentur, Calor natiuus, & Humor innati caloris ſubſtantia. Quorum alter alterius adminiculo opus habet, mutuasque operas expe-

Calore, humore, ſpiritu, corpus ſubſiſtit.

cunt. Humidum pabulum eſt, fomentúque caloris, Calor illius beneficio ac munere ſubſiſtit, Quæ duo ſpiritu vndique perfuſa ac cōnexa in omne corpus dimanant ac diffunduntur. His ſedulò proſpe-

cien-

ciendum est, curandumq; vt quàm diutissimè conseruentur. Horum enim præsidio corpus destitutũ, collabitur, omnisque vis ac facultas nãturalis vergit ad interitum. Cæterùm quum multa sint circa hæc obseruanda, eaque passim obuia existant apud Medicos: omissis superuacuis, ea tantum referam, quæ foris admota homini ad hæc sunt adiumento. Inter ea quæ calorem augent, excitantque, ac dolores placant, Catellos refero, nõ equidem omnes, sed hos præcipuè, quibus color cutis concolor, nec tegmen multis diuersisque maculis variegatum, qui nõ solum natiuum insitumque calorem fouẽt, sed dolorificos affectus sedãt. Sic in Chiragra ac Podagra omnique artritide nihil præsentius ad consopiendos mitigandosq; cruciatus quamlibet acerbos, quã huiusmodi Catelli membris affectis adhibiti, Suaui enim, calentique effluxu natiuum hominis calorem languidum atq; euanescentem excusitant, ac fotu continuo, humorẽ qui dolores infert vel attractione ad se rapiunt, eliciuntque, vel diaphoresi, hoc est, digerenti vi ac discussoria incidunt, ac dissipant. Videmus enim illos vbi amoueri cõtingit, atque aliquid

Catelli vniformis coloris.

Catelli mẽbris admoti dolores mitigant.

ijs laxamenti indulgere, fractis enerua-
tisque esse articulis, atque ægrè pedibus
insistere, maxima doloris parte in se tran-
slata. Quòd autem color cutis per om-
nia æqualis & cōcolor id potissimum ef-
ficiat, nec varius parem effectū obtineat,
facit temperamenti æqualitas, atq; vni-
formis color. Discolor siquidem diuer-
susque color indicat caloris humoriscq;
intemperiem, ac cominixtionē: Vt enim
insitio naturæ arborū correspondere de-
bet: ita homini in fouendis membris æ-
qualem per omnia, ac temperatum calo-
rem coaptare conuenit. Quamobrē firo
bur ac firmitatem vētriculo, vllique par-
ti cōciliare velis, necesse est naturale tē-
peramentum tueri, nec calorē plus satis
intendere, illiq; extraneum aut alienum
inducere. Inter ea autē (vt Galenus ait)
quæ foris applicantur, boni habitus puel
lus est vnà sic accubans, vt semper abdo-
mē contingat. Sunt qui Catellos, inquit,
pingues in hunc vsum habeāt, neq; idi
aduersa modò valetudine, verùm etiā in
prospera. Tales itaq; ijs qui ob siccitatē
quoq; imbecillem ventriculum habent,
sunt idonei, seruādumq; ante omnia est,
ne puellus humecta sit cute. Qui, enim
noctu

Van eēder hare.

Hüntlen die pinterlig haar haben, oder pinter farb sind.

Simile ab insitione.

Thera. lib. 7.

noctu sudore perfunduntur, refrigerant potius, quàm calefaciunt. Hanc quoque commoditatẽ sibi adhiberi passus est Dauid effœtus ac frigescens, quẽ adolescentula mutuo complexu fouebat, non quidem cõcubitus, vt scriptura testatur, desiderio, sed quo membra illius destituta calore incalescerent.

3. Reg. 1. Dauid amplexu iuuẽculæ incaluit.

CVR MORBVS GALLICVS nunc, quàm olim, mitior, minusq; sæuiat, & in quos morbos degeneret.

Cap. XIIII.

TRes sunt morbi inter se affines & cognati, nõ tã læthales, quã fœdi ac contagiosi, quorũ alter in alterũ trãsit, ac permutatur, Lues Venerea, seu morbus Gallicus, Elephãtiasis, seu Vulgaris lepra, quę in scrophis Grando dicitur, tũ is qui Stomacacce & Scelotyrbe dicitur. Quorum genus est Icteria nigra. Hi superioribus annis intolerãdis modis homines excarnificabãt: nũc prorsus mitescere ceperũt, minusq; infesti sunt, fit id partim, quòd medicorũ opera, domita sit vis mali, humorumq; sæuitia mitigata, partim quòd natura assuetudine ad dolores occaluit.

Pocken, Melaetsheyt. Onghanscheyt. Schoirbuyck.

Ratio.

Morbi assuetudine mitescunt.

Sic obſeruaui nonnullos in florente, feruidaq; ætate acerrimè cruciari: eoſdē, ſeneſcente atq; inclinata, mitius affligi. Vel enim deferueſcit ardor & ebullitio, minorq; fit humorū concurſus: vel natura ſpatio tēporis aſſueta malo, velut domeſtico ac familiari, non amplius cū illo luctatur, aut enim alitur vitioſis illis humoribus, aut non offenditur. Quemadmodum enim ſues, vbi cœno inuoluuntur, aut cerdones, quiq; cloacas, ac foricas publicas proluunt, graueolentiam non ſentiunt: ſic morbilloſi ſaginantur ſordibus. Et quoniam ad vitia morbosque corporis, ne dicam animi, occalluerunt, detrimenta naturæ amplius non percipiunt. Ademit enim illis ſenſum mali inueteratus, imisq; medullis infixus morbus. Inter mitia verò, vbi inducitur corpori aliena qualitas, qua alteraſcit ac corrūpitur, quæcunque membra fluxiones acres ac mordaces ſuſcipiunt, dolore concitātur. At vbi morbus inoleuit, ac cū natura coaluit, non magnoperè doloribus infeſtantur, quod inter ſe conſentiant, atque humores corporis cōmercio, ac qua vtitur conſuetudine, flacceſcant, atque aliorum humorum mixtione, vt vinum meracum affluen-

Simile à lutoſis porcis & cerdonibus.

affluenti aqua, diluantur. Semper tamen vestigia inhæresçunt, veterisque morbi reliquiæ relinquuntur. Quæ si in pulmonem decumbunt, raucos illos esse, atque anheloſos perſpicis: Si in articulos, qodagræ ac Chiragrę, & quæ ſubinde recurrit, Iſchiatico dolori obnoxios. Sic omnes ficoſi articulari morbo laborant: at non omnes Podagrici aut coxendico cruciatu affecti imbuti ſunt. Quod ſi in extimam cutem diffunditur humorũ colluuies, ſcabra cute efficiuntur, ac cortico ſa, lychenibus, impetigine, mentagra, ac porrigine, in facie deformati, non ſine capillorum defluuio. Simile enim quiddam illis euenit, quod arboribus ac virgultis, quibus lotium aut ſalſugo, aliaque inquinata eluuies affuſa eſt. Vitiata enim radice folia decidunt, ac rami marceſcunt: non tamen arbos à ſtirpe interit, atque emoritur, ſed elangueſcit atque ęgrè refocillatur.

Ficoſi omnes podagrici, non è contra.

Simile à vitiatis arboribus.

QVA RATIONE MORI bundi etiam conſtante adhuc mente rau cum murmur edant, ac ſonitum reciprocantem, quem Belgæ populari voce Den. rotel vocant.

Cap. XV.

IN Belgica regione, totoque Septentrionalis plagæ tractu, morituri certa argumenta proferunt emigrandi, edito ſonitu murmuloſo, nec eſt qui abſque huiuſmodi indicio vitam non finiat. Siquidem imminente morte ſonũ edunt tanquam aquæ labentis per ſalebras, locaque anfractuoſa atque incurua, murmur, aut qualem ſiphunculi ac fiſtulæ in aquæductibus ſonitum excitant. Quum enim vocalem arteriam occludi contingat, ſpiritus qui confertim erumpere geſtit, nactus anguſtum meatum, collapſamque fiſtulam, gagariſmo quodam prodit, ac raucum per læuia murmur efficit, ſcatebrisque arentes deſerit artus. Conglomeratus itaque ſpiritus, ſpumaque turgida commixtus, ſonitum excitat,

Moribundi qua ratione murmuloſum ſonũ edant.

tat, reciprocanti maris æstui assimilem. Quod ipsum in nonnullis etiam fit ob panniculos ac membranas in rugas contractas sic vt spiritus obliquè ac sinuoso volumine decurrat. Hi autem qui valido sunt, vastoque corpore, & qui violenta morte pereunt, grauius resonant, diutiusque cum morte luctantur, ob humoris copiam, ac densos crassosque spiritus. Iis vero qui extenuato sunt corpore, ac lenta morte contabescunt, minus impetuosè leniqué sonitu fertur spiritus, ac sensim placideque extinguuntur, ac quodammodo obdormiscunt.

Qui placidè, qui tumultuosè extinguantur.

MORTEM HOMINIS, RErumque existentium interitum esse contra naturam, parumque appositè naturalem dici. Sic tamen obfirmandus animus, vt mors non sit formidanda, licet non sine ratione omnes illam exhorrescant.

Caput XVI.

QVanquam ita natura comparatum sit, atque hominis præuaricatio hoc sit consequuta ac promerita, vt ad interitum spectet, mortiqúe sit destinata: hoc tamen ratione euinci posse video, Mortem non esse secundum naturam, illiqúe prorsus aduersam. Principio generi animantium omni hoc est à natura tributũ, vt se, vitam, corpusque tueatur declinetque ea quæ illi nocitura videantur, atque omni cura incolumitati suæ prospiciat, suæque conseruationi insistat. Quis est enim, qui non obseruat, quanta cura, quantoque studio homines ductuntionis, brutæque pecudes instinctu naturæ, se ab interitu vindicare tueriq; studeant atq; enitantur. Omnes siquidẽ illũ exhorrescũt, nemo nõ ab illo se subducere tentat. Quandoquidẽ iuadẽte morte, natura extinguitur, esseque desinit. Sic Christus, qui cõmõstrare noluit insitã naturę hominis imbecillitatẽ, vt à quo prę-ter morbos & peccatũ, humani nihil alienũ erat, mortẽ exhorruit, illãq; deprecat' est. In Petro quoq; naturæ affect', carnisque infirmitas exprimitur, quũ Christus ter stipulatus ab eo erga se amorem, erga vero gregem summam pascendi curam ac stu-

Cic. lib. 1. Offic.

Nemo non mortis metu contremiscit.

Ioan. 21.

ac ſtudium, commonſtrat quid illi impendeat, & quem expectat vitæ exitum. Quũ eſſes, inquit, iunior, ambulabas quocunque libitũ erat, & cingebas ipſe te: verùm vbi ſenueris, alius cinget te, & ducturus eſt, quò nolis. Quo indicat naturæ humanæ affectum atque imbecillitatem, quæ mortis metu ac terrore concutitur, illamque admodũ grauatè adire velit, tametſi mens alacris eſt & prompta. Quum itaq; mors naturæ ſit abolitio ac priuatio, qui ſtatui poſsit, id eſſe naturæ conſentaneũ ac familiare, quod vim, quod interitum, totiuſq; naturę adfert extinctionem? Scio equidem hoc promeruiſſe hominis prauitatem ac delictum, per quæ degenerauit à ſui dignitate & præſtantia, ſuoque opifici fuit inobſequioſus, dictoque minus audiens, vt doloribus, vt cruciatibus, vt morbis, fame, ſiti conflictaretur, ac mentis inquietudine, poſtremò morte pœnas lueret. Verum has clades ac calamitates non naturæ vitium, ſed peccati labes illi inuexit. A lapſu ſiquidem primi hominis omnia immutata ſunt, verſaque in contrarium: ſic ſidera, morbi, elementa, dæmones, belluæ, homini minantur, illique infeſta ſunt. Quin & vniuerſa creatura, ho-

Ioan. 21.

Peccatum morbũ & morbos inuexit.

Rom. 8.

minis causa, vt Paulus ait, vanitati ac corruptioni subiecta est, Omnisque rerum ordo ac series, mentesque Angelicæ finē laborum statui exoptant. Cæterum in tā ta calamitate ac miseria constitutis, solatio est, mentesque nostras erigit, alterius vitæ certissima spes, summaque in Christum fiducia, qui collapsam hominis naturam restaurat, pristinæque integritati restituit, ac trepidationem metumque mortis animis nostris eximit. Stabiliter enim nos fulcit mortis eius ac resurrectionis recordatio, quæ hoc effecit, vt hominem non aboleri, sed mutari in melius credamus, mortemque non esse interitum, sed alterius vitæ vestibulum ac ianuam: Scimus enim, vt Paulus ait, tametsi terrenū nostrum domicilium huius tabernaculi destruendum sit, vt dissolui solet compages atque ædium contignatio, quòd ædificium habemus à Deo, domicilium non manufactum, sed æternum in cœlis, quod in hoc ipsum parauit, vt immortalitatis gloria per resurrectionem fruamur. Deus autem Spiritum suum pignoris loco, atque arrabonis vice nobis impertitus est, ac spem summamque fiduciam rerum futurarum præsenti suo afflatu confirmat:

Christi fiducia mortis metum homini adimit.

2. Cor. 5.

Simile ab ædium contextu.

Galat. 4.

quo

quo vno certi reddimur,quòd qui ſuſcita uit atque à morte erexit Dominũ Ieſum, nos quoque ſuſcitabit virtute ipſius, atque efficiet communi reſurrectionis gloria conſortes. *Colloſ.2*

EBRIETATIS AC TEmulentiæ incommoda.Et quæ illi obſiſtant ac medeantur.

Caput XVII.

INoleuit conſuetudo apud Germanos atque Aquiloni expoſitos Belgas,vt neminem propemodum ſibi deuinctum cupiant, fidumqúe amicum ac familiarẽ exoptent, quã qui ſtrenuum ſe potorẽ præbeat,atque impigrè (vt Plautus ait) cloacã vino proluat. *In Curgul.* Quamobrem operæprecium me facturum ſum arbitratus,ſi nonnulla quæ ebrietati obſiſtunt,referã, Quo quiſque ſibi proſpicere poſsit,in eo certamine,vt aut vino non ſuccumbat,aut quã minimum offendatur. Principio nemo ſe *Ebrietas vitanda.* inter initia plus ſatis facilẽ præbeat, prõptumqúe in exhauriẽdis exiccandiſq; poculis,ſed tergiuerſetur,ac ciuiliter recuſet morbũq; prętexat,ac valetudinẽ cauſetur nõnunquã excogitãdi ſunt act⁹ ac ſtratagemata

mata,quò illos deludas, qui te ſibi ſcopũ præfixerunt quem feriant,tibiqúe plus ſatis infeſti ſunt. Captanda interim occaſio,qua aut te vt micturientem tacitè ſubducas,aut pateram abduci cures,in eaqúe re te callidum eſſe decet ac cautũ,magnaque dexteritate id perficere. Nam ſi deprehendi technam contingat, multò cumulatius, ac cum fœnore in te hoc mun° refundetur. Cæterum quiſque pro infita naturæ calliditate atque aſtutia, varias cõminiſci poteſt rationes ac modos,quibus poterit eluctari,ac combibones fallere. Interim conſtituat ſibi quiſque ante oculos huius illaudatæ conſuetudinis, erroriſque inueterati præmia, perſpiciet luce clarius, quid noxæ, quídue detrimenti, quum corpori, tũ animæ mentiq; inferat vini intemperantia. Primũ enim Memoriã rem omniũ pretioſiſsimam non ſolum labilem, fluxamque facit: ſed prorſus obruit ac labefactat. Oculos caliginoſos efficit,ac cæcutientes. Genas pendulas, artus tremulos ac titubantes. Multaq; alia incommoda immodicum vini potum comitantur, quorum vnumquodque frigidum eſt vitium. Nec enim vinum (vt Galenus teſtatur) ſemper hominem excalefacit:

Intemperantia vini memoriæ officit.

De temp. lib. 3.

facit: sed vbi plus bibitur, quàm vinci posset frigidos morbos parit. Extinguitur enim calor natiuus, ac suffocatur, non secus, quàm si exiguæ imbecillæque flammæ confertim multum olei infundatur. Hæc præfari visum est, nequis existimaret ansam ministrare me, aut fenestram cuiquam aperire ad nequitiam. Quum hoc potissimum sit in votis, vt homines aut moderatè bibere consuescant, aut si occasio inciderit vt largius sit bibendũ (nam vt habet Prouerbium, sacra hæc aliter nõ constant) ne desint adminicula, quibus ebrietatem propulsare possint, Inter quæ amara refero, & quotquot humores aquosos per vrinam expurgant. Hac enim ratione effici solet, vt aliò quàm ad caput fumi deferantur, ac vinum venas subire prohibeatur, exiccante etiam amarore humiditatem. Sic amigdala amara id efficaciter præstant quina senáue ante cœnam assumpta, Persicorum quoque nuclei parẽ cum ijs effectum obtinent, & foliorum Persici arboris expressus succus ieiuno assumptus cyathi mensura, qua facultate pollit & Absinthij Pontici dilutũ, ac nux muscata. Hæc enim omnia meatus recludunt, ac peruios laxosque efficiunt, quẽ admo-

Rubio

Prouerbiũ conuiuiale.

Amara ebrietati obsistunt.

admodũ & olei ex oliuis expreſsi, aut ſeſa-
mi ſemine ſextãs hoc eſt vnciæ duę ante-
lucano hauſtę, lubricã ſiquidẽ reddit aluũ
meatuſque vrinarios dilatat, ſic vt liquor
corpori nõ inhæreat, ſed continenter de-
fluat, modò ne quis eſculentis ventriculi
plus ſatis oneret. Qui enim potationi in-
ſiſtere cogitur, parcius illũ cibo vti cõue-
nit, quòd ſi panis buccellã copioſo melle,
imbutã deuoret, nõ incõſultè fecerit. Mel
ſiquidẽ vini vim diluit fumoſque acres
mordaces retũdit, atq; hebetat. His omni-
bus præfertur Braſſica Catoni ad faſtidiũ
vſque nobilitata, quà vulgus Caulis nomi-
ne deſignat, quòd nulla ſtirpiũ cole ſit am-
plior. Huiꝰ quũ plures ſint differẽtiæ, illa
ad diſcutiendam crapulam accommoda-
tior, quę plus cæteris rubeſcit, ſi ex caulí-
culis dentibus expreſſus ſuccus deglutia-
tur, aut eadem cocta inter primæ menſæ
edulia manducetur. qua tamen maritima,
quæ Alpibus Zelandicis copioſè innaſci-
tur, multò efficacior, tum Portulaca mari-
na, qua in ijs acetarijs ac cõdimentis vti-
mur ad appetentiã acuendã. Potus enim,
cibique auiditatem incitat, iritatq;, atque
inſita facultate ac viribus conficit. Quo
fit vt nulli vinoſi halitus. vaporeſq; caput
ten-

Cibus immodicus potoribus noxius.

Braſsica ebrietati obſiſtit.

Soldanella.

tentare posſint,vt qui per aluũ, ductuſq; vrinarios expurgẽtur.Sunt huius generis pleraq; alia,quæ temulẽtiæ aduerſantur, ac nequis ebrietati ſuccũmbat,muniunt: ſed omnia referre longũ eſſet. Cæterũ ſiquẽ vino obrutũ eſſe cõtingat,qui ijs prę-ſidijs nõ eſt inſtructus(nã vinũ,vt Abacuc ait,ſapientẽ decipit)illi ſuccurrendũ vomitu. Quod ſapiens etiã conſulit . Si fueris ad ingluuiem coactus,ſubduc te,ac vomito.Poſtmodum teſtes, parteſque genitales aqua gelida macerari debent,madidoq; mantili,aut ſudario inuolui : fœminis verò vbera,mãmęque in eundẽ modũ fouenda.Confeſtim enim auerſis vaporibus,omnis vinolentia diſcutitur.Interim exhibenda acida,ac ſubacerba, pomaque ſucculenta ac vinoſa. Cuius generis ſunt Arãcia malaq; Citria,ceraſia,Perſica,oxia canthæ baccæ,omphacium,corna, quæq; infrigidãtis reprimẽtiſque ſunt naturæ,ac nonnullã incidẽdi abſtergendiq; vim obtinent.Tametſi enim ceſſet, ſopitaque ſit ebrietas vel vomitione,vel ſomno: caput tamen etiã poſtridie indoleſcit , ac fumis pertunditur. Quẽ affectũ Sextus Põpeius Helucã vocat . Quæ vox languidũ ſonat, ſemiſomnũ,atq; hæſterno vino oſcitantẽ.

Cap.2.

Eccleſi. 31.

Vomitus cũ moda.

Dolor capitis ex heſterno mero.

Ter-

Helucus capitis graue do ex crapula.

Tertullianus hanc vocem pro affectione vſurpat,quo procliues in ſomnum reddimur ex pridiana crapula,quũ inquit:Hederę vis ac natura eſt,caput ab heluco defenſare,vi diſcuſſoria atq; exiccãte,quae etiam à crapula tutos præſtare creditur, foris capiti admota , vel præſumptis acinis aliquot,qui coloris crocei ſunt.

Hederæ vis in diſcutiẽda ebrietate.

INTEMPERANtia potus , quàm cibi nocentior. Caput XVIII.

SVnt qui ſtatuant , potu minus offendi homines,quàm cibo,ſi horum alter immoderatius, ſupraque naturæ vires ingeſtus ſit . Quod ea Hippocratis ſententia ſtabilire nituntur: Facilius eſt impleri potu,quàm cibo: Qui toto cœlo errare mihi videntur.Hoc ſiquidẽ ille indicat,Humidum colligendis reſtaurandiſque viribus potiſsimũ remediũ.Extenuatos enim citiſsimè reficiunt liquida, quæ licet non ſimiliter nutriant ſolidis alimentis:diſtributionis tamen celeritate illis longius præſtant.Quamobrem veriſsima eſt, nec Hippocrat.cõtraria Cornel.Celſi ſententia,

li.2.aph.11

Humida et liquida citius alunt.

Lib.1.

tia, Vbi ad cibum ventũ est, nunquam vtilis est nimia sacietas, sæpe inutilis nimia abstinentia. Quod siqua intemperantia subest, Durior est in potione, quàm esca. Quo indicat immodica vini potione plus detrimenti, damniq; inferri corporibus, quàm cibi ingluuie. Potus siquidem omnes meatus confestim penetrat, atque incoctus venas subit, neruosqúe ac cerebrũ tentat: Cibus verò in ventriculo hæret, dum concoctus est, qui si oneri est, minimo negotio vomitu excutitur, quod non æquè naturæ procliue ac facile est in potu. Argumento quòd canes, feles, glires, sorices, si venęno medicatas offas aut buccellas deuorasse contingat, iritata ad excretionem naturæ facultate, nulla molestia euomunt, quod in liquidis factu difficillimũ, quò fit vt venæna in potu exhibita magis quàm in esculentis, sint noxia, rapitur enim citissimè in omnes corporis partes virus, ac vitalia corrũpit, destruitque, maximè si ex vino propinetur. Interim cibus immodicus suffocationis periculum adfert, eoq; vẽtriculus adeo intumescit ac distenditur, vt disrumpi videatur, præsertim ijs qui difficile ad vomitũ incitantur. quocirca moderatio laudẽ ne

Celsi locus explicatus.

Venæna liquida nocẽtissima.

retur, modò ne quid pinguetudinis subsit, Sic enim virus segnius in venas dimanat aut diffunditur, nec cõfestim vitalia corripit, citiusq; vomitu excutitur. Ita siquãdo venenatis potionibus obsistendũ, butyrũ, oleum ac pinguia quæq; exhibenda, minus enim adhęresćit venenũ aut affigitur corpori, nec venarũ cõceptacula subit vel penetrat, deniq; incitata vomitione euestigio excutitur. qua ratione etiã ebrietati obsistunt. alioqui vbi diutius inhaserit, partes internas exulcerat ac corrosione vitiat, sibiq; ad Cor vitæ fontem patefacit aditũ. Quocirca ab assumpto veneno aut cibo aliquo exitiali ac noxio, euitanda reprimentia, acida, acerba, stiptica, quæq; meatus occludunt ac constipant, præ cæteris autem Somnus, Quemadmodum enim qui peste corripiuntur, quum somnolenti sint, si se somno & quieti dedant, citius inficiuntur, ac natura segnius contagioni obsistit: ita quoq; in morsib⁹ virulẽtis, ac venenatis potionibus, si somno opprimũtur homines, grauius affligũtur, ac tũ virus prompti⁹ vitalia corripit. Quocirca vellicãdi, quò vigiles persistãt, ne malum intus grassetur, atq; ad partes principes deferatur. Quemadmodũ enim ho-

Pinguia venenis obsistunt.

Somnus noxius à veneno assumpto, & in peste.

hostesminimo negotio,nullaq;propemodũ molestia vrbes ac propugnacula diripiunt ac diruunt,nullo obsistente,ac ciuibus seu excubitoribus vino somnoq; sepultis:ita corpus humanum in morborũ insultu,vel assumptis ebibitisq; venenatis potionib⁹,ægrè subsistere potest atq; eluctari,quin opprimatur. quũ facultates ac potentiæ naturales oppresso sopitoque somno corpore,segnes sint atque otiosæ, nec se ad expugnãdũ morbũ alacriter accingant. Quo efficitur,vt dent manus, ac cedant succumbantq; valentiori, non valetudinis modo,sed vitæ etiam iactura ac detrimento.

Simile ab hostili insultu elegans.

ALIA VI AC RATIONE VInum inebriat,aliterq; homines afficit, quàm Sicera,vel Zythus, nobisque vocata Cereuisia.

Caput. XIX.

CErebrum tametsi natura molle sit atq; vdum, ex eo tamen nerui producuntur,velut ex colo cui lanugo linumq; annexum est,telæ,filamentaq;,quorũ coniugationes in omnes corporis partes distribuun-

Quomodo nerui à cerebro producuntur.

buuntur. Ex hoc ſiquidem principio ac fonte nerui in omnia membra deriuãtur, velut ex arboris caudice ac trunco ramorum propago ac ſoboles in multa germina diffunduntur. Corpus autem vniuerſum per eos ſenſum motumque percipit, quibus affectis, parteque principe læſa, illis muneribus priuatur, aut ſuas facultates ac munia languidè perficit, eoque fit, vt ebrij delirent, vacillentque ac titubẽt, quòd cerebrum craſsis denſiſque vaporibus obnubiletur: Quum autem omnes madidi, vinoque perfuſi ridiculos, Comicoſque mores exprimant, tũ nulli magis moriones agũt, riſumque obuijs excitãt, quum vultum atq; oculos geſtuſque ſpectamus quàm qui ex Zytho, quę nobis bi ria dicitur, temulenti ſunt. Illi ſiquidem non in omnem partem corruunt, ſed retrorſum dumtaxat, ac ſupini. Qui verò ex vino ebrietarẽ contraxerunt, antrorſum proruunt, ac proni decumbunt. Sic vtiſti genas, frontem, faciem, nareſq; mutilent: Illi ſcapulas & occipitium, vbi in terram deuoluuntur. Quod ipſum etiam ſpectare licet, vbi inter pocula ſomno corripi ſolẽt. Ex Ceruiſia enim vuidi, capite in cer uices deuoluto, hiantique ore dormiunt:

Simile à ramoſa arbore.

Ebrij ridiculo vultu.

Ex

Ex vino autem facie mentoque in pectus inclinato. Ratio est, quod fumi vaporesq; ex vino sinciput, partesq; corporis anteriores occupant. Ex Cereuisia occiput partesque posticas obsidēt. Quò fit, vt isti obliuiosi sint, ac somnolenti, minimeque loquaces ac clamosi.

PROCERO CRASSOQVE corpore homines aliquando minus vitales, quàm graciles, minusq; animosè morbis obluctari. Exiguæ autem staturæ homunciones plerumque vini capaciores, quàm obesi, ac serius temulentia tentari.

Caput XX.

FLaccidos esse plerūque vasto obesoq; corpore homines, ac morbis minus fortiter obsistere, quotidiana exēpla commō strāt. Oneri enim est illis corporis moles, ac spiritus minus viuidi minusq; alacres, & erecti. Quo fit, vt ingruente vel lenissimo morbo, vel quouis incōmodo, pusilla nimes efficiantur, ac suspirioſi, crebroque ingemiscant. Ad primum siquidem insultum animo deijciuntur, illisque mens labascit. Quòd si terra marique pericula ad eunda sint, aut siniſtri aliquid inciderit, ili

Molescorporis ingenio officit.

co trepidant,ac contremiſcunt,metuque exalbeſcunt.Id euenit, quòd calorem natiuum languidum habeāt,ſpirituſque exiles,ac ſanguinem minus feruidum, deinde quòd virtus naturalis lōgè, lateq; diffuſa ſit,quæ in exiguo corpore vnita coactaque,diſperſa eſt præſtantior. Quò ſpectat illa Hippocratis ſententia. Qui natura ſunt valdè craſſi, breuiore vita fruuntur,quàm qui graciles: tum altera: Statura corporis longa,neque indecora,nec illiberalis in iuuentute: In ſenecta inutilis moles eſt,& paruitate deterior.Incurueſcit enim ſeneſcentibus corpus,fitque grue ac geſtatu permoleſtū. quanquam itaque hi membris, moleque valent: puſilli tamen inſitā vim, naturæque facultates validas obtinent, multæque in ijs ſe proferunt quum animi, tum corporis dotes, atque ornamenta,magnaque mentis agilitas,atque acumen ingenij: nec ſolū mētis alacritate cæteris præſtant, vel æquāt: ſed viribus ac velocitate,tum edendi,bibendique robore.Vidi aliquando nanos propemodum ac pumiliones,coarctęque breuitatis homunculos(ſed prolixa tamē barba,totoque corpore hirſuto,quod intenſi caloris eſt argumentum)cū robuſtiſ

lib.2.Apho 44.

Apho.54.

Proceri corporis incōmoda.

ſimis

simis potandi certamen inijsse,quibus, ta metsi nemo in huiusmodi factis promere tur memorabile nomen,nec habet victoria laudem, ne tantillum quidem obfuit vini vis: quum alij ita vino essent oppressi,vt obstupefacta mente neque pes, neque manus aut lingua satis suo fungeretur officio. Horum causa non solum consistit in conceptaculorum, venarumque amplitudine ac capacitate, sed in calore natiuo,eoque intenso,qui omnia celerrimè conficit,absumitque,tum in firmo validoque cerebro, quod non facile fumos concipit. Simile enim quiddā ijs euenit, quod lateri ignito, aut candenti ferro, quod liquore subinde irrigatur,vel denique solo arido ac siticuloso. Confestim enim omnem humorem imbibit,aut in tenuem,minimeque dēsum vaporē euanescit,sic vt nihil necesse sit illis lotium subinde reddere,aut vesicam exonerare,quū calor innatus omnia consumat. Quod autem in viris efficit interna insitaque caliditas,hoc in mulieribus præstat corporis raritas,laxitasque ac mollities. Hæ siquidem,vbi vino assuetæ sunt, ad prodigium vsque bibaces fiunt, diuque subsistunt, antequam temulentia succumbant. sed

Simile ex candenti ferro desumptum.

Mulier quur vinū copiam perferat.

propter laxos patentesque meatus identidem micturire coguntur. Quo nomine non immerito infamia notantur à viris, quibus suboleſcere ſoleat illarum ſordes atque ingluuies. Seniculi autem omnium minimè vini copiam perferunt. quum enim arido ſunt corpore atque exucco, caloreque debili: largiore vini potu offenduntur, moderato autem refocillantur atque exhilareſcunt. Quamobrem quum omnibus, tum maximè ſenibus curæ eſſe debet, calorem natiuum, quo & comprehenditur humidum primogenium, caloris vitalis, & ſpiritus ſubiectum ac ſubſtitia à ſemine orta, appoſitis alimentis, victuque moderato ac ſalubri fouere. Illa ſiquidem ſunt ſecundæ, aduerſæque valetudinis præſidia, ac longioris vitæ ſeminaria.

Senes cito ebrietate tentantur.

QVI MANE IENTACVlum ſumunt, ſi id moderatè fiat, in prandio liberalius edunt, minuſque vino, etiamſi largius bibant, offenduntur. Obiter an multus panis eſus ſit ſalubris.

Caput

Caput XXI.

MVlti sunt, qui indicta sibi inedia, ad meridiē vsq; ieiuni persistunt. Quod vt non improbo, ita non semper expedire censeo, aut consultum arbitror vt quis absque cibo in prandium vsque perduret, is præsertim, qui calido est æstuantique ventriculo: vt Cholericus omnis, & qui vel laboris aliquid subire, operiq; intentus esse cogitur, vel lucubrationi studijsque insistere. Extenuantur siquidē illis spiritus vitales, corporisque vires flaccescunt, ac collabuntur. In hac autem re consuetudini inhærendum, spectandumque quid ętas cuiusque, tempus, regio, habitus corporis ac consuetudo exposcāt. Iuuentus enim anniqúe tempus frigidū, ac regio Aquiloni expositа copioso alimento, eoque frequentius exhibito indigent, alioqui corpus diffluit ac consumitur. Senes vero, quique in ætatem decrepitam deuenerunt, persistunt quidē diutius ieiuni, nihilque appetunt, nec ad cibi auiditatē incitantur, sed tamen alimentis subinde refici, foueriqúe postulant, at paucis. Vt enim flāma in lychnis copioso affluentique oleo extinguitur: ita senilis calor affatim confertimque ingestis

Studiosi nō perferunt inediam.

Gal. lib. 1. Apho. 14.

cibis. Quoniam autẽ hæc ætas dentibus se fulcit, ac tuetur, Prouerbio locum fecit, Senibus mandibula scipionis loco. Quod enim deterit senium, deceditque natiuo corporis succo, hoc cibi potusq; adminiculo sarciunt. Illis itaque, vt omnibus sedentarijs, quique literis addicti sunt, ac munia publica obeunt, vuæ passæ, palmulæ, ficus, passulæ Corinthiacæ, nuclei pini, pistacia, aranciorum, citrique putamina, zaccara incrustata, myrobalani melligine conditi, antemeridianis horis assumi possunt, vel alia quæque subliquida quæ ventriculum minus fatigant, nec in perficienda concoctione negotiũ facessunt. Interim quisq; metiri vires debet, propriæque naturę conditionem excutere, atque explorare, quid appetat, quidue respuat, ac auersetur. Hoc autem in primis obseruandum, nequis diluculo vinum bibere consuescat. Est enim naturæ aduersissimum, Animi siquidem vigorem hebetat, mentemque obnubilat, ac neruos afficit. Quocirca sibi quisque matutinis horis, vini vsum prorsus interdicat, sed sumpto nonnihil edulij, parcius dilutiusq; bibat. Pauciſſima enim natura mane exigit, tantumque foueri pauxillo ali-

Senes cibo se fulciũt.

Vinũ diluculo hauſtum perniciosum.

alimento postulat,ne calor naturalis flac
cescat. Illorum itaque exemplum imita- *Simile à re culinaria desumptũ.*
ri par est,qui quum post aliquot horas lu
culentum ignem excitare meditantur eli
xandis assandisque carnibus, prius non-
nullo fomite,aridisque nutrimentis focũ
instruunt,ne ignis penitus sopiatur, quo
quum sit opportunum, iustum ignem in
cocturæ vsum excitent: Sic cum exiguo
fomento,ac velut succendiculo ventricu
lus paulò ante incaluit,in prãdio auidius
cibum appetit,ac dilatatis venis validius
concoquit digeritque.Cum plerisq; qui *Non cõsultũ diu ieiunum persistere.*
in prandium vsque ieiuni persistunt, ap-
petentia euanescat, calore vel flaccido,
vel tantum nõ extincto.Adde quod col-
lapsis occlusisque meatibus per quos de-
ferri alimentum debet, in medijs spatijs
hæreat, seriusque in venas rapiatur. De-
inde quod propter diutinam inediã sto-
machus noxijs humoribus,quos ex vici-
nis partibus allicit, oppletus, cibum res-
puat,citoque satietur.Quò fit vt in sym-
posijs meridianis celerius temulentia ho *In prandio citius, quã in cœna inebriamur. Li.13.ca.1.*
mines corripi contingat,quàm si eadem
in cœnam differantur. Nam vt alia præ-
teream,Dimidia, vt inquit Plinius, peri-
culi pars est,noctu,hoc est, spe somni bi-
benti-

bentibus, somnus siquidem ad despumandam discutiendamque vinolentiam adimento est. Cæterum quum panis maxima hominibus alimenti pars sit, omniaque edulia absque illo sint insipida, parumque salubria, de illius quoque vsu pauca differere institui. Sunt enim qui huius repletionem ac satietatem noxiam esse contendant ventriculo, nec minus, quàm vinum immoderatius haustum officere, hoc inducti, vt puto, argumento, quòd diu ventriculo inhæreat, aluumque astringat. Ego vero discrimen delectumque statuendum censeo. Siquidem triticeus fermento accuratè subactus, beneque elaboratus ac coctus, sanis robustisque corporibus laudatissimus est cibus, ac maximè salubris. Quapropter cuique persuasum esse cupio, edulia ac pulpamenta quæque non mediocriter panis admixtu condienda. Qui enim parcius pane vtuntur, copiosè autem carnibus aut piscibus, corpore efficiuntur laxo, carneque fluida, denique halitu graueolenti ac vitioso. Quocirca esus piscium, quòd ij citissimè putrescat, plus panis exigit. Videmus autem omnia esculenta promptissimè putere ac putredinem concipere, exactoque triduo aut

plus

Panis vsus.

Olidis faucibus qui parcius pane vescuntur.

plus paulo,ni sale condias,subolida fieri, oua,pisces,carnes,& pulpamenta quęq;: At panis nunquã putredini fit obnoxius, aut aliquid vitiosi odoris contrahit.Diutius enim asseruatus mucescit quidẽ,arescitque:verùm non putrescit. Quò fit,vt qui eduliorũ ingluuie se onerãt, nulloq; aut perpauco panis esu vtuntur mephitim ex imis præcordijs exhalent,grauiq; ac tetro anhelitu obuios quosque feriãt. Qui itaque valido vegetoque corpore esse studẽt,atque habitu firmo, moderatum panis esum admittant,pręsertim vbi exercitia laboresque subeũdi sunt, nisi enim fossores,baiuli,nautæ, vectores,athletæ,ac pugiles copiosius se pane alérẽt, non possent subsistere , tantisque laboribus sufficere.Tenellis autem corporibus ac valetudinarijs,quique inualido flaccidoque ventriculo existunt, ac meatus habent exiles , parcius cõtractiusque panis vsum præscribo,sed liquidos illos reficere,viresque restaurare pergo quæ cito vę narum conceptacula subeunt.Illorum siquidem corpuscula,vtpote tenera ac delicata solida alimenta respuunt.Quæ omnia exactissimè mihi perspexisse atq; obseruasse visus est Dauid rex & propheta: Quum

Fœtidis anhelitu Vrde.

Aegroti quur panis esum respuunt.

Psal.103.

Quum, inquit, Effecit munificus rerum parens, vt iumentis pabulum, hominibus quùm infirmis, tum sanis alimenta suppetant. Sic vt oleo perfusum corpus nitescat, vnguentoque delibutum recreetur. Vt vino cor hominis exhilarescat, ac discusso mœrore alacre, erectumque efficiatur. Et panis vitale robur fulciat ac confirmet.

NVX MYRISTICA SEV moschata, & Corallius lapis à viro gestata melioreſcunt, deteriora verò efficiuntur à fœmina.

Cap. XXII.

Vir mulieri præstantior.

QVod mulieri vir præstet, huiusque cõditio multo, quàm illius sit excellentior ac generosior, præter animi & corporis eximias dotes, quibus abunde pollẽs potensque & clarus est, inanima etiã & quæ vegetante iam vi destituta sunt, accrescere augeriqúe desinunt, testãtur atque experimentis commonstrant. Siquidem nux myristica seu moschata si à viro gestetur, non solum vigorem suum cõser-

uat,

uet,sed etiam turgescit, magisque efficitur succulenta, Quum enim inter has illa sit præstãtior, quæ ponderosior est,succoque pingui madescit,atque vel cõpressu, vel aciculæ punctura oleaginem resudat non sine eximia odoris suauitate: has dotes viri calor conseruat ac tuetur, & quod mirari subeat,illã magis speciosam facit,aspectuque amabilẽ, ac succo oleoso magis turgidam,præsertim si iuuenilis adultæque ætatis homines circumferãt. Tam suauis enim,gratusque halitus emanat ex huiusmodi corporibus,effluxusq; ac euaporatio, ob caloris natiui temperiem,tam mitis ac blanda,vt nux illam alliciat, eaque imbuta vegetior fiat atque odoratior. Alitur siquidem,afficiturque aëreo vapore,auraque tepenti ac subcalida, quam iuuenile corpus expirat, vt re maximè sibi familiari ac cognata. Sic memoriæ proditum est, Alexandri Macedonum regis vestes gratissimo odore fuisse perfusas,non quidem ascititio aliquo externoque suffitu, sed à genuino ac naturali caloris natiui effluuio. Mulier verò quum excrementis abundet,atque insuaues tristesque halitus ob menstrui profluuij decursum diffundat,omnia deteriora effi-

Nuces muscatæ vi explorentur.

Cõmet. li. 2 Apho. 14.

Alexandri magni vestes quur odoratæ.

efficit, natiuasque vires atque insitas facultates depopulatur. Quò fit vt nux mo-
ristica, exucca illius cõtactu efficiatur, leuis, carioſa, coloreque ſquallido ac nigricante, qua vi etiam herbis perniciem, tabemq; adfert, ac ſata ſtrangulat, ſpeculiq; nitorem offuſcat. De Corallo par eſt ratio: hoc ſiquidem in orbiculos elaborati ac læuore perpolitum, ſi à viro geſtetur, rubeſcit exuberantius, quàm ſi hoc geſtamine fœmina decoretur. In pallorem enim muliebri conſuetudine elanguescit ac colore natiuo deſtituitur, partim ob emanantes ex illa fuliginoſos denſoſque ſpiritus, partim quòd languidum colorem habeat, ac frigidę humentisque ſit naturæ quæ qualitates aliquid conſeruare tuerique nequeunt. Quum vir caloris innati ſubſtantiam vaporoſam, mitem ac ſuauem ſit conſequutus, ac velut aromatis odore imbutam. Qua ratione & ſinapi ſemen Corallum rubicundum efficit, ſi illo obruatur, caloris ſcilicet ratione, quo tanquam ignita re incaleſcit.

Corallus rubicũdior ſit viri contactu.

Mulier Corallũ deterius efficit.

Quæ Corallo ruborẽ conciliẽt.

Sinapi Corallũ rubicundũ efficit.

MA-

MAGNA EX PARTE STERILES ESSE, & infœcundos, quibus sponte semen profluit, seseque polluunt, & qua ratione id fiat.

Cap. XXIII.

VItium est idque tam fœdum, vt à tempLeuit. 15. pli aditu, omnique hominum consortio apud Hebræos arcerentur illo contaminati, Græcis γονορροία, Latinis Seminis profluuium appellatum, quo mulieres æquè ac viri infestantur. Siquidem illis præter voluntatem semen effluit nullo propemodum delectamẽto, nec vlla voluptatis illecebra, aut pudendo rigido erectóue, idque aqueum dilutumque ac tenue. Quò fit vt infœcundum sit atque ad excitandas proles inefficax. Vt enim *Simile ab infœcundis arboribus.* salix frugiperda semen ob caloris penuriam ante maturitatem excutit: Sic istis humor genitalis plus satis frigidus & humidus defluit. Nequeũt enim naturales facultates semẽ perficere, ac vi prolifica fœcundaq; illud imbuere. Quò fit vt excrementitius prorsus sit humor, inchoati imperfectiq; seminis rudimentum, gene-

randi munere destitutum. Cæterum quũ hic affectus ex imbecillitate vasorũ spermaticorum oriatur, tum aliud quoddam vitium cõtrahitur ex amplexu Venereo ac concubitu cõtagioso, siquãdo cũ infectis scortis cõgressum ineunt. Siquidẽ purulẽta quædã fœdaq́; illuuies ab inguine distillat, colore modo liuido, modo erugi noso ac porraceo nõ sine teterrimo odore. Quò fit vt vasa nonnunquã erodi contingat, partesq́ue pudendas mutilari. Ista autem vligo humorisq́; sordidi stillicidiũ in fœminis virulentior est; alboque oui, vbi cõputruit, assimilis, qua interanea pruritu intolerabili infestantur, quasi aluminе aut salsugine essent imbuta. Quò fit, vt omnes morbillosi, quiq́; Venerea lue infecti sunt, impense sint salaces ob putridi humoris acrimoniam, quam retundi ac mitigari concubitu sentiunt, magnaq́; mali parte se leuari. Quocirca quũ omnibus suam scabiẽ affricare gestiant, tum maximè illas expetunt ac venantur ganeones isti puriginosi quas sciunt salubri esse, beneque constituto corpore. In has enim suas sordes ac saniem profundunt, suoque purulento semine contaminant, quum ipsi nihil ab his contagij con-

Een druyper vocatur Belgis hoc fœdum stillicidiũ.

Morbo Gallico infesti semper pruriunt.

tra-

De Morbo Gallico et pudendagra.

trahere possent. Quum enim illi seminis profluuio obnoxij sunt, quod ex lue Venerea cõtrahitur, ac cõtactu concubituq; fœdo cõcipitur, nõ seminale ac prolificũ excrementũ ab ijs profluit, sed virulenta quædam ac contagiosa eluuies ab inguine distillat odoris tetri, colore nõ albicãte, sed lurido ac viresçente, quæ vlcera in pudenda ac primori virgæ parte excitat, sic vt vrina ijs ægrè prodeat, atque ob purulentam concretionem subinde supprimatur. Quòd siquando prurire occipiant ac tentigine affici, ac penis seu pudenda pars erigi incipiat, acerrimè cruciantur. videtur enim hoc membrum, quasi fune distendi propter neruos qui humore acri ac mordaci imbuti sunt, quò fit vt vrinæ stillicidio subinde infestentur, quum nõ confertim & profuse, sed lente ac sensim lotium prodeat intolerando micturientium cruciatu. Contrahitur hoc vitiũ ex ficosis morbidisque hominibus, atq; attritu contactuque scortorum, quibus inguina ac pudẽdæ partes bubonibus alijsque inquinamẽtis sunt cõtaminatæ. Qui morbus quum circa obscœnas abditasq; partes consistat, atque ex putridorum humorũ affluentia fœdos tumores excitet,

Acrimoniæ vrinæ infectis peculiaris.

Vrinæ quibus supprimitur.

pudenda = gra.

Inguinum tumores non reprimendi.

Pudendagra nominatur, vulgo Clapooren. Si verò contagio se diffundat, vt assolet vbi primum contracta labe corpus non expurgatur, aut vbi foris non maturantia cataplasmata, sed discussoria quaque fluxionem reprimunt ac referiant, non eliciant, adhibentur, tota corporis moles vnà cum sanguine ac spiritibus inficitur, totaq; humorum collectio in neruos, panniculos, mẽbranas, musculos defertur, atq; intensissimos dolores excitat. qui morbus vernaculo Belgis idiomate Pocken met de lempten vocatur: quòd omnia mẽbra doloribꝰ pertusa sint ac dilaniata, ipsaq; symptomata, hoc est, quæ ex morbi sæuitia accedũt ac cõcomitantur, nõ minores ipso morbo dolorũ faces admoueãt. Neq; enim vnius generis cruciatu excarnificantur, sed multiplices illos diuexant dolorũ differentiæ, qui tanquã admotis vncinis ac ferramentis, neruosas partes exquisitissima mouendi sentiendiq; vi prẽditas lacerant, ac velut aculeis fodicant, vrgent, stimulant. Et quum nullas nõ partes interreptẽt, atq; erratica vagaq; incursione inuadant, à doloris inquietudine, nullaque interposita intermissione, De mieren nostrates hunc affectum

Dolores neruorum vnde.

Morbillosi omnes dolorum differentias percipiũt.

ctum vocant, à formica deducto nomine animalculo agili atq; inquieto, quod nouas subinde sedes sequitur, à qua medici etiã pulsum designãt formicantẽ, ob mobilitatẽ exilẽ, exhaustis scilicet deiectisq; viribus, adeo vt homini q̃ minimũ vitę su peresse possit, eò se pulsu proferente: cui affinis vermiculãs à vermiculi motu atq; ingressu, qui nõ magnã etiã recuperandæ sanitatis spẽ decumbenti pollicetur. Et quẽadmodũ morbus est Verminatio, qua homines infestari torqueriq́ue solent, ac velut à vermib⁹ dilaniari: ita quoq; morbus est Formicatio, Græcis μυρμηκία, quæ foris corpus fœdis tuberculis ac pustulis deformat, intus vero mordentis formicę sensum adfert, ac cruciatũ, ita vt subinde scalpturire cogantur atq; attritu aliquod leuamen cõquirere: vt assolet morbo Venereo infectis, qui nusquam quietè consistunt, sed cõtinenter frictionibus insistere cogũtur. Quocirca appositè nostrates Formicationem huic morbi do cadaueri accõmodãt nõ quòd eo nomine hic morbus censeri debeat, sed quòd pari modo corpora afficiat. Hinc Plautus, quoniam multi illo sęculo fœdissimis morbis erant cõtaminati, nẽpe mentagra, impetigine,

Pulsus formicans.

Pulsus vermiculans.

Verminatio qui morbus.

Formicatio qui morbus.

Formicatio accedens morbo Gallico.

lepra, tum plerisque alijs, qui se in honestissima ferè parte corporis proferunt, illis vitijs deformatos Formicinos, mucidos, vietos, putridos, vlceroſos vocat, quos vt noſtrates dicti tãt, ſi vel leuiſſimè cõcutias, ab oſſibus diſſiliunt ac diſſoluũtur, populari ioco Vanden grate ſchudden: à piſcibus rancidis, ac putri ſalſamento deſumpta ſimilitudine, quòd vel minima cõquaſſatione à ſpinarũ cõtextu decidant. Quocirca qui ficoſos tumores circa inguina parteſq; abditas ac latẽtes cõtraxerũt, vel ex cõcubitu, vel ſi vlli cõtaminato ſodali cõuixerit, lectoq; cõmuni ſit vſus (nã facilimè hęc labes olim, quę nũc ſenſim exoleſcit, alijs affricari ſolet vel eſculẽto, vel halitu, oriq; ac labris admoto poculo) in primis cõſulo, vt acri vel vino vel aceto pudenda, cõtactasq; partes abluant, adnixto ſalis momento, deinde abſceſſum ſeu apoſtema, ſi res poſcat, ad maturitatẽ perducant, eruptoq; pure ac ſaniè abſterſorijs vlceris cauitatẽ eluant, priuſquam cicatrice obducant, atq; vt in rabidi canis morſu, qui aliquando, quàm ſcorti, mitior, diutius hiatum apertum ſinant, ne virulento humore intus cohibito, poſtmodũ morbus recrudeſcat, atque exaſ-

Formicinus homo.

Simile à rancidis piſcibus, et populare prouerbiũ.

Morborum incredibilis cõtagio.

Tumorũ in inguine curatio.

Exemplũ à rabidi canis morſu.

exaſperetur: interim antequam manũ vo micæ admoueri cõtingat, corpus purgan tibus medicamentis accuratè inaniri debet: in quẽ vſum commodè adhibentur, epithimus, fumaria, polypodiũ, ſena, eaq; confectio quæ ad hamech refertur: aut quoniã ijs lotiũ moliri debet, benedicta laxatiua ex decocto ligni Indici, quod inter Ebeni ſpecies refero: alioqui niſi huiuſmodi ſubſidijs corpori proſpiciatur, diffuſis vndiq; humorib⁹ corpus omni ex parte morbidũ fit, ac lue Venerea vndiquaq; inficitur. Sũt eñ duo iſti morbi inter ſe affines & cognati, quẽadmodũ Cãcer & lepra. Quod eñ Cãcer eſt in parte aliqua corporis, id lepra ſeu elephãtiaſis eſt in toto corpore. Sic morbilloſa iſta affectio vbi in toto cõſiſtit, atq; vndiq; diffuſa eſt, fœdiſſimũ illũ morbũ excitat, quẽ alij Gallicũ, alij Neapolitanum vocãt, vel quò in tã inclytę nationis gratiã ac fauorem aboleri poſſint atq; obſoleſcere con tumelioſa illa nomina, quibus aliquid cõuitij ſubeſt, lues aut contagio Venerea vnde contrahitur, denominetur. Quę vero in inguine conſiſtit, ac pudendas partes commulat, Pudendagra. Quum verò natura mortalium procax ſit in alienis

Cõpẽdioſa morbi Gallici curatio.

Cancer & lepra affines morbi.

miserijs, atque insolenter huiusmodi calamitate oppressis insultet, populares passim morbum hunc, quum totum corpus occupat, Matris, alterũ qui parti peculiaris est, Filiæ nomine designãt: & quoniã alter ab altero pullulat, venustũ illũ maritũ si dijs placet, aut potius sordidũ spõsum, matrẽ ac geminas filias sibi in matrimonium asciuisse, ioculari licentia dicitant, quũ præter inguinum tumores corpus vndique exulceratum sit, ac tuberibus scateat.

Prouerbiũ in morbidos.

Iocus popularis in hos qui ex inguine laborant.

IN MORBIS EXCRESCERE corpora, atque in longitudinem produci, licet minus edant, in latitudinem verò diminui.

Cap. XXIIII.

IMpuberes qui plurimo vtuntur alimento, minꝰ speciosè adolescere, nec in iustam decentẽq; lõgitudinẽ produci quotidiana experimẽta cõprobant. Suffocatur enim calor natiuus, atque immodica humiditate obruitur, quo minus corpora in decorã proceritatẽ possent effingi.

Quid officiat proceritati.

Qui

Qui verò moderatè saginantur, ac cibo vtuntur parcius, sibiq́ue discriminata cer taq́ue edendi tẽpora constituunt, nõ magnopere efficiuntur obesi, nec adeps illis, aut caro augescit: sed ossa, longitudinẽ atque incrementa suscipiunt. Sic videmus adolescentes ac pueros in longis diutinisque morbis gracilescere ac macilentos effici, in longitudinem tamen eorum corpora proferri ac proceritatem capessere. Quod ipsum fieri siccitatis ratione crediderim. Nam ossa quum sicca sint, alimento sibi familiari ac cognato aluntur. Siquidem quum humores ægrotis atque alimẽta assumpta, ex calore & corporis aridita te siccescant: ossa in longitudinem porriguntur, atque alimenti subsicci ratione aliquid illis staturę accedit, prę sertim quũ homo in ea ætate constitutus est, in qua corpus, vt argilla vda ac sequax, produci fingiq́ue in longum possit. Cõstituta sunt autem vnicuiq́ue certa crescendi spatia, ac determinatè legitimæ staturæ rationes ac modi, quibus sensim tacitisq́ue auctibꝰ consequimur vel liberalem proceritatẽ, vel indecoram: eaq́ue crescendi vis, qua in longitudinem augeri corpora contingit, raro vltra quintum & vigesimum an-

Quur alij in longum, alij in latum excrescunt.

Simile ab argilla ductili.

Quam diu in longum corpora porrigantur.

num producitur : magna autem ex parte intra vndeuigesimum consistit. Quò fit vt dentes etiam excussi, ab eo annorum curriculo non renascantur, vt nec ossa fracta, ac cartilagines consolidescant, quòd ea progenitorum semine illa consistant. Pinguescere verò atque adiposum obesumque fieri, non certis temporum spatijs fieri contingit, sed nutrimenti ratione, vbi ea affatim ingeruntur. Quod ipsum etiam in consistente ætate, vel eadem inclinata fieri potest. Tametsi enim quis vbertim saginetur, non in longum surrigitur corpus, sed in latum ac molem dilatatur. Alia est enim facultas, qua alitur corpus : alia qua augescit. Illa siquidem circa alimenti copiam versatur: Ista circa partes corporis solidas, nempe ossa, neruos, cartilagines &c. quę si crescunt atq; in longũ porriguntur, animal quoq; incrementũ assequitur, tametsi illud macie conficiatur atq; extabescat. Natura itaq; in producendis ossibus, vnde longitudo emergit, vi caloris vtitur, qua exiccat nonnihil humores atque alimenta alendis ossibus accommodat. Neque enim auctio sine nutrimento affluente perfici potest. Vbi enim generatio animalis constituta est, vsque ad ętatis vigorẽ

Alia vis longitudinem, alia latitudinẽ parit.

augeri

augeri postulat, atque in longum latumq; ac profundum ampliari. Deinde quo subsistat ac perduret in reliquum vitæ tempus, æuiqúe huius decursum nutritio subit, suasqúe partes obit, qua restaurari possent quæ effluunt, quæq; ambientis aëris qualitas depopulatur, nulla corpori tamẽ inducta amplitudine, aut in longitudinem progressu. Auctrix itaque vis ac facultas est quæ ossa febricitantium, vt ceram, in longitudinem effingit, calore ac virtute seminalis excrementi, quæ in ætatis vigore ad ea perfici enda valida est atque efficax. Quòd si adolescentes ac pueri ab ipsis incunabulis lacti assuescant, atque exercitationi sint dediti, productiori efficiuntur corpore, staturaq; decenti ac speciosa. Siquidem lactis potu atq; vsu ossa aluntur, quod semini affine est, ac sanguis elaboratus atque exactè concoctus. Frugũ, nerui, Aquæ, carnes, quod obseruare licet in bubus, qui aquis copiosis pingueſcunt, ac pabulo humido saginãtur. Deinde in Belgis, præsertim Batauis, qui liquore illo gentilitio, quam Cereuisiam vocant, adeo pingueſcunt, vt mentũ pectori incumbat, ac

Quibus rebus corpus incrementa suscipit.

Pinguis aquiliculus propenso sesquipede extet. *Pers. Sat. 2*

AN

AN IEIVNIS, AN PRANsis venam incidere expediat. Et an consultum sit statim ab incisa vena somno se dedere.

Caput XXV.

QVid commodi adferat corpori humano venæ sectio, quidúe in secunda, aduersaqúe valetudine præsidij ex ea homines consequantur, tum quibus, quoúe tempore illam adhibere conueniat, superuacaneum est hic referre, quum ea quisque ex syncero fidoque Medico discere poterit, non ex vulgata ac triuiali consuetudine, quam nugones quidam inuexerunt qui nimis rigidè astra potius, quàm humores obseruant. Quum autem innumeræ quæstiones hac de re agitari solent: Illam paucis expediam: Ieiunisne an pransis venâ feriri expediat. Equidem quum plerosque meticulosos trepidare videam, ac contremiscere in adeunda venæ sectione, ne syncopi atque animi deliquio, vt assolet, periclitentur, nonnihil cibi, ac meraciſsimi vini pauxillum exhibendum censeo. Obseruaui siquidem frequentius animi defectu col-

lapsos diu decubuisse immobiles, atque egrè odoramentis crebraque vellicatione refocillatos. adde quòd sanguis non confertim nec affluenter, sed languidè ac sensim ieiunis profluat, nonnunquam prorsus non erumpat. quòd natura auidè vitæ thesaurum amplectatur, nec sinat illum temere elabi, vt cui maximam vitalis spiritus vim inesse sentiat, qua exhausta tota corporis moles langueſcit, operaque naturæ perficiuntur deterius. Vbi vero aliquid alimenti exhiberi contigit, ac moderata corporis agitatione sanguis ad fluxionem excitatur, promptius emanare ac scaturire incipit. Alacres enim atque erecti efficiũtur spiritus cibo, potuque atque exercitio moderatè adhibito, corpusque sanguine vndique perfusum efflorescit, ac fit coloratius. Cæterum, An incisa vena somno se dedere expediat, discutiendum est. Ego sane, nisi quis assueuerit, aut ex æstu atque itineris molestia lassitudinem cõtraxerit, non semper valetudini commodum censeo vernis æstiuisque mensibus meridiari, nec consultum arbitror, statim ab incisa vena somno indulgere, præsertim siquis vel oppleto ventriculo, vel obeso corpore existat. Sunt enim inter hos qui pertusa

Cibus & potus spirẽtus alimenta.

Cibus offerendus ante venæ sectionem.

An dormiendum. incisa vena.

Ab incisa vena temperantia exigitur.

sa vena, ademtoq; sanguine vires instau-
randas sibi persuadeant, eoque affatim ge-
nio indulgent. qui quum somnolenti effi-
ciantur atque oscitantes, non sine grauí
noxa iacturaque valetudinis se quieti de-
dunt. impletur siquidem densis crassisque
vaporibus cerebrum, ac venæ ita plerum-
que turgescunt, vt cæsura dehiscat, ac san-
guis denuo magno valetudinis detrimen-
to profluat. Quod apud nos euenisse me-
mini viro cuidam primario, qui cùm Idi-
bus Maij, quibus feriæ ac supplicationes
triduanæ indicuntur, incisa eo die vena,
in prandio allio virenti, vt mos est, vino-
que se affatim impleuit: à meridie oppleto
fumis capite, primum somno, postea mor-
te sopitus oppressusque est. Quamobrem
qui optimè valetudini consultum velit,
quo die incisa est vena, frugaliter victus
rationem instituat, & quoad eius fieri po-
test, à somno se cohibeat. qui si vel inuitis
obrepat, oculique nictare incipiant, ac so-
por omnino excuti nequeat: tantisper ta-
men differatur, dum sanguinis impetus at-
que agitatio resederit: quod post sesquiho
ræ spatium fieri solet. tunc placidè obdor-
miscere licet, explicitaque corporis parte
cui incisio illata est, sæmisupino decubi-

Exemplum eius qui à somno mor te sopitus est.

tu,

tu, si id sedendo perficere permolestum est, caput in puluinum reclinare. Quod si duabus horis somnus sit productior, vellicari debent, quo se erigant, atque expergiscantur, ne spiritus ingraueſcant, ac corpus caliginoso vndique fumo opprimatur. Quò fit vt nauseabundi existant, atque oscitantiam ægre excutiant.

PHYSIOGNOMIA, HOC est, naturæ, morumque inspiciendorum ratio, qua ex notis signisque corporis, animorum motum ac propensionem elicimus & diiudicamus, non improbanda. Cæterùm quid ex hac potissimè obseruare conueniat, scripturæ testimonijs comprobatur.

Caput. XXVI.

PLeræque artes illiberales censeri solent, minusque ingenuæ, quod vanitati atque impostura affines sint, quodque obseruationes anxias habeant ac curio-

Vultus & oculi animi indices.

ac curiosas. At Physiognomia, quæ ex f
cie, oculis, vultu, lineamentis, totoque h
bitu, corporis animique propensionem
perspicit, nulla sui parte inter has referen
da, vt quam à laudatissimis viris studiosè
obseruatam excultamque perspicio. Qui
autem nulla sit corporis pars quamlibet
minuta atque exilis, quantumuis abiecta
atquæ ignobilis, quæ non aliquod argu-
mentum insitæ naturæ, & quò animus in-
clinet, exhibeat, tum omnium signorum
notarumque sunt præcipua, quæ in facie
vultuque elucent, & qui certissimus est
mentis index, in oculorũ aspectu ac volu
bilitate se profert. In ijs enim odiũ, ira, in-
dignatio, pauor, metus, formido, spes, læti
tia, modestia, arrogantia, Zelotypia, auari-
tia, æmulatio, omnesque affectus animi in-
terni, in externo corporis habitu relucẽt.

Genes. 4.

Sic Deus conspicatus Caiu subtristem, a-
nimoque deiecto ac demisso: Quare, in-
quit, mœstus es, & concidit vultus tuus?
Iosephus quoque quum videret captiui-
tatis collegas tristes, sciscitatus est: Cur só
lito tristior est facies vestra?

Genes. 40.

Obseruabat
enim aliquid sinistri ominis residere in mẽ
tibus illorum, cuius se certa indicia in ex-
terna specie proferebant. Quò spectat il-

lud

lud Esaiæ: Agnitio vultus illorum respon der illis. Quo designat homines sceleratos ex habitu corporis posse deprehendi. Vultus siquidem indicat, qua sint malitia imbuti, quid meditentur, quid moliri gestiant, quò spectet improbus illorum conatus. Plurima eius generis obuia sunt apud Dauidem & Solomonem, quibus nō nullorum nequitiam atque improbitatē coarguit, exprimitque, ex fronte, supercilijs, oculis vltro citroque contortis, demorsis labris, naribus corrugatis, inflatis buccis, incessu superbo, gestu indecoro, vultu nutuque minaci. Vnde sapiens: Vir improbus & nequam graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, peruersitate mentis machinatur malum, atque omni tempore dissidia serit. In ijs verò qui placido sunt mitiq; ingenio, omnia formæ dignitatem exprimunt. Status, incessus, accubatio, vultus, oculi, manuum motus omnia honestati decoroque inseruiunt, sic vt in facie ac vultu sapientia, decus, ac probitas, cæteræque virtutes reluceant.

Capit. 3. Esaiæ locus explicatus.

Psalm. 34.

Prouerb. 6.

Cæterùm licet non omnia exactè huius artis præsagijs respondent, multaq; aliter, quā membrorū notæ præ se ferunt, eue-

Rp ad Ob = iectione.

niant,idqúe vel educationis munere, vel parentum induſtria, aut denique diuino quodam afflatu: Magna tamẽ ex parte vero ſunt conſentanea,euentumque certum conſequuntur.Siquidem in his qui viſenda aliqua nota inſigniti ſunt, ars veritatẽ aſſequitur. Vbi enim error circa principẽ aliquam partem conſiſtit, mens quoque aliquid incommodi percipit, ſuaqúe munia inculpatè obire nequit. Sic qui gibbo deformati ſunt, modò naturale ſit id vitium,non aſcititium,nec ex accidente caſuqúe illatum,improbi ferè ſunt, ac malitioſi:quod cordi totius vitæ fonti ac principio, deprauatio cõmunicetur.His proximi ſunt Strabi,Cæci,luſcioſi,pæti,quiqúe in obliquum detorquent oculorum aciẽ: quod circa cerebrum natura deliquerit. Surdi verò, muti, balbi, blæſiqúe, & qui ob muſculorum,neruorumque imbecillitatem,linguæ heſitantiæ obnoxij ſunt,nõ penitus à vitijs immunes exiſtunt, ſed ea non magnoperè culpari merentur. Quo enim quodque membrum, cui error ſubeſt,minus nobile ac generoſum, hoc partes primariæ minus afficiuntur. Quod ſi aliquod corporis vitium, vel cerebro, vel cordi affine ſit, horumque alteri pro-

Notæ corporis animi conditionẽ indicant.

proxime assistat: menti quoque ac rationi aliquid erroris infertur, sic vt illa omnibus suis numeris non satis constent, ac plerumque iudicij amussis deliret, atque in obliquum rapiatur. Quo fit vt facultates animales suas functiones ac munia inoffensè perficere nequeant. Atqui non semper est necesse, consequitur, vt naturæ hominis conditio, mores, studia, instituta, animorum propensiones, mentisque agitatio ad notas externas sit accommodanda, atque ad lineamenta signaque corporis metienda. Quum multa plerūque agant ac meditentur homines, multaque mente concipiāt, atque opere perficiant, cuius ne vllum quidem vestigium, aut minima indicij nota foris se offert, aut diuinandi argumentum exhibet. Potest enim esse aliquis enormi corpore, membrisque distortis, sed tamen frugi, atque ad præclaras artes appositus. Rursus fieri potest, vt quis sit habitu corporis decenti ac liberali, at improbis moribus, vitaque vndique contaminata. Quapropter nemini ob vlla vitia insultandum, nec gibboſi, lusci, claudi, varis repandisque cruribus homines, conuitijs onerandi. quum hæc naturæ vitia erroresque immutatos

Cerebrum & Cor à remotis partibus afficiuntur.

Errori naturæ non insultandū

cupiant, ac corpus decentius constitutum exoptent. Sunt tamen inter hos qui hominum dicacitatem in se concitent: quod horum nonnullos impostores sint experti, versipelles, subdolos, dolosos, ac non solum obscænis facetijs, sed etiam dicterijs salibusqúe dentatis abunde instructos: vt omnes propemodum sunt, quibus vitiatæ sunt musculosæ neruosæqúe partes: sic vt cerebrum mouendi sentiendiqúe principium, Cor denique vitalis animæ ac spiritus fons, ex consensu variè afficiantur, adeo vt externa vitia internas facultates immutent, atque ad diuersas actiones instruant incitentqúe. Ex his itaque qui nota aliqua insigniti sunt, manauit prouerbium, CAVETO A SIGNATIS. Quò designant rerum humanarum periti declinandam consuetudinem, commerciumqúe improborum. Quod quotidiano vsu, atque experientia compertum habeant, fallaces esse huiusmodi homines, ac technis doliscqúe esse imbutos. Quod autem Claudi impense salaces sint, abditasqúe atque obscœnas partes inusitatæ magnitudinis habeant, Prouerbium inde natum indicat, Claudus optimè virum agit. Omne

Signati Sycophantæ.

A signatis cauendum

In claudos Prouerbiū.

siqui-

siquidem alimentum, quod inualido pedi destinandum erat, circa partes genitales consistit, atque in semen elaboratur, cuius vis & copia tentiginem mouet, atque obscænis partibus, pruritum excitat.

AN APERTO HIANtiqúe ore dormire, an clauso, cohibitisq; labris salubrius.

Caput XXVII.

NOn desunt plerique qui salubre existimant patulo apertoque ore somnum capere: sic enim melius expirari fumos, ac discuti fuligines, animamque hominis liberius commeare, ac minus graueolentiæ concipere, subolido enim esse ore, putidoque anhelitu, qui compressis labris noctem somno transigunt. Ego vero aliud persuasum habeo. Vt enim decubitus in dorsum pulmoni septoque transuerso noxius, vt quæ affusis humoribus turgescant: Sic hianti ore dormire valetudini incommodum. Pulmo siquidem, *Occluso ore somnus salubrior.*

quum fistulosus sit, per vocalem arteriam, aërem obuium, qui sub noctem ferè impurus ac turbidus est, copioſè allicit, quo spirandi meatus imbuti vel raucam efficiunt vocem, vel obtusam. Occluso autem ore, spiritus externusque aër non confertim, sed sensim per nares anfractuosas, sinuoso volumine vltrò citroque commeat, atque in pulmonem delabitur, cordisque calorem temperat. Quò fit vt minus siticulosi efficiantur qui commissis labijs dormiunt. Qui enim faucibus dilatatis somnum capiunt, ijs ob aërem halitumque hinc inde æstuantem, lingua ac palatum arescunt, potuque noctu irrigari cupiunt. Cæterum quum multis solidisque rationibus fulciri hæc persuasio possit, tum nulla stabilius, quam quod longè melius concoctio in ventriculo perficiatur, siquis occluso ore dormiat: fouetur siquidem calor naturalis, ac validius cibo incumbit. Vt enim ollæ aclebetes elixandis carnibus destinati, maturius concoctionem perficiunt, operculis obducti, quod nihil caloris, nullusque halitus emanet: Sic etiam calor in corpore humano coactus cohibitusque celerius, cibum concoquit. Itaque his qui

Vnde sitis nocturna.

Simile à re culinaria desumptũ.

qui flaccido sunt fluctuantiq́ue stomacho, subinde halitum cohibere consulo, tum ijs qui tussi singultuq́ue identidem infestantur. Hac enim ratione calorem excitari contingit, ac noxam discuti. Porro vbi occluso ore noctem transegerunt, cibiq́ue concoctio peracta est, tum demum consulo, vt popisinate, sonituq́ue bomboso fumi ac fuligines expurgentur, quæ medijs spatijs inhęrescunt.

Anhelitus cohibitus concoctionē adiuuat.

IMPRECATIONES PARENtum quibus ex se genitos execrantur, ac maledictis incessunt, aliquando in euentum effectumq́ue rapi. Bonas quoq; ominationes, quibus illis felicia ac salutaria quæque exoptant, ad lætum exitum esse adiumento, atque & ex progenitorum voto omnia consequi.

Caput XXVIII.

IN tantam delapsa est natura mortalium exuta humanitate, feritatem, vt non solum in extraneos, sed in sua etiam pig-

nora,quibus optime consultum oportuit, sint crudeles. Quis enim per compita passim ac vicos execrandas voces non audit? quibus suos immaniter diris deuouent, atque horrenda quæque ijs imprecantur: quorum pleraque effectum sortita memini,atque in calamitosum funestumque exitum deuenisse. Quamobrem Plato nihil parentis imprecatione filijs censet periculosius. Pueri siquidem quum ita incandescere progenitores vident, tamque atroces execrationes in se congeri, obstupescunt, trepidant, perturbantur, ac terrore metuque concussi, vel in spasmum aut epilepsiam incidunt, vel furore ac rabie corripiuntur,menteque atque animo alienantur. Tanta enim fit in huiusmodi corporibus spirituum, humorumque concursus atque agitatio, ea intemperies, vt sensuum instrumenta conuelli contingat, omnesque animæ facultates inuerti. Quo fit vt non solũ ætas tenera, sed ẽtiam adultior, quæ reuerentia ac pudore erga parẽtes ducitur, repentino terrore,subitaq; animi cõsternatione,tanquã fulmine concussa,magnã rationis mentisque iacturã patiatur,nec minorem in corpore cladem percipiat. Quo mihi optimè insti-

li.7.de leg.

Ratio.

Infantes nõ exasperandi sæuis verbis.

institutam habuisse adolescentiã visi sunt veteres Hebręi, qui liberis salutaria quæque præcari solent, beneque ominari, ac domi forisque non fortunæ, sed Dei munere prosperũ successum exoptare. Quin & filij officiosè magnaq; religione ac pietate parentes colere atque obseruare cõ sueuerunt, summisque votis, blandimentis, obsequijs, boni ominis voces ac benedicendi formulas extorquere. Hac enim ratione immunes se fore à malis ingruentibus confidebant, ac supremi numinis beneficio, cui quum hi, tum progenitores sua vota nuncupabant, aduersus rerum humanarum casus atque incommoda summa securitate ac fiducia posse subsistere.

Genesis Cap. 49. Liberi à patribus instituendi.

QVI FIAT, VT IVXTA VVLgare prouerbium Nemo propemodum ex morbo, aut longa peregrinatione melior euadat, vitamque emendatiorem assumat.

Cap. XXIX.

INoleuit opinio quædam ac persuasio in Belgica, quæ obijci solet ex morbo

conualescentibus: Neminem ab ancipiti morbo diutinoque, aut periculosa peregrinatione meliorem effici: Quod plerumque ita vsuuenire palam est. Ea siquidem est natura mortalium, vt quamlibet sæuis morbis diuexata fuerit, quantumuis anxia terra marique peregrinatione, atque erroribus fuerit agitata, vbi eluctari contingit, profunda subeat obliuio, atque insistant homines viuere laxius licetiusque adeò vt posteriora illis sint prioribus deteriora, atque insequens tẽpus, antecedente deploratius. Id eo mihi euenire videtur, quod magnus sit mẽtis neglectus, nullusque cultus interno homini adhibeatur, qui insitos errores affectusque vitiosos eximat, nempe Dei amor ac fiducia, eiusque doctrinæ cognitio, cui se ratio ac voluntas subijcit, omnesque actiones ad illius amussim exigit. Hæc enim efficiunt ac præstant, vt subducamus nos ab ijs vitijs, quæ in morbis & periculis sumus detestati: alioqui speciosæ illæ pollicitationes, atque emẽdatioris vitæ propositum, multaque alia, quibus nos astringimus, irrita sunt, nulliusq; momenti. Nam vbi pristino vigori sumus redditi, ad mores natura recurrit damnatos

A morbo nemo emẽdatior.

Matth. 12.

Ratio.

Doctrina diuinitus inspirata optimos mores efo fingit.

tos fixa ac mutari nescia. Proba ergo vitę ratio, rectumque viuendi institutū, quod animo concipimus, nulla re nisi doctrina cœlesti, ac diuino spiritu perfici potest, qui nisi discusso morbo menti nostræ insederit, non facile resiliemus à concepto emendatioris vitæ proposito, quod non sine latenti afflatu dolor extorsit: sed constanter illi adhęrebimus, quamlibet multa ad defectionem solicitent. Extat præclara Plinij iunioris epistola, qua ex amici cuiusdā ægrotatione admonitū se testatur: Optimos esse nos, dum lecto sumus affixi: quem enim infirmum aut libido incitat, aut auaritia solicitat, non est amori deditus, nō appetit honores, opes negligit, animosque demittit, ac ferocire desinit, postremo vitam prorsus innoxiā, beatamque destinat, si contingat euadere. Itaque arrepta hinc monendi occasione, quum sibi, tum amico præcipit, Vt tales esse perseuerēt sani, quales se futuros profitentur infirmi. Quæ quidem exhortatio salubris est ac frugifera: At ignorabat is, nec commonstrare potuit quo duce, cuiusque afflatu, atque adminiculo hæc essent perficienda. Nisi enim virtute Dei, eiusque doctrina fulciri nos contingat,

Doctrina cœlestis mētis pabulū.

Lib. 7.

Vt animi propositum felicē successum obtineat.

tingat, oblata leuissima quaque occasione, in pristinos errores labimur, atque æstus rerum humanarũ aliò nos deuehit, quàm ad integritatem, ac vitæ innocentiam, moresque probos atque inculpatos. Siquidem affectus humanus vitæ correctioris promissa extorsit, non fides, nõ solida vlla doctrina verbo Dei fulta ac stabilita. Cæterùm siquis rationem naturalem exigat, nulla mihi videtur magis probabilis, quàm quòd ad morbo defunctos certatim confluant congerrones lepidi ac festiui, illosque ad iocos, luxum, lasciuiam, delicias, omnesque voluptatis illecebras inuitent, incitentque, hinc comessationes ac soteria in orbem reducta, quibus adeptam sanitatem illis gratulantur. quæ plerũque obscœnis canticis perstrepunt, dictuque pudenda spectantur. Hæc & pleraque alia facile ægrotum ac nutantem animum, suiq; oblitum in deteriorem partem applicant. His adde cibos delicatos ac delectabiles, qui adauctis humoribus lumbos stimulant, obscœnasque partes scalpturiunt, ac tentigine afficiunt. Hinc ad luxum atque ingluuiẽ, ad profusas libidines, ad fœdos coucubitus, ad enormes atque effrenes cupiditates

Quare quisque fiat emendatior.

Cibi delicati libidinis fomenta.

ces reditus, Sic

——— Ad mores natura recurrit
Damnatos fixa, ac mutari nescia.

Iuuenalis Saty. 14.

Tanta est enim naturæ humanæ ad deteriora propẽsio ac procliuitas, vt nisi Deꝰ salutis nostræ auidus, continenter aures vellicet, ac calamitate subinde nos exerceat, omnia in profundam obliuionẽ deuergant. Sic iuxta Esaiam, Tantũ sola vexatio intellectũ dat auditui, hoc est, Nemo nisi ingruentibus periculis, obortaq; calamitate expergiscitur, atque aures arrigit: nec vnquam frugalis ac moderati victus ratio in mentem venit, aut vlla subit, aut concipitur emendatioris vitæ cogitatio, nisi illata clade, aut quum febribus morbisque oppressos, sæuissimis doloribus excruciari nos contingat. Nihil est autem quod hominem à Deo magis auertit, atque alienum efficit, quàm rerũ omnium affluentia ac prosperi successus, Afflictio vna est quę ad gemitus ac suspiria, ad sanioris vitæ propositum nos reuocat. Nec cuiquam persuaderi potest displicere Deo vitam suã, mores, studia instituta, nisi animus mœrore aliquo atque ægritudine, corpus morbis identidem affligatur. Ita enim ad salutaria quæq; monita

Cap. 29.

Prouerb.

Affluentia socordes et acedioſos facit.

nita ac vellicationes obſurdeſcit animus, ſic mens peccandi aſſuetudine occalluit, vt mitiores caſtigationes vel reſpuat, vel non magnoperè ijs commoueatur, nec vlla reſipiſcendi ſpes ſe proferat, niſi acerbiora remedia admoueantur. Hinc illa Dei per Eſaiam comminatio: Quoniam populus non eſt reuerſus ad percutientem ſe, ideo non eſt auerſus furor eius, ſed manus illius adhuc extẽta, ac denuò ad feriẽdum exporrecta. Similis eſt apud Hieremiam querimonia: Fruſtra percuſſi filios veſtros diſciplinam non receperũt. Rurſus, Percuſſi eos, & non doluerunt, attriui eos, & renuerunt accipere diſciplinam, induruerunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reuerti, magnificati ſunt, ditati, incraſſati, impinguati, & præterierunt ſermones meos peſſimè. Quocirca Deus aliquando nos premit acerbius, quò ad frugem, mentemque ſaniorem reuocet. Sic Alexãder Macedonum rex, qui ſibi diuinos honores decerni paſſus eſt, ſagitta percuſſus, conſpectoq; effuſe promanante ſanguine, hominem eſſe ſe meminit, ac confeſtim ferociam faſtúque remiſit. Quò ſpectat illud Pſalmographi: Humiliaſti tanquàm vulneratum, ſuper-

Cap. 5. & 9.

Cap. 2.

Hierem. 5.

Alexãder ſauciatus fragilitatẽ ſuam agnouit.

Pſal. 88.

ſuperbum : omne illius robur contriuiſti. Quamobrem quũ res maximè ſecundæ exiſtunt, omniaque ex voto atq; animi ſententia ſuccedunt · nequis proſperitate ſucceſſuq; nimio elatus ſe iactet inſolẽtius, aut immoderatè exultet, ſed quiſque ſecum ipſe expendat, ac meditetur res aduerſas, damna, clades, pericula, calamitates, morbos, infortunia ſingulis momentis cuique impẽdere, eaque Deũ homini nonnunquam inferre ad emendationem ac medelam, ad erratorum caſtigationem, & quò reſipiſcat, certamque ſalutis fiduciam erecta in Deum mente concipiat. Quod cuique teſtatum eſſe vult, ac nullos nõ attentè obſeruare, quũ inquit. Si dereliquerint filij eiº legẽ meã, ac mandatis meis non fuerint obſequuti, viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata illorum : miſericordiam autem meam non auferam ab eis, neque nocebo in veritate mea: Quibus palam facit, caſtigari nos ad emendationem, non ad interitum: quò domitis cupiditatibus, cohibitaque peccandi licentia, ad probitatem ac vitæ innocentiam, ad integros atq; incorruptos mores quiſque ſe conferat. Eſt ſiquidem Dei in nos ani-

Pſal. 88.

Deus caſtigat vt emendet.

animaduersio, quoniã à paterno affectu proficiscitur, summi amoris argumenti ac beneuolentię testificatio. Quem enim diligit Dominus, castigat, flagellat autem hominẽ quem recipit. Quos verò Deus patitur vagari licentius, ac viuere laxius, omnibusque corruptelis inuolui, nec tacito afflatu ab errore reuocat, quoniam pro desertis habet ac destitutis, Non visitabo, inquit, nec animaduertã in filios ac filias vestras, quum fornicati fuerint, nec in sponsas, quum adulterio se contaminant: vt sunt nonnullæ, quarum etiam nostra ætate edita sunt exempla, quæ se alijs subiecerunt, antequam cum sponso cui paulò ante solenniter se addixerant, congrederentur, ita vt illarum pudicitia à riuali ac competitore expugnata sit, aut alius quispiam illã delibarit, vulgo aiunt, ghèproeft, antequam peracta nuptiali pompa ac celebritate, in torum Genialem se collocarent, sponsum amplexuræ. Ita Deus iritatus scelerum cõtinuatione, ac peccandi assuetudine, manũ à percutiendo suspendit, ac sustinet illos labi ac coruere in omne dedecus, probrum, ignominiam, suisque desiderijs obsequi, quo viuendi errore preciũ consequuntur turbulen-

Prouer.3.

Hebr.12.

Osea.4.

Adulteria notantur.

bulentam atq; inquietã mentem, quã nihil homini obtingere poteſt aut calamitoſius aut afflictius: deinde præter infelicé exitũ ac mortẽ acerbã in qua nihil habent quo ſe fulciant, ſempiternã pœnam atq; intolerandos cruciatus.

Siquando itaque homini affluant res domeſticæ, opes, facultates, diuitiæ, auri argentiq; immẽſa põdera, ædes ſplendidæ, ſumptuoſa ſupellex, veſtes exquiſitæ quibus omnibus cumulatè fruitur, nunquã illi excidat illius memoria ac recordatio, cuius munificentia hæc tã affluenter obtigerunt, atq; oblata ſunt. Nihil enim vitij habet ædium ac villarum magnificentia, pecuniarum, prædiorum, latifundiorum, iugerũ poſſeſſio: modò vſus ſpectetur & commoditas: deniq; quod præcipuũ eſt, & potiſſimũ exigitur, ſi erga Deũ adſit gratitudo, atq; in tenuiores beneficentia. Commonuit tale quiddã, ac ſedulò inculcauit Moſes Iudæorum ex Dei præcepto ac traditione legiſlator, nequis vnquã admittat, vt in obliuionem is deueniat cui nos noſtraq; debemus. Quum comederis, inquit, & ſatiatus fueris, ciboque expletus, denique ædificia ſplendida extruxeris, atque accumularis tibi

Gratitudo erga Deũ exigitur.

Diuitiæ nõ malæ, ſed earum abuſus.

Deut. 8.

auri argentiq; vim, pecudes atq; armenta, omnibusq; rebus auctus fueris: obserua to ne eleuetur aut extumescat cor tuū, & excidat menti tuę Dominꝰ Deus tuus, omniū istarum rerum largitor. Ne quoq; id exprobetur atque obijciatur ingratis atq; obliuiosis, Butyrum de armento, lac de ouibus cum adipe agnorum & arietū, medullam tritici, & sanguinem vuæ meraciſſimum affatim illis Dominus attribuit: verùm vbi incrassatus est dilectus, recalcitrauit, impinguatus, satiatus, obesus factus, obliuioni dedit Deum conditorem suū, & ingratus fuit erga autorem salutis suæ. Quapropter huiusmodi desertoribus atroces minas ac terrores Moses proponit, multasq; clades atq; horrēdas calamitates illis obuenturas denunciat quò ex his posteri documēta capiant, ac perspiciant, vt apud Hieremiam Deus pronūciat, qui in eodem argumento versatur, quàm malum sit, quamque acerbū atq; amarum reliquisse Dominum Deū suum, nec vllum esse timorem, aut reuerentiam erga ipsum, dicit Dominus Deus exercitum.

Deut. 32.

Cap. 2.

LAPIDES SEV GEMMAE terra mariq; erutæ, vel animantium corporibus exemptæ qua vi ac facultate polleant, quáue ratione aliquid efficiant.

Cap. XXX.

GEmmis ac lapidibus non deesse suos effect⁹, modò ne adulterini sint, ac factitij, quum ratio, tum experientia comprobat. Itaque annuli gestamen, aut monile non minus decenti quã efficaci gemma decoratum & oculos oblectat, aspectuque gratum est, & vim salubrẽ in corpus exerit, idéue non abdita solum occultaque proprietate, quam ab astris, vt Marsilius censet, consequitur, sed ab emanante virtute, effluxuque latenti, qua spiritus vitales afficit ac recreat. Vt enim gemmę ex ambiente aëre obnubilantur, densamq; aurã cõcipiunt, atq; halitus copiosos imbibunt: Sic etiã ex se inuisibilẽ tenuemque vim eiaculantur ac vibrant. Quanquam enim res solida sit, calor tamen natiuus, denique contactus attritus, confricatio vim qua imbutæ sunt, elicit, cordique ac cerebro illam communicat. Eranon siquidẽ gemmam, quæ

Simile à gemmis.

Eranon Turcis

Turcosa. vulgo Turcosa dicitur, sæpius mutari cõspexi, atq; expallescere natiuoq; colore destitui, vbi qui hãc gestat, lãguescit, aut valetudinarius existit, eandem rursus cũ corpore reuiuiscere, ac colorem amabilẽ nempe qualis est sereniſſimi cœli, cæruleum exhibere, ex natiui caloris temperamento. Nec est vlla propemodũ gemma, quæ non mutationem sustineat, si homo vel intemperans est, vel nõ satis prodignitate continentiam seruet ac tueatur. Deperit enim illi vis insita, omnisque nitor sordescit, atq; obscuratur. Quo fit, vt qui se adulterio contaminant, thorũque legitimum ac Genialem commaculant, tum qui vago sordidoque concubitu se polluunt, nunquam speciosas nitidasque gemmas circumferant, sed fuliginosas & nubilas, tum quæ inquinamenta contrahant ex fœdo halitu quę quum ab illis tum scortis emanant. Contrahunt enim aliquid vitij ex putidis corporibus quæ virus exhalant, illasque venęnato halitu inficiunt, Vt mulieres menstruo inquinatæ speculi nitorem offuscant. Cæterum si inefficaces essent gemmæ, nulliusque effectus, nõ tam accuratè, tantoque studio Moses indumentum Pontifi-

Impurigẽmas contaminant.

Exod. 28.

cis,

cis, quod Rationale vocant, duodecim gemmis decorari præcepissset, quarũ Ezechiel quoque ac Ioannes in Apocalypsi meminerunt: in quibus non solum spectari voluit ornatum ac colorum blandimenta, sed etiam vim mirificam, effectusque varios atque admirandos, de quibus quum abundè multa alij, de lapillis nobis instituetur sermo qui animantium, alitumque ac piscium corporibus eximuntur, quorum plerique ventriculo, nonnulli capiti inhærent. Eruitur autem ineunte autumno crescenteque Luna ex hirundinis ventre lapillus ab ea auicula Chelidonius dictus, qui præsentanea vi pollet aduersus morbum comitialem: valdè enim exiccat, absumitq; humorẽ tenacem ac glutinosum, qui huic morbo præbet seminarium. Est siquidem hirundo, cuius excrementa Tobiæ ademerant oculos, calidæ siccæque naturæ, quò fit vt in formicibus ac concamerata testudine ex vdo molliqúe limo tam artificiose nidos suspendant & affigant. Contactu enim suo humorem absumunt, coguntque lutum indurescere. Hinc Medici cataplasmata ex ijs conficiunt, atque hirundinum combustarum puluerem in

Chelidonius vel hirundinarius.

Tobiæ. 2.

discutiendis gutturis anginæque tumoribus efficacissimum experiuntur. Limaces quoque ac grandiores cochleæ lapillos nobis exhibent candidos, sublongos, scabros, ima sui parte concauos, quos è capite expressos in multos vsus reseruare soleo. Vrinam siquidem stranguriosis moliuntur, meatusque vrinarios lubricos efficiunt ac leniunt comminuti, atque ex vino exhibiti. Concrescit id genus lapidis ex liquore muccoso, atque humore lubrico, qui humoribus facilem transitum perficit. Qua ratione & partui auxiliantur hi lapilli: dilatant enim laxantque locos, atque vterum cogunt dehiscere. Linguæ autē subditus vnus aut alter, miram vim obtinet in cienda saliua. Quapropter aridis ac siticulosis in ore volutandum præcipio. Vdam enim efficit linguam, atq; humore fluitantem, sitimque ac calorem comprimit. Qua vi & Christallus pollet, si subinde aqua gelida maceratus ori immittatur. Ex herbis eadem præstant Portulaca, cucumis, semperuiuum, quæ vulgo barba Iouis dicitur. Proferunt & Rubetæ seu Bufones lapidem, qui nonnunquam eius animantis imaginem representat, verū annosæ sunt, diuque

Limacius lapis quo effectu polleat.

Contra Sitim.

Krötenstein.

diuque in arũdinetis vel inter rubos sen tesque ac vepres delituerunt, antequam lapis in capite concrescat, aut aliquã magnitudinem assequatur. Hæret atq; asseruatur in familia Lemniana Bufonius lapis, qui magnitudine nucem auellanã superat, quem multoties expertus sum tumores atque inflationes à venænatis bestijs illatas discutere crebro attritu contactuque. Habet siquidem eam naturam, qua etiam bestia imbuta est, vt omne virus eliciat consumatque. Si enim sorex, aranea, vespæ, scarabæi, glires vlli parti insederint, damnumque intulerint, confestim à nostratibus ad hoc remedium concurritur, admotoque parti affectæ lapillo, dolor mitescit, tumorque subsidit. Multa sunt præterea piscium genera, quorum capiti lapides durissimi inhærent, vt lupo marino, Coracino, Vmbræ, lucio fluuiatili, mugili, & quorum magna hibernis mensibus copia, Callarijs, quos Belgæ Scheluisch nomine indigetant, à scabra cute ac squamata. Nã qui à colore cinericio, & corporis figura Asselli dicũtur, vulgo, Cabbeliau, lapillis carere cõpertũ est, præsertim qui in fœmineũ sexũ referuntur, nã ex masculorũ capite

Lapis Bufonius.

Lapides ex piscibus.

Zeewolf. Snoeck.

Scheluisch.

Cabbeliau

exemi lapidē candidum ima parte carinatum. Omnium genera contrita, viuoq; exhibita, dolorem colicum compescunt, ac calculum qui renibus infixus est, terūt ac comminuunt non solum grauitate & pondere, vt quidam existimant, sed insita quadam vi, qua humorum collectionem dissipant, ac discutiunt. Carpionis triangularis lapis tritus, sanguinis è naribus profluuium sistit ac cohibet, astringendi ratione, quod etiam gustu percipis.

Carpioni è capite lapis eximitur.

DE SOMNIORVM EVENTIbus, & quatenus obseruanda, ijsque adhibenda fides.

Cap. XXXI.

QVum olim incredibili superstitione ac vanitate, somnia obseruare, ijsque fidere atque assensum adhibere soleāt homines: Deus opt.max. qui neminem torqueri voluit anxijs dubijsq; rebus ac fallacibus, quæ animæ tranquillitatem perturbant, vetuit nequis in his obseruandis esset curiosus, ac temerarias interpretationes confingeret, euentusq; ambiguos com-

Leuit. 19. Deut. 13.

comminiſceretur. Huiuſmodi enim impoſturis nonnullos deſciſcere à Deo, atq; ad impios cultus deuolui. Quod ſi Deus in ſomno mentes noſtras in exquirenda illius voluntate oſcitantes vellicat, animiſque noſtris ſalutaria, quæque illius verbis ac doctrinæ conſentiunt, inſerit: magni ea momenti eſſe conuenit, ſummaque veneratione amplectenda, ijs enim indicat, quid exigat, quidue à nobis præſtari velit eorum quæ vel illius ſplendorem illuſtrãt, vel quæ ad noſtrum commodum, proximiq; emolumentum ſpectant. Cæterùm illa etiam excutere atque obſeruare fas eſt, nullaq; lex vetat, quæ in naturaliũ rerũ ratione conſiſtũt, ſic tamen vt non fixè ac ſtabiliter illis inſiſtamus: quũ plerũq; coniecturæ optatũ euentũ non conſequantur. Imaginationes ſiquidem, & quæ per quietem ſimulachra menti obijciuntur, ex ſpirituũ vaporumq; concurſu atque agitatione excitantur, qui ſi craſſi ſint denſique ac copioſi, aut nulla inſomnia animo obuerſantur, aut confuſè & obſcurè ea mens diſcernit ac dijudicat. Quod in temulẽtis fit, aut quos arctus ſomnꝰ ex laſſitudine opprimit. Quo fit vt ſomnia plerumq; turbulẽta ſint, atque obſcura. Quũ enim, vt Cicero ex Platonis ſentẽtia

Somnia diuina.

Somnia à Deo aliquã do immitti

Somnia phyſica.

Naturalia ſomnia obſeruanda.

Somnia turbulenta vnde.

De Diuinat.

differit, ea pars animi quæ rationis est particeps, somno sopita langueat, atq; altera pars immoderato potu ac pastu sit obstupefacta: visa quædã obijciũtur tetra atq; immania, vt cum aliquo misceri videatur, feras hominesq; trucidare, atq; impiè cruẽtari, multaque facere impurè cum temeritate atque impudentia. Atqui moderato victu quieti se tradidere, ea parte animi in qua ratio & consilium consistit, alacri atq; erecta, corpore verò nec inopia defecto, nec satietate affluenti oppresso, tunc eueniet, vt mẽs eluceat, & se vegetam acremque ad somniandum præbeat, ac visa tranquilla & veracia occurrant. Cuicunque enim operi interdiu homo intentus est, & occupatur, resoluto in somnũ corpore, retractat, secũque versat atque agitat. Quod cuique pro suo vitæ instituto euenire, hoc venusto carmine cõmonstrat Claudianus, *lib. 3. præfationis.*

Omnia quæ sensu voluuntur vota diurno,
Tempore nocturno reddit amica quies.
Venator defeßa thoro dum membra reponit,
Mens tamen ad syluas, & sua lustra redit.
Iudicibus lites, aurigæ somnia currus,
Vanaque nocturnis meta cauetur equis.
Gaudet amans furto: permutat nauita merces.
Et vigil elapsas quærit auarus opes.
Blandaque largitur frustra sitientibus ægris,
Irriguus gelido pocula fonte sopor
Me quoque Musarum studium sub nocte silenti
Artibus innumeris sollicitare solet.

Nec

Nec sanè aliæ obuersantur animo cogitationes, aut simulachra, vbi corpus optimè constitutum est, quàm diurnę actiones ac quotidiana munia. Quòd siquādo somnus nec perpetuus fuerit, nec placidus, sed inæqualis & interruptus, quē & insomnia à memoratis diuersa comitantur, ac minus consuetæ visiones occurrant: Vel crassis, vt Plutarchus ait, humoribus abundare corpus, vel spiritus intus turbatos esse declarat. Sic temulenti ac febricitātes absurdis insomnijs inquietari solent adeò, vt plerique horrenda spectra se videre imaginentur, Lemures, striges, harpyas, & quod melācholicis peculiare, cadaueroſas facies vultusq; tetricos, ac subtristes. Quibus verò bilis flaua redundat, faces, cædes, incendia, pugnas, rixas, iurgia mēte concipiunt. Vt sanguinei tripudia, cantilenas, iocos, risus, ac lasciua quæq;. Pituitosi largā aquæ copiā. Quapropter Medici non prorsus operam luserint, si subinde ab ægrotis ac valetudinarijs scisciteniur, qua ratione ijs nox transacta sit, quibus insomnijs mens fuerit exagitata. Illa siquidē morbos, affectusq; corporis indicant, atque humorum redundantiam commonstrant. Siquis enim sordibus cœnoq; volutari se somniāt, fœti-

De tuenda vale.

Somnia ægrorum & ebriorū

Somnia varia pro humorum redundantia.

fœtidos putridosq́ue humores in corpore coaceruatos, indiciũ est. Si verò inter odoratos fragrantesq́; flosculos versari: synceros, purosq́; succos dominari argumẽto est.

DE ANNO κλιμακτηρικῷ hoc est, scalari & gradario, septimo & nono, quibus annis corpora hominum manifestam inutationem sustinent. Senum potissimè tertio & sexagesimo. Similiter de dierum criticorum ratione, hoc est, indicijs morborum, quibus Medici indubitanter salutem vel mortem ægrotis denunciant.

Caput XXXII.

lib. 15. ca. 7

AVgustus Cæsar teste Gellio sibi gratulatus dicitur, suaeq́ue incolumitati abundè prospectum existimabat, quod ætatis annum tertium & sexagesimum euasisset. Is siquidem annus rarò absque vitæ periculo transigi senibus solet, cuius in Belgica innumera exempla obseruaui. Sunt autem duo annorum numeri, septimus & nonus, qui plerũque rerum, vitæq́ue immutationé ac grauia pericula inuehunt. Quo fit vt sexagesimus tertius, qui vtriusque numeri multiplicatam atque inuicem sibi connexam sum-

Annus sexagesimus tertius senibus suspectus.

ſummam continet, non ſine periculorum aceruo ingruat, nouies enim ſeptem, & ſepties nouem, ſexaginta tres conſtituũt, atque ob id Climactericus is annus appellatur, quia à ſeptimo orſus, vitam hominis, velut per gradus quoſdam peragat. Itaque omnes qui per ſeptem, aut nouem annos conſurgunt, decretorij dicuntur, in quibus magnam mutationem ſubeunt homines, nam vel calumnijs impeti ſolent, vel grauiſsimis morbis diuexari, vel periculis obijci, vel denique aliquod perpeti detrimentum, ac iacturam vel facultatũ, vel valetudinis. Hos ergo annorum decurſus ac volumina in omnibus, etiã ętatibus obſeruare ſoleo, ſic vt impuberes atq; infantes periclitari expertus ſim circa annũ quartum, ſeptimum, nonum, ac quartũ decimum. Omnis enim pueritia C. Celſo teſte, circa quadrageſimum diem periclitatur, deinde ſeptimo anno, poſtmodũ circa pubertatem. Plurimos autem noui qui ætatis anno primo & vigeſimo ſint periclitati, deinde vigeſimo octauo, nec vnquam poſt reuolutũ annũ vel ſeptimũ vel nonũ ab ancipiti morbo fuiſſe immunes, qui annorũ decurſus tametſi nõ nimis anxiè ac ſuperſtioſè obſeruandus, metuenduſque ſit

Lib. 2. Cap. 1.

Anni non superstitiosè obseruandi.

sit viris Christianis. nihil tamẽ vetat circa ea tempora moderatè, ac circumspectè vitam victusq; rationẽ instituere, nequa humorum copia coaceruetur, quæ his annis fomitẽ ministret, morborumque semina ria præbeat. Qua autem ratione per illos annorum circuitus morbi plerumque incrudescant, à nemine hactenus explicatũ est. Ego eò id euenire conijcio, quòd certis annorum periodis corpus humanum magnam humorum collectionẽ ac redundantiã congesserit, quorum motu atque agitatione morbi excitantur. Quum enim natura ad immodicã repletionẽ deuenerit, ac conceptacula humorum plenitudinẽ perferre nequeant, in mórbũ erumpere necesse est. Quamobrẽ omne studiũ operamque conferre expedit ad materiæ exuperantis euacuationẽ, quod semper vere & autumno, vel incisione venæ, vel purgãtibus medicamentis moliendum est, hac enim ratione effeceris vt post septennale curriculum, aut in quẽ alium annus Climactericus inciderit, morbum non metuas, aut aliquam corporis immutationẽ pertimescas. Ex hac autẽ annorũ obseruatione mos inoleuit apud pleraſq; gentes, vt herus fundiq́ue dominus nouos contractus ineat

Cur anni Climacterici periculosi

Quomodo euitanda pericula anni climacterici.

ineat cum colonis ſeptimo quoque anno. Eadẽ ratione ſyluæ ex ſalice, betula, alno, populo alba & nigra, omnibuſq; arbuſtis quæ vdo molliq́ue ligno conſtant, quarto quoque anno cædi ſolent: quæ verò ex dura materia cõſiſtunt, vt ſunt quercus, ilex, robur, vlmus, fraxinus, ſeptimo aut nono mutilari truncariq́ue poſtulant.

Simile ab arborum putatione.

Decretorij dies.

Non diſsimili ratione dies criticos obſeruant medici, quos ſiquis ex Hippocratis præſcripto exactè ad calculum reuocet, rarò illũ fruſtrari cõtinget, aut in prædicẽdis euentibus à ſcopo aberrare. Eſt autem Criſis ſubita in morbo, ad ſalutẽ aut mortẽ mutatio, quæ vel quarto, vel ſeptimo, nono deniq;, atque vndecimo, decimoq; quarto ſolet terminari. Nõ deſunt qui ad Lunæ effectũ dies decretorios referãt. Sic Aſtrologi morborũ indicia decernũt, quũ Luna cõſiſtit in gradib⁹, qui vel quadrãte, vel diametro mũdi à ſigniferi parte diſtãt, in qua hærebat in morbi initio. Cæterũ ad hos radios nũc ſegnius, nũc maturius peruenit ob velociorẽ tardioréq; curſum. Criſis autẽ non omnibus eadẽ ob diuerſas naturas hominum, atq; ætatũ, corporũq; diſcrimẽ, ac radiorũ qui à planetis alijs ad Lunã deferũtur. Si decretorio die luna ſit in do-

Criſis, ſeu iudicium de morbis.

Aſtra ad morborum indicia conferunt.

domo ſua, ſeu exaltatione cum Ioue aut Venere, qui benigni ſunt planetæ ac ſalutares, bonã fore Criſim portẽdit. Si morbus in humorũ plenitudine conſiſtit: bonũ eſt ipſam in radijs tetragonis ſeu oppoſitis decreſcere. Quod ſi temporibus ijſdẽ Luna Soli iũgitur, vel Saturno: inominoſum eſt, morbiq; vel periculũ, vel lõgitudinẽ denũciat. Quod ſi Luna decreſcens Saturnũ comitetur incipiente iam morbo, aut illũ diuturnum indicat, aut lætalẽ. Sin decreſcente ſidere idipſum eueniat: citò diſcuſſum iri ægritudinẽ indicat, ininimeque periculoſam. Cæterùm quum ſalutaria noxiaque aſtrorum ſigna negligi nolim, tũ nõ nimis ſuperſtitioſè ijs inhęrendũ cenſeo, ſed Hippoc. potius obſeruationibus inſiſtendũ, vt quæ mihi ſemper viſę ſint magis fidæ, minuſque dubioſæ ac fallaces, modò quis exactè omnia expendat. Itaq; ego hãc dierũ criticorũ rationẽ non tam in aſtra, quã in naturã morborũ corporumq; atque humorum qualitatem ac copiã refero. Natura ſiquidẽ cum morbo luctatur, eumq; excuſsiſſe laborat. quæ ſi in retundenda morbi ſæuitia torpeſcat, aut ſit inualida, primo quoque tempore, nempe vel ſeptimo, vel nono, ad ſummũ de-

Hipp: de ẽdiebus iudicijs in ſeptimis & nonis

decimo quarto die conflictus terminatur. Simile enim quiddã ijs corporib⁹ euenit, quod vrbi arctiſsima obſidione oppreſſæ, quæ quum non ſatis inſtructa ſit commeatu, alijſque ad propulſandos hoſtes præſidijs, ne minimũ quidem inſultum perferre poteſt, ſed poſt vnam aut alterã oppugnationem labaſcit, atque in hoſtiũ poteſtatem deuenit. Et quemadmodũ nonnunquam intermittitur aſſultus, impetrato aliquo reſpirãdi ſpatio, ac rurſus redintegratis viribus acrius pugna incrudeſcit atque intenditur: Ita in acutis morbis vſuenit, in quibus obſeruamus morbi impetum, vt tempeſtates ac ſęuiores ventos conſileſcere, ſed denuo tanta violentia renouari, vt natura ęgrè ſubſiſtat, nec vita in ſeptimum diem producenda videatur.

Simile ab vrbe obſeſſa.

Simile à tempeſtatibus.

Cæterùm quum ſeptenarij numeri vis & facultas in multis naturæ rebus ſit animaduerſa, ac viri etiam Eccleſiaſtici magnam virtutem illi ſubeſſe perſuadeant: Medicorũ præcipuè intereſt accuratè illũ obſeruare. In ſecunda ſiquidem, aduerſaque valetudine, in dierum, menſium, annorumq; decurſu, ac morborum indicijs magnum obtinere momentum quotidiana experimẽta commonſtrant, ſic vt etiã qui

Septenarius numerus ſacratus.

inedia mori soleant, septimo demum die mortē oppetant, aut ægrè, si aliquid lambant ac deglutiant, in nonum vitā prorogare possint, sopitis extinctisq; spiritibus ac calore humoreque vitali consumptis.

QVA RATIONE SPECVLVM obiecta referat, Et quid studiosis, quique continenti intuitu oculos fatigāt, nitidus speculi læuor commodi præstet, tum qua ratione hebescentem visum restauret.

Caput. XXXIII.

Mulieres comendi studiosæ.

SPecula quibus in luxum nostra abutitur ætas, formæque venustatem venantur mulierculæ, quum ex aduerso seijs comunt ac poliunt, genasque atque oculos stibio, fucisque depingūt, in meliorem vsum excogitauit solertis naturę industria, nempe vt contemplemur assiduè formæ humanæ dignitatē, diuiniqúe opificij prę-

Ebrijs & iratis specula obijcienda.

stantiam. Quamobrem Plato salubri consilio temulentos adhortatus est, atque iratos, vt sese in speculo identidem spectarent, confestim à tanta fœditate recessuros. Quod ipsum Socrates adolescētibus consulere solitus est, quo si essent egregia cor-

corporis forma, ac facie liberali, ne vitijs illam contaminarent ; si verò deformi essent specie, ac statura minus decora, illam ingenij cultu, morumque honestate pensarent. Inuenta itaq; sunt specula, teste Seneca, vt homo se ipse nosceret. Multi enim ex his consequuti sunt sui notitiam, atque optimam vitæ instituendæ rationem., formosus, vt vitet infamiam; Deformis, vt cognoscat vitia corporis redimenda virtutibus: Iuuenis, vt admoneatur defluxuram ætate formam, eoque paranda viatica, quę auget, non depopulatur senectus : Senex ac rugosa anus, vt neglectis carnis illecebris, mortem imminentem meminerit. Ex speculo itaque natura facultatẽ nacta est, vt seipsam videat ac contempletur, inspectoque vultu, fronteque ac facie, quę multarum rerum sunt indices, in sui consideratione versetur, naturæque propensionẽ exploret. Ita enim futuri sumus proprij corporis physiognomoni atque inspectores, nostraque vitia, siquæ externus habitus commonstrat, poterimus obseruare, atque ijs mederi. Sic scitè Plautus in Epidico.

Natur. quæst. li. 1.

Speculi præcipuus vsus.

Ex speculo nostram conditionẽ exploramus.

Non oris causa modò homines æquum fuit.
Sibi habere speculum vbi os contemplarent suum
Sed qui perspicere possint cor sapientiæ,

Igitur perspicere vt possint cordis copiam,
Vbi id inspexissent cogitarent postea
Vitam vt vixissent olim in adolescentia.

Hoc itaque commodi præstat speculi vsus, vt oculorum aciem ex continenti intuitu retusam exacuat, oculosque lassos restauret. colliguntur siquidem spiritus visorij, nouisque à cerebro resiliẽtibus, recreãtur. Qua autem ratione speculum exaduerso imaginem referat, à plerisque dubitatum est. Alij enim in hoc simulachra esse opinantur, hoc est, corporum nostrorũ figuras à nostris corporibus emissas: alij imagines non esse in speculo, sed ipsa aspici corpora retorta oculorum acie, & in se rursus deflexa. Itaque specula res ostendunt per reflexos radios. Reflectio enim à denso est, ideoque specula postica parte plumbo obducta sunt, ne lumen per vitrũ directè transmittatur. Res verò opposita apparet, quod pars radij mouens oculum, dirigitur in oppositum, ideo totus radius velut in partem illam quasi exporrectus accipitur, quo consequitur vt res oculis exhibeatur. Aduersa autẽ parte corporis, non auersa imagines referunt, quod species quæ à corpore solido per aërem manat ad speculi superficiem, simplex puraque est. Imagines itaque in speculo collucent,

Speculum quid oculis conferat.

Speculum quur ex aduerso imaginem refe rat.

cent,quum ex eo radij luminosi regerantur,repercussi enim ad oculum resultant, in quo se conspicit, & figuram graphicè expressam quisque intuetur. Non enim per speculum videmus,nec imago formatur in speculo, sed in oculo:speculũ tamẽ adiuuat,quum visum referiat. Atque hæc est causa,quur experrecti nocte lumen primo intuitu videamus,radijs retrocedentibus,seseque intuentibus,atque in se retortis.Hinc collige,quur partes corporis dextrę efficiantur in speculo lęuę, & ẽdiuerso.Simile enim quiddam accidit,quod tabulæ, massæque cereæ aut argillaceæ, in quam si sigillum imprimas, illidasque in reflexu, cõtrario modo se partes exhibẽt. Quod ipsum etiam in Typographicis formulis perspicimus,tum laminis affabrè cęlatis,quibus artificiosa monocromata,hoc est,effigies nullo pigmento, aut colorum fuco delineatas exprimi videmus, quorũ semper partes dextræ sinistris correspondent.Cæterùm qua ratione contingat Solem in speculo aquis subdito geminatum conspici, quod etiam in nubibus fieri solet,portentoso omine,vt imperiti quidam existimant, à plerisque non animaduersum est.Sunt enim qui existimant canicu-

Simile à sigillis.

Simile ex typis librarijs.

lam, aut sidus aliud in confinio constituti spectari, quum Solis splendor omnia astra, stellasq; ita obscuret, vt interdiu conspici nequeant. Verùm duplex exhibetur Solis imago, primo aquæ, deinde speculi ratione. Aquam siquidem speculi naturam exprimere, omniaq; auctiora efficere, præter experientiam Virgilianus ille Corydon testatur,

Sol geminus in speculo aquæ subdito.

Eclog. 2.

Nec sum adeò informis, nuper me in littore vidi,
Quum placidum ventis staret mare.

Primò itaque speculi fulgor Solis formam reflexu ostentat, deinde aqua, à cuius superficie retorqueri Solis radios contingit. Par est ratio de face, candela, aut Luna speculo aquæ immerso, opposita, quæ duplicem rei obiectæ imaginem per reflexionem exhibet. Sunt & in alium vsum excogitata specula concaua, quę Soli opposita per reflectionem ignem flammasq; eliciũt, ac stipulas, festucas, aliosque fomites ac nutrimenta arida succendant. Sic Archimedes hostium triremes vrentibus speculis incendisse legitur. In illis siquidẽ reflectuntur omnes radij Solares extra locum incidentẽ, atque ad vnum punctum concurrentes obuia quæque inflammant.

Vrentia specula.

Archimedis memorabile factum.

QVA

QVA VI ET FACVLTATE polleat Aqua vitæ, seu Vinum ardens & causticum, vulgò Brande vvijn, & quibus id tutò exhiberi possit, Obiter admirandi aliquot factitij huius liquoris effectus.

Caput XXXIIII.

De Liquoribus stillatitijs.

EXcogitata est superioris ætatis memoria, in vsum ac commoditatem tuendę valetudinis secundæ, propulsandęqúe Ars stillatitia, qua ex herbis liquores ac medicatos succos elicimus. quos, tametsi non omnino pares cum his effectus obtinere certum est, nec tam efficaces, vt herbarum dilutum, aut decoctum, vel deniq; expressus succus, non tamen prorsus reijciendi, vt nonnulli factitant, nec censendi omnino inefficaces atque euanidi, quum illorum vis & qualitas non penitus intercidat atque aboleatur, quod ipsum quum plurima, tum Aqua vitæ, seu vt vocant, ardens ac sublimata, quod ex generoso nonnunquam vino, plerumque ex fece cuiusque villi vapescentis per turbinem seu metam furnariam prunis moderatè excalefactam exprimitur, explorari potest. Illius siquidé vim mirificam in multis rebus sum exper-

Alembicũ vulgo.

tus. Quamlibet enim asperum intensúque gelu existat, liquor is nunquã congelascit, nec in glaciem concrescit aut cogitur, adeò vt atramentũ scriptoriũ, tũ pleraque alia, quibus guttas aliquot admisceri contingit, nunquam frigore constringantur, idque ob extremam caliditatem ac tenuitatem qua est imbuta. Quod si experiri velis, synceráne sit, an adulterina hęc quinta essentia: mantile aut linteum liquore illo madefacito, ac flammæ admoueto, si confestim inardescat illæso intactoque linteo, efficacissima est. Inflammescunt siquidem sudariola aqua hac macerata, at non consumuntur. Flamma enim leniter modò peplo incumbit, nec penetrat: sed lambẽdo absorbet cognatum sibi, ac familiarem, igneæque naturæ liquorẽ. Quod si volæ manus nonnihil imponas, admota ex ardẽti papyro flamma: ardescit quidẽ palma, at manus nõ vritur. Si verò succo maluæ aut mercurialis manus oblinas, inoffense citraque læsionem plumbum liquefactũ tractare poteris, modò celeri motu id perficias. Non est autem in rerum natura plumbo liquido, aut oleo feruido quid vrentius, adeò vt si cochlear stanneũ aut plumbeũ oleo feruenti, aut plũbo liquefacto im-

Aquæ vitæ vis.

Aqua vitæ vt exploretur.

Plumbum liquefactũ vt non vrat.

mer-

mergas, confestim liquescat ac dissoluatur, quod in feruentissima aqua nūquam effeceris. Oleum enim,& pinguia quæq; feruidissima fiunt, caloremque maximū coneipiunt, sic vt plumbum citissimè fluxile fiat, ac liquescat pinguedinis admixtu,quum aqua prohibeat, quò minus calor in plumbū penetret, eoque sit vt anguillæ in craticula tostæ, vehementer digitos adurant, si incircumspectè versare pergas: adhæret enim pingue digitis, ac cutem exhulcerat, ardoreque vesicas ac bullas excitat. Quū autem quatuor sint, quæ leuitatis ac grauitatis ratione inter se certent, Vinum, Aqua, Mel,& Oleum: horum omnium leuissimum, minimique ponderis est Vinum ardens, quod oleo admixtum fluitat, summasque partes subit, oleo in imas subsidente. Est enim illi prorsus excocta terrea omnis concretio, totaque illius substantia ignea, aëreaque effecta est. Proximū huic leuitate est oleū præsertim ex lini & sesami semine expressum, quod nunquam præter cæterorum oleorū naturam, frigore indurescit propter mollitiem atque insitam caliditatē. Hinc liquor succedit ex virentibus herbis ignis vi extractus,& vinum defecatū,

Plumbum liquefactū, & oleum feruidum vrentissima.

Quatuor leuiss. inter liquores.

Oleum lini & sesami non cōgelascit.

quod minimum dulcedinis admixtũ habet. Nam vinum exoticum illud, quod Baſtardum,& quem nos Seropon,aut Zerapium vocamus, omnem liquorẽ grauitate ſuperat ita vt dolia illo liquore oppleta demergantur. Aqua cœleſtis,modò ne ſit turbida,eiuſdem ferè cũ vino ponderis eſt, nempe ea quę menſe Maio cœlitus delapſa in multos annos reſeruatur. Mel verò ijs tertia parte ponderoſius eſt. Nullus itaque liquor qui in aliquẽ vſum corpori humano adhibetur, aqua vitæ, quæ ſic appellatur, quod vitam fulciat, ſeniumqúe remoretur,aut leuior aut penetrantior, aut quæ omnia à putredine, aut corruptione magis pręſeruet ac tueatur. Cuius vſus ſic inoleuit apud Belgas, vt liberalius,quàm valetudini commodũ eſt,aſſumant. Neque enim omnibus,aut quouis tempore eius potus ęquè ſalubris eſt,macilentis ſiquidem,ſiccæque naturę hominibus, denique æſtate vſus eius admodum pernicioſus eſt,adurit enim corpora, atque humorem natiuum depopulatur. Obeſis autem corporibus atq; humidis, quiqúe pituitoſis humoribus redundant, nihil incommodat, nam & humores excrementoſos concoquit,& corpora

Vinum ardens quibus vſui,

pora à lethargo, atq; apoplexia, morbisqúe frigidis vindicat ac tuetur, quapropter hibernis mensibus moderatũ illius vsum concedo, nempe sesquidrachmam quæ cochlearis mensuram implet, exquisitè Zaccaro edulcatam, adiectoqúe exiguo panis primarij bolo, quò minus vi adurenti cerebrum nareſqúe feriat, aut æpati noxæ aliquid, penetrabili, feruentiqúe calore inferat. Foris verò admotum neruis ac musculis, membrisqúe algore oppressis auxiliatur, omnesqúe affectus dolorificos, qui in frigidis humoribus cõsistunt, compescit ac discutit vi calorificà, ac celeritate penetrandi. Quin & apopleticis loquèlã restituit si seminis eruçę & aceti scillitici momentum illi commisceatur. Quod si id genus factitij vini bis aut ter in alueum stillatitium immissum ignis vi extrahatur, incredibilem vim penetrandi consequitur.

ARGENTI VIVI PRODIgiosa vis & natura, quod Belgis à mobilitate Quicksiluer dicitur.

Cap. XXXV.

Duo

DVo constituta sunt in natura rerum principia, ex quibus conflantur ei imis terræ visceribus omnia metallorum genera, quorum Sulphur, vt pater omnia efficit ac molitur, Argentum viuũ vt matris vice fungens, ea ex se elaborari patitur ac produci: primum Aurum, mox Argentum, deinde ignobile quodqúe metalli genus, vt stannum, plumbum, æs, cuprum, ferrum, omniaqúe cũ suis primordijs affinitatem ac naturæ cognationem habent. Singula enim igni liquescunt, atque ad opus quodqúe ductile accommodari possunt. Hydrargyros autem, hoc est, aqueum istud argentum ac fusile, qua vi & facultate polleat, cuiusúe qualitatis est particeps, frigidæne, ac calidæ: variè inter se disceptant Medici. Sunt qui frigidum & humidum esse contendunt, argumento quod tactu miram frigiditatẽ membris inferat, eaqúe in stuporẽ, ac paralysim adducat. Alij calido siccoqúe effectu esse statuunt, quod penetrabili vi conspiciatur, adeò vt incisa vena eorum qui semel atque iterũ ex morbo Venereo inuncti fuerunt, argentum viuũ emanasse conspectũ sit. quod ego fieri crediderim, non ex insita aut genuina caliditate, sed quod

Sulphur et argentum viuum metallorum principia.

rebus

rebus quibusdam vrētibus vel extinguatur,vel admisceatur,quibus retūdi solet, atque hebetari frigida humidaqúe qualitas, atque ignea quædam induci. Est siquidem puluis quidem in vsum Chirurgis circumforaneis, Præcipitatus dictus, quod opus suum celeriter ac præcipitanter pergat, non sine grauissimo corporis incommodo, ardentem enim vim ac deleteriam huiusmodi præparandi ratione ascisçit ex Chalchāti aluminis,ex salis nitri mixtura. Cęterùm quū argenteus hic liquor dissipatus ac diuulsus, ita rursus coëat,sibiqúe cohęreat,atque in se cōglobetur, vt non sit tractabilis,fingiqúe possit,nec vllis medicamentis misceri,nisi illius mobilitas cohibeatur, excogitauit industria humana aliquot rationes ac modos, quibus id effici possit, eiusq; agilitas domari. Inter quos ille securior est magisqúe innoxius, qui saliua hominis perficitur, cui momentum cineris, aut pusillū trituræ ossis Sepiæ admixtum est. Est autem Sepia feles marina,cuius osse candido & friabili vtūtur aurifices,carne lubrica,sanguine qui atramenti vsum prębeat. Cæterùm hoc admiratione dignum est, quod quum omnia quæ ex terra eruuntur

Puluis Præcipitatus.

Feles marina.

tur quamlibet ponderosa sint, huic metallo innatent Chalibs, ferrum, plumbum, atque ænea quæque, solum aurum subsidit, ab eoque absorbetur, atque argēteo colore imbuitur, qui nisi igne elui potest, sic enim in fumum resoluitur, atque in auras euanescit, teterrima odoris fœditate, non sine graui astantium noxa, vt quibus membra obstupescant, neruique emolliantur: quod ferè in his spectamus qui deaurandis vasis argenteis occupati sunt, neque enim argentum auro obduci, incrustariqúe potest, nisi argenti viui ministerio, quo vno obsequiosum fit ac tractabile, nam quum omnia metalla respuat, solo auro afficitur, eoque se cōmiscet, fingiqúe patitur. Sic sæpè experimentum feci in argenti viui sesquilibra, duas plumbi libras innatare, auri verò denarium, vel etiam scrupulū, quę tertia drachmę pars est, demergi. Ex omnibus autem metallis ægerrimè adhęrescit argento, ægrè admodum plumbo, difficilimè ferro, æri mediocriter. Huius argentei, viuacissimiqúe liquoris conditionem aliqua ex parte æmulatur plumbū liquefactū. Omnia siquidem illi innatant ferrum, silices, testæ, ac pleraqúe alia quæ igni nō liquefiunt,

Nihil absque argento viuo inauratur.

fiunt, naturaqúe sunt fluxili ac fluida, nã quum plumbo liquido nihil sit magis fer uidum,aurũ, argentum,stannum illi inna tant quidem, sed confestim, vt cera, diffluunt ac dissoluuntur. In eo quoque argento viuo affine est,quod in planam tabulã effusum , guttis hinc inde dispersis, illam lubrica humiditate nõ imbuit , nec tabellis inhæret,sed incredibili agilitate, motuqúe instabili rursus coit,ac globuli in sese confluunt ac conglomerantur,eo quòd materia illis dẽsa sit,coacta, solida, ac continuata , eaqúe densitate, vt nihil aëris in se contineat. Quò fit vt non solũ ponderis ratione , sed quòd nihil aëreæ substantiæ in se cõtineat,in imũ deuoluitur. Sic Agallochum seu lignũ aloës licet leue sit,nec vllius ponderis, subsidit atq; aquæ immersum in profundum labitur, quòd compactũ sit, nec illi quidquã inane insit.

Lignum aloës licet leue , demergitur.

QVA RATIONE IN SALIS inopia Carnes, aliaqúe edulia à putredine conseruari possint.

Obiter Salis, acetique vis mirifica.

Caput

Caput XXXVI.

SAlis conditura quantoperè nobis vsui sit, & necessaria, nemo est qui nesciat. Nam præter id quod Sal esculẽta quæq; sapida efficiat, gustuiqúe ac palato gratissima, cibiqúe auiditatem incitat, tũ omnia à putrilagine vindicat ac tuetur, præsertim cui omnes limosæ sordes excoctæ ademptęqúe sunt. Sic enim micanti colore splendescit, illoq; tuto condiri quæq; possunt, atque in multam æstatem asseruari, absorbet enim consumitq; excremẽtitium omnem humorem, ac cogit densatq; carnes ac salsamenta quæq;, nequid ex ambiente aëre putredinis subire possit. Cęterùm mirum cuiq; non immeritò videri potest, fœcũditatis atq; expugnandæ sterilitatis quandã vim inesse sali, denique agros quosdam feraces illius consperſu effici, quòd à vero non esse alienũ experimento compertũ habeo. Obesæ siquidẽ mulieres, quæ magna ex parte effœtæ sunt, moderato illius in condimentis vsu fœcundæ fiunt, ac conceptui idoneæ, absſtergit enim omnem vliginẽ, vluamq; plus satis vdam ac madidam exiccat, efficitqúe vt genitale semen facilius vtero minus lubrico adhæreſcat, aridis autem

Quod salis genus optimum.

Sal fœcunditatem confert.

autem mulierculis & quibus vterus torridus est, vt fundus & terra siticulosa, humectētia exhibenda, nā salsa ac acria respuunt. Viris quoque lumbos incitare, moueréque tentiginem Belgæ commonstrant, qui quum salitis affatim vtātur, impensè salaces existunt. Sic frequens marinorum piscium esus, omniaque testacea, ostrea, gammari, locustæ, cancri, cochleæ, conchæque marinæ libidinem concitant caliditatis, mordacisque naturæ ratione. Qua de causa Aegyptij Plutarcho teste, à sale, omnibusque salitis abstinuerunt, quòd salem Venerem irritare persuasum haberent. Itaque insipida potius sumenda existimabant, quàm condimento omnium suauissimo vti, qui mihi nimis superstitiosè id obseruasse visi sunt, nec satis valetudini cōsuluisse, quū à corporibus hominum putrefactionem Sal arceat, humoremque alienum atque ascititiū consumat, adde quòd fœcunditatis progignendæque sobolis genuinam quandā vim insitā habeat, qua coniugalis fœderis societas stabilitur. Expergefacit enim animi vigorē moderatus eius vsus, ac non solū in amplexu, fingendisq; osculis, sed in omnibus negotijs obeun- *In sympos.*

dis reddit alacriores & erectiores. Fœcí ditati autem auxiliari vel illud argumento est, quòd immensa vis muriũ soricũq; in marinis nauibus enasci soleat,& quòd mulieres salinariæ continenter pruriãt, multarũq; proliũ sint feraces : vt quibus nautæ ac piscatores in portũ delati, sunt adiumẽto, qui strenuè rerũ suarũ satagũt.

Sal agros & iumenta fœcunda præstat.

Hac inducti ratione in nonnullis regionibus coloni, iumentorum pabulo nõnihil salis inspergunt, quo sint ad cibũ auidiores, atq; ad subeundos labores, gignẽdumq; magis alacres & erecti. Agris quoque sterilitatẽ eo expugnant, vbi plus satis palustres sunt atq; vliginosi. Cæterũ si oppida, arcesq; obsidione oppressas huius penuria laborare contingat, salsugo ex aqua marina cõficiẽda, quã tũ demum efficacẽ experieris, quũ ouũ aut succinũ quod vulgo ambra dicitur, in illa fluitet.

Salsugo.

Huic in cõseruandis edulijs viribus proximũ est Acetũ, at vi nõ tã diuturna, nisi enim post aliquot mẽses priori effuso, recens cõdititijs rebus infundatur, mucore, limoq; obducuntur. Qua autẽ vi & facultate polleat, quũ ex multis, tũ maximè ex eo experiri licet, quòd ouũ in acerrimo aceto triduo maceratum, aut plus

Aceti vis.

pau-

paulò, in eam teneritatem testa molles-
cat, vt velut tenuis membrana, per annu-
li angustiam adigatur. Coticula quoque,
aut silex aceto septem dierum spatio do-
mitus, digiti attritu in puluerem resolui-
tur. Hinc Hannibal quũ Alpes sibi per-
uias faceret, atque Italiæ inhiaret, feruen
ti aceto saxa dissoluere ac dissilire coëgit
alterius oculi iactura, tanta est enim ac tã
penetrabilis aceti vis, vt saxa corrodat,
ac comminuat, cuius aliquando experi-
mentum feci in gemma atque vnione
seu margarita, sed non admodum sump-
tuosa, vt erat Cleopatræ Aegyptij regi-
næ, quam illa aceto immersam ac lique-
factam (nam eius vis aspera in tabem mar
garitas resoluit) absorbuit. Simili ratio-
ne venænis resistit, ac pestilentis morbi
contagia repellit, sic vt consultè mihi fa-
cere videantur, qui grassante morbo po-
pulari moderatum aceti vsum sibi fami-
liarem reddunt. Dissipat enim ac dis-
cutit vitiosum aërem, & siquid in corpus
haustum est, prohibet humores infici
ac putrescere. Sic qui venęna ore emun-
gunt, ac sordida vulnera exugunt, acè-
to acri os colluunt. Verùm illud stu-
diosè obseruandum est, ne nimius eius

Aceti ouũ cõsumit, ac cotem dissoluit.

Margaritæ aceto maceratæ liquescunt.

sit vsus, atq; immodicus. nã cerebro siccitatem infert, ac somnum excutit, quapropter aquæ rosaceæ nonnihil admisceri iubeo, ac pauxillum vini Renensis, crocique momentum, sic enim minus incommodi caput accipit. Eiusdem ferè naturæ sunt, pariq; effectu, quę impensè acida sunt atque acerba, vt mala citrea, seu Medica, tũ quæ vulgo Aurengia, & id genus pomi quod ouali forma Limonis nomine passim innotescit, cui tam acidus inest, atq; exedentis naturæ succus, vt si huic malo per horas aliquot aureum nomisma inseras, imminuto, accisóque põdere illud eximi deprehendes. Vt autem ista perfici contingit vi algifica, ac frigore penetrabili, quod æquè, ac calor, adurit: Sic Aqua ardens in præseruandis rebus est efficacissima. Siquidẽ carnes ac pisculenta quæque illa imbuta, à putredine tuta sunt, ac vermiculis intacta. Cyminum verò modò ne desit illius copia, & Caros, vulgo Carui, post Salẽ præsentanea sunt in præseruandis edulijs, si illis confricata recondantur, exiccandi ratione, adeò vt illi qui crebro ijs vtuntur, palleſcant, atq; exangues efficiantur, quòd humorẽ omnem natiuũ depopulentur. Mel quoq;, &

Limonis succus corrosissimus.

Aqua ardens.

Cyminum.

Caros.

Mel.

quæ

quæ Syrupus dicitur ſapore melleo, licet nõnihil ad atrũ deuergat, vt Paſſum quę Aroba Hiſpanis dicitur, nonnullam etiã vim obtinent præſeruandi, præſertim Ceraſia, pruna, perſica, vuas, omnesque fructus arbuteos: quod ipſum etiã in Omphacio quæ Agreſta vulgo dicitur, expertus ſum. Omniũ autem efficaciſſimè, ſi cuiuſq; generis fructꝰ in olla ſeriatim collocatos, eaq; accuratè operculo obducta, ac pice ita oblita, vt nihil vel aëris, vel aquæ ſubingredi poſſit, in putei profundum demergas: elapſo anno omnia recẽtiſſima inuenies, ſaporisque eximij. Quũ enim ab ambiente aëre, omniqne vitioſo halitu ſint remotiſſima, nõ eſt qui corrumpi poſſint. Humiditas ſiquidem omnia putredini obnoxia efficit, qua ſublata, inductaque ſiccitate, non facile quid tabeſcit. Sic Merlucæ, quæ nobis Stoicus vocatur (nam Salpa alius eſt ab illo piſcis) tum alij plerique vento indurati in aliquot annos aſſeruari poſſunt, quemadmodum & panis biſcoctus, qui nunquam muceſcit, quod omnis humiditas excocta ſit. Intenſus itaque calor, atque frigus, quoniã ex æquo qualitatẽ ſiccã inducant, corpora ſeruant imputria. Hinc

Syrupus.
Paſſum.
Aroba.

Omphacia veriuijs.

Fructus puteis immerſi, atq; in olla reconditi, diu conſeruantur.

Merluca Stockuiſch.

elice, qui fiat vt hibernis menſib⁹, geluq; rigido atq; aſpero, minimo offenſaculo crus frangi ſoleat. Siquidē ex ambientis aëris ſiccitate os fragile efficitur ac rigeſcit, quū id ſtatu cœli humido, lenteſcat, ac flexile fiat. Quod ipſum etiā obſeruamus in cādelis ex cera ſæuoq; confectis.

Celu opportunum ad crurū fractionem.

PALLIDAE MVLIERES RVbicundis, macilentæ obeſis magis ſalaces, magiſqúe viri deſiderio pruriunt. Caput XXXVII.

MVlieres illę magis feruidę ſunt, acreſqúe in Veneré, magiſq; auidæ explēdæ voluptatis, quibus plus caloris inſitū eſt, quod ferè vſuuenire ſolet pallidis ac macilētis, quæq; ſubfuſco colore exiſtūt, habēt enim illę partes genitales acri mordaciq; ſalſugine imbutas, quocirca irrigari humectariq́ue poſtulant, atque hinc eſt quòd æſtate fœminæ magis pruriāt, ac cō cubitum appetant, qùū eo tempore ijs calor augeſcat, flaccidus autē fiat viris ac lāgueſcat. Qua ratione ruta, thimus, & pleraque impenſe calida libidinē in viris extinguunt, acuunt autem in fœminis. In illis

Fœminæ æſtate ſalaciores.

lis siquidem humorem seminalem depopulantur ac desiccant : in istis consumpta superuacua humiditate atque vligine, incalescit vterus, atque ad libidinem incitatur. Quæ res efficit, vt vino quod calorificum est, affatim impleri is sexus cupiat. Obesę autem & rubicundæ mulieres, quia affluenti humore perfusæ sunt, semenque genitiuum dilutum habent, cupidine languida, magisque sedata existunt. Itaque delectum viros habere conuenit, nec cuiuis temere ac præcipitanter dextram injcere. Quisquis enim gracili atque extenuato corpore, vergentique ætate ac deuexa, eam nactus est quę assidua prurigine vritur, quæque lassata non satietur, carnificinam sibi paratam meminerit quę identidem incrudescit, ac magis magisque exasperatur.

Mulieres gaudent vino.

AN AFFLVENTER ATQVE auidè, an sensim ac parcius, nonnullisque interuallis vrgente siti, vel in mensæ accubitu bibendum sit.

Caput XXXVIII.

PRæcipua tuendę conseruandæq; valetudinis ratio in cibi potusq; temperatia ac moderatione consistit. Quũ autem aliâs de sicco alimento ac panis esu abũdè à nobis tractatũ est, de potione, & quo quisq; modo ac mẽsura eã adhibere cõueniat, dicẽdum putaui. Principio sanis nó potest certò aliquid ac determinatè pręscribi. Quandoquidẽ pleriq; diuersæ potandi cõsuetudini assueti sunt, quã citra valetudinis iacturã ac detrimẽtũ mutare nemini procliue est. Optimus ac securissimus bibendi modus pro sua cuiq; ætate, pro temporũ ratione, pro inueterata inolitaque consuetudine, pro vini vehementia ac viribus decernitur. Sic potus vel vini, vel alterius liquoris sitienti pręscribatur ad desiderium redimendum, & vt cibus in sicco ne sit, nec fluitet, sed moderatè potu madescat. Subinde itaq;, modicisq; interuallis corp° potione refocilari debet, ac cibus superinfuso liquore idẽtidẽ macerari, quo cõmodius peracta cõcoctione venas subeat, atq; in corp° digeratur. Omnis ebrietas pręsertim iugis ac cõtinuata Dioscoridi testę, pernicioſa, quoniã nerui copioso vino dieb° singulis obsessi trucidãt man°, totiusq; corporis cõpago sol-

Ebrietas Dioscoridi detestata. Li. 5. ca. 7.

solnitur. Quapropter moderatã esse decet omnis liquoris qui temulẽtiã infert, potationẽ, in eaq; salsamẽtarios ac lanios nos imitari par est, qui vbi recondunt in frusta concisas carnium piscium qúe partes ac segmenta, salsuginem per singulos ordines ac series infundunt, digestaqúe sale condiunt. Sic nos quoque, modò valetudini consultum cupimus, cibum decenti ordine ac quantitate ingestum, potu vbi res poscat, irrigabimus. Inchoata autẽ cęptaque concoctione ventriculum potu fatigare noxium est, interpellat enim ac remoratur naturæ facultates ac functiones, quibus operi insistit, cibumque concoqui atque elixari prohibet. Vt enim ollę ac lebetes deferuescunt, atque ebullire desinunt offusa aqua gelida: Sic ventriculus affluenti potione turbatus ab incepta concoctione desistit, seriusque munia sua exequitur, ac minus exactè cibum concoquit, vt qui ante legitimum tempus inconcoctus vel in venarum angustias, vel intestinorũ laxitatem propellatur, quò fit vt cibi vsus fructusque homini pereat, atque ex viscerum obstructione quæ humorum putredinem inducit, morborumqúe ac febrium seminaria acciri cõtingat. Quod ipsum ijs quo

Simile à lanijs.

Incepta concoctione potu abstinendum

Simile à re culinaria.

que euenit qui inter initia, primoq; mensæ accubitu auidè se potu ingurgitãt. Prolui enim confestim alimenta cõtingit, nec diu stomacho inhærere. Quamobrem cõsultum arbitror inter èdendum non confertim nec auidè, sed sensim ac paulatim bibendum, quo commodè vtraq; misceri queant, pariqúe concoctione perfici, illis præsertim qui meatus amplos habent, venarumq; conceptacula laxa. Qui verò ea vtuntur edendi consuetudine, vt ad prandij mediũ à potu sibi temperent, affatim bibere debent, quo potus penetret, ac per cibum vndiq; diffundatur: His quoq; qui ex febri æstuant, potuque refocillari gestiunt, affluenter bibendum, verum nõ impigrè, nec raptim: sed sensim longoque ac productiore haustu. Sic enim ventriculum vbertim humectat, nec potus confestim in vesicam delabitur. Modicus siquidem potus nec sitim restringit, nec caloré reprimit, sed magis adauget. Vt enim carbones fossiles in fabrorũ vaporario humẽtibus scopis subinde irrigatæ inflammescũt ardentius: Sic parciori potu accenditur, nõ sopitur febrilis calor, maiorq; excitatur bibendi auiditas. Qui vero ex lassitudine æstuque siticulosi sunt, ijs sensim ac

Sensim nõ auidè bibendum.

Quibus affatim bibendum.

Ab officina fabrili simile.

ac placidè ſedanda ſitis. Sic enim liquor magis adhæreſcit, omneſque partes aridas humore imbuit. Cæterum huic argumento annectere viſum eſt, Illos qui vel ex febri heſtica, vel phthiſi tabeſcunt, atque ex morbis extremè macilenti ſunt, cibum ſolidum magis commodè deglutire, quàm vllum liquorem. Pondus ſiquidem, cibique grauitas vias iugulares dilatat, meatuſque gulæ peruios facit, ſic vt minori negotio delabatur, quod potus efficere nequit. Quum enim partes, ductuſque gutturis, qui huiuſmodi officijs ſunt deſtinati, collapſi ſint, ac ſubſederint, ſic vt latera vtrinque ſe premant, Potus propter tenuitatē, & quod nihil adferat ponderis, illos ægrè dilatare poteſt, atque inoffenſè permeare, niſi bibant affluentius, hac ſiquidem ratione dehiſcunt fauces, ac potus defluit. Simile quiddam euenit paralyticis, & qui apoplexia feriuntur. Spiritus enim quum tenues ſint ac ſubtiles, non facile à cerebro ad neruos penetrant. Quo fit vt motus ſenſuſque illis eripiantur, humores verò qui membra nutriunt, pondere ac grauitate viam ſibi ſternunt, aditumque ſibi ad partes corporis patefaciunt. Sic radij Solares caliginoſam denſamque nu-

Cibum alè quando cō modius, quàm potum deglutiri.

Spiritus nō æque ac cibus, ad neruos penetrat.

Simile à ſole & grā dine.

nubem dissecare nequeunt, quum grando facilimè id efficiat. Quocirca nō est quòd quisquam miretur, qui fiat vt paralytica membra nutriantur, quum sentiendi mouendiqúe facultate sint destituta, per latas siquidem vias membra alimenta suscipiūt, suaqúe crassitie sibi viam faciunt, quod ipsum spiritus, tenuitatis ratione facere non possunt, nerui itaque orbati spiritu animali, membris motum sensumqúe adimūt, sed ij per alias vias, quàm per neruos nutriuntur, nempe per venarū riuos ac sanguinis conceptacula.

Nerui motu & sensu prædist.

QVAECVNQVE PROPERE ac festinanter matureſcunt, vel iustam longitudinem assequuntur, celerius intercidunt, nec diutinam ætatem perferunt, quod infantes ac stirpium aliquot genera commonstrant.

Caput XXXIX.

Ab arboribus simile.

VT in arboribus, omnisqúe generis stirpibus quę spectatissimè adolescunt, atque ante legitimum tempus, consuetumqúe morem maturitatem assequuntur, cito

intercidunt ac confestim elangueſcunt: ità quoq; in humanis ingenijs & corporibus ſi quæ naturæ dotes ac munera ſpecioſius maturiuſqúe ſe proferunt, minus diuturna eſſe ſolent, ac feſtinantius dilabi. Nõ ſubeſt enim ſolida vis, nec penitus firmis radicibus nituntur, eoque non temere ad frugem deueniunt. Sic infantes qui citius dẽtire incipiunt, vt ſunt qui ex vteri latebris dentati prodeunt, celerrimè dentes excutiunt. Prima enim illa dentium ſeries ob neruorum quibus deuinciuntur, mollicie minus ſtabilis eſt, minuſque firmiter infixa. Similiter qui citius ingrediuntur ac pedibus inſiſtunt, inualidis minuſque firmis cruribus eſſe ſolent. Contrà verò qui tardius ſeriuſque incedunt, ingreſſu vtuntur firmiori, minuſque lapſanti. Quod ipſum etiam obſeruatum eſt in his qui præmaturè loqui, vocemque formare incipiũt, poſtmodum hæſitantius loqui, minuſque articulatè ac ſignificanter proferre verba. Itaque melius eſt omnia cunctantius procedere, tardaque incrementa ſuſcipere. Siquidem quum natura ſuas vires ac facultates cumulatius, quàm par eſt, in membra profundat, efficitur vt ætatis acceſſu deſit quod illis impertiat. Quo fit vt illæ partes de-

Dentatos naſci, inominoſum.

Præcipitato enaſcentes.

deterius sua munia ac functiones exequ-
tur: vt quas nullis viribus aut alimenti cō-
fluuio fulciri contingat. In omni quoque
stirpiū genere ac fructib⁹ obseruamus se-
rotina quæq; ue diutius asseruari: quæ verò
festinantius matureſcunt, flaccida vietaq;
fieri ac putredini obnoxia. Celerius siqui-
dem occidit festinata maturitas. Quocirca
minus nobis probari solet in adolescenti-
bus præcox ac præmaturū ingeniū, tum
pleraque naturæ munia, aut corporis ani-
miqúe dotes quæ præter vulgatā consue-
tudinem, aut quàm ea fert ætas, præstan-
tius se proferunt. Tales enim minus vita-
les conspici solent, morteqúe properata
confici. Qua de re exorta est Prouerbialis
sententia apud Belgas, Omnia festinanti⁹
procedūt, Het ghaet al voor zijn iaer al-
leene. Quo designant præter solitum, cō-
traq; communem temporis cursum, rerū-
qúe ordinem ac rationem pleraque euē-
nire aut perfici, desumpta translatione ab
infantibus qui necdum exacto anni curri-
culo pedibus insistunt, nulliusq; fulti ad-
miniculo hinc inde discursitāt, quod post-
modum languide perficiunt, atq; ab ince-
pta incedendi consuetudine desistunt.

Serotini fructus diu turni.

Properata minus soli da.

Prouerbiū triuiale in pueros præ maturè agilis.

ALI-

ALIMENTA ALIQVANDO vitiari ac venenati aliquid contrahere ex bestiolarum insessu incubituque. Deniq; humanis corporibus ex diffusis in illa sordibus simile quiddam innasci nēpe mures, sorices, glires, ranas, rubetas, eiusque rei exemplum.

Caput XL.

NOn solū vitiosi virulentique humores ex corruptis alimentis corporibus innascuntur: sed præter aliquot lumbricorū differentias varij quoque generis animalcula in viscerum latibulis pullulant. Obseruatum est enim nostra memoria dissecto mulieris cuiusdam corpore bestiolas exemptas soricibus muribusque non absimiles, quas natura ex sordido aliquo excremento quo alimēta erant imbuta, produxisse videtur. Calor siquidem natiuus in materiam illam elaborandam occupat°, non aliam speciem, quàm pro subiectę materiæ ratione effingere potest, itaque insita vis naturæ sui generis animalculum efformat, ac molitur: humida illa substantia opifici obsequēte ac sequaci. Cōpertū est enim animalcula domestica catellos, feles, mures, soricès qui nobis glires dicuntur, atque

Animalcu lorum in corporibus origo.

atque id ranarum genus quod bufones vocant & rubetas quũ passim oberrant, cellasque promptuarias depopulãtur, aliquãdo excremento seminali commaculasse et culenta, quæ quũ homines à sordibus non abluant, vel fructibus arbuteis putamina, membranasque ambientes non adimant, ex illa vligine quæ cibarijs incumbit, dapesque polluit, ac fœdauit, tale quiddam progeneratur. Quòd si ex putredine limaces, cochleæ, mures: ex fimo bubulo scarabęi, fuci, vespæ: ex aëreo madore, humoreque rossido erucę, papiliones, formicæ, locustæ, cicadæ progerminant: cui absurdũ videri poterit, in corporibus hominũ ex simili causa tale quiddam generari? præsertim quũ efficacior hic ratio subsit, quę huic rei causam præbet ac seminariũ. Illa siquidem iam memorata ex putrilagine, non semine licet illi facultate & viribus respondeat, cognataque sit atque affinis, pullulascunt. Ista verò quę in humani corporis latebris animantur, ex vitali humore, viuoq; animante profluxerunt. Non itaque alienum à ratione, aut anile videri debet hoc quod tractamus paradoxum, quum tam multa conspiciamus ἀυλόματα, hoc est, spontè, nulloque animantis congressu ac concubitu

Bestiolæ ex sordibus generatæ.

Animalia spõte, nulloque semine nata.

cubitu enata, idqúe ex humore quem circumfusus aëris calor ſpiritu vitaqúe imbuit. Quàm numeroſa enim præter immẽſos terrarum tractus ſpatioſiſsimi altiſsimi qúe Oceani gurgites piſcium genera profundunt, atque in hominum commoditatem vſumqúe proferunt? Nihil enim mari fœcundius, quòd craſsioris ſit ſubſtantiæ, ac ſpiritu calorifico vndique ſuffuſum. In quo quum multa ex ſemine, tum pleraque nullius páris complexu atque adminiculo propagantur. Sic teſtacea omnia primum ex limoſa vdaq́; vligine naſcuntur, tũ omnes lubrici piſces, præſertim anguillæ, quæ poſtmodũ mutuo complexu multa ſui generis examina procreant. Aphiæ minutiſſimi piſces ex ſpuma maris apud Batauos copioſe generantur, vbi poſt diuturnas ſic citates copioſi imbres ingruunt. Siquidẽ quum oſtia Moſæ ac Rheni aſſiduo Oceani influxu labeſcant æſtiuis præſertim mẽſibus, flumina illa affluenti pluuia diluta atque irrigata piſciculis huiuſmodi vndique ſcatent, qui vbi grandeſcere incipiũt, inito complexu poſteritati inſiſtũt. Quum itaque multa atque admiranda natura rerum, cuius vis Dei munere vndique diffuſa eſt, moliatur: nemo anile deliramentum

Quare mare piſcibus fœcundum

Aphiæ vulgo Spierinck.

existimet, prodigiosa quædam in corporibus effigiari, quum ligno vermiculanti ac carioso, multisque rebus inanimis teredines agilesque vermiculi innascãtur, quod æstate in caseis, multisque edulijs perspicimus quæ vermibus vndiq; scaturiũt. Adde quod ex sordidis hulceribus ac vomicis, vnguium, pilorum, testarũ, officulorũ, lapidum fragmenta eximantur, ex humorum putridorum concretu coalita, quin & vermiculos caudatos, atque insolita forma bestiolas vomitu eiectas nouimus, præsertim in his qui morbis contagiosis oppressi erant, in quorum lotijs multoties innatare conspexi minuta animalcula formicis affinia, aut ijs præsertim, qui æstiuis mensibus in aqua cœlesti volutari conspiciuntur, quorum nemo non morbo Neapolitano, luèque Venerea fœdè erat contaminatus. Huc itaque spectat narrationis nostræ series, nequis incircumspectè, nulloque delectu cibos ingerat sordidos, nec ab ijs quę foris accidunt expurgatos, ablutosque. Quod quum plebeij negligant, scabie & pruriginosis pustulis infici solent, multisque vitijs ac cutis affectibus deformari. Neque enim eo conspiciuntur corporis habitu & constitutione, ea formæ dignitate,

Apostemata rudera ac pilos profundũt.

Gortvvor men aquæ sœlesti æstate innascũtur.

te,ijs naturæ dotibus,ea ingenij dexterita te,nec denique valetudine tam inculpata, qua Patricij ac generosi pleriq;, qui nihil mensæ inferri patiuntur,ne panem quidē primarium,nisi extima crusta accuratè deputata, ac derasa reliquoqúe eduliorū apparatu exquisitè decentiq; mundicie instructo. Quod ipsum non improbo,modo excluso luxu omnia frugalitatem,victusq; temperantiam referantur. Ita enim institutam habere decet vitæ victusqúe rationē Proceres aulicos, vt omnia ad salubritatē, ad decus,ad honestatem moresqúe inculpatos spectent sic,vt fortunæ splendor,rerumqúe successus atque affluentia, quæ Dei Opt.max.munere obtigit, non luxui ac profusioni, sed moderationi ac temperantiæ subseruiat. Quale exemplar ijs exprimit Inuictiss. Hispaniarū atque Anglię Rex totiusqúe Belgicæ illustrissimus Princeps Philippus, qui propter amplissimas naturæ dotes, diuinum quoddam virtutis simulachrū mortalib⁹ exhibet. Cuius maiestati ac magnificentiæ adiumento sunt tot præstantissimi heroes,quorum autoritate & consilio florentissima regna, vltroque oblatæ à parente optimo Carolo Cęsare latissimæ ditiones stabiliuntur.

In victu mundicies salubritati deuincta.

Philippi regis laus.

SOLIS LVNAEQVE VIS ET natura in constituendis excitandisq; tempestatibus. Quid denique auræ, aërisque mutatio in corporibus, animisque hominum ac spiritibus efficiat. Obiter vnde Oceani fluxus refluxusque ac recipro catio, quæ diei naturalis spatio bis conficitur.

Caput XLI.

Solis & lunæ effectus in inferiora.

CErta minimeque ambigua serenitatis, vel pluuiæ, ventorumque signa exhibent Solis Lunæque radij, qui varios subinde colores sibi adsciscunt, vel ex situ loci, cœlique ambitu, quem permeare solet, vel ex obiecti natura, vel re quapiam illis offusa, quos si accuratè obseruarent qui imperitæ rudique plebi atq; aniculis prognostica obtrudunt, non ita hallucinari illos ac cæcutire contingeret, nec credulam turbam vana spe ludificari. Ex his enim indubitanter prænunciari possunt imminentes tempestates ac turbines, & quis futurus sit cœli status, ex quo vel vberem rerũ copiam & prouentum, vel penuriam consequimur, multaque alia quæ eleganti carmine complexus est Virgilius: qui quum fuerit in rerum cognitione versatissimus, omnia-

omniaque naturæ opera exactè sit persequutus: animos quoque hominum aliqua ex parte illorum viribus effectibusq; subijcit. Siquidem pro temporis ratione, pro occasu siderum, pro aëris ambientis qualitate ac quadripartita anni vicissitudine homines aliter afficiuntur, alioque modo constituti sunt. Sic cœlo nubilo, auraque densa ac caliginosa tetrici homines existunt ac subtristes, somnoque dediti. Sereno vero cœli statu, verniscque mensibus quum omnia frondescũt, alacres sunt atq; erecti, rebusque iocosis intenti. Discutit enim humorũ fuliginem, crassosq; spiritus qui mẽtes nostras obnubilant, aëris amœnitas, spirituscq; exhilarat, atq; animo lætitiã inserit. Quod Venusto hoc carmine expressit Virgilius.

Virgilij laus ob rerum cognitionem.

Status cœli animos immutat.

li. 1. Georg.

Verum vbi tempestas, & cœli mobilis humor
Mutauêre vias, & Iuppiter humidus Austris
Densat, erant quæ rara modo & quæ tarda relaxat.
Vertuntur species animorum, & pectore motus
Nunc alios, alios dum nubila vultus agebat,
Concipiunt, hinc ille auium concentus in agris,
Et lætæ pecudes, & ouantes gutture corui.

Exiliũt enim paulò ante cohibiti spiritus aura placida ac suaui, spiranteq; Fauonio recreantur. Vt enim fumi ac vapores reseratis ædibus, ostijsq; patefactis, immisso vndiq; aëre, atq; externis flatibus dissipari

Simile ab ædibus situosis.

solent, omnesque porticus ac vestibula situ pedoreq; obducta perspirari: Ita in corporibus humanis omnes graues halitus, & si qua corpori mephitis inhæret, aut mœror animi, discuti contingit atque euentilari. Itaq; non internæ modo causæ, insitiq; humores ad sanitatem vel morbū sunt adiumento, sed externi quoque siderū concursus, atque aëris auræq; constitutio, ac ventorum qualitas, varias subitasq; mutationes hominum corporibus inferunt, quod singulis momentis in se quisque experiri potest. Quis est enim, vt animorum affectus præteream, qui imminente tempestate aliqua, aërisq; intemperie, triduo etiam antequam ingruat, puncturas in membris non percipiat, ac dolores pulsatiles, neruorum contractiones, palpitationes, affectusque alios dolorificos nō persentiscat? Claui siquidē, calli, verrucæ, cicatrices, glādulæ, nodi, denique siquid luxatū, ruptū, fractū, conuulsum, solutumque fuerit in aliqua corporis parte, omnia futuram tempestatem præsagiunt, quod non sine acerbissimo cruciatu ijs potissime vsuuenire solet, qui aliquid latentis occultioris q; morbi ex scortorū contagio contraxerunt: hi enim vbi venti rigidi spirare incipiūt, do-

Corpus aëris constitutioni obnoxium.

lo-

loribus promptius infestantur. Intenduntur enim nerui, ac rigescunt musculi, agitatisque vitiosis humoribus qui membris infixi sunt, acerrime cruciãtur. Subest enim illis partibus intemperies quædam tempestati externæ cognata ac familiaris, quæ carnificinã quandã in intimo membrorũ recessu exercet. Qui verò inculpato sunt corporis habitu, firmaque valetudine ac stabili, nihil incommodi, nullosque affect⁹ sentiunt. Vt enim sutiles quassæque naues ac rimosæ, citius tempestati succumbunt, ita morbosa corpora, quiq; vacillanti sunt ac dubia valetudine, omnib⁹ expositi sunt iniurijs, omnibusque obnoxij incõmodis. Siquidem oborta vel leuissima aëris intẽperie, dolores illis intensos inferri contingit, aut vbi Sol ac Luna inferioribus aliquam mutationem inducunt. Hæc enim sidera præ cęteris vires suas non in humana modo corpora, sed in terrena quæque exerunt, quorum vis tanta est, adeoque se in immensum porrigit, vt quæcunque cœli ambitu continentur, suum ordinem, ornatumque ac decus ex ijs capessant ac cõsequantur, omnisque rerum series, atque anni tempora horũ arbitrio decurrant. Et quanquã superiorũ astrorũ potentia non

Valetudinarij aurę mutationẽ percipiunt.

A nauibus quassatis simile.

Solis & lunæ vis in res inferiores.

sit inefficax, Solis tamẽ beneficio maxima quæque perficiuntur. Is enim hunc orbẽ præcipuè exornat, omniaque concinnè disponit ac moderatur. Huius opera propagantur fata, ac fruges matureſcũt, cũctaque incrementa ac progreſſus ſuſcipiunt,

Georg. 2. *Atque in ſe ſua per veſtigia voluitur annus.*

Magna ſane & Lunæ opera in rerum natura apparent: verùm Solis effectibus poſteriora. Solis enim beneficio illa fruitur, lucemq; ab illo ſortitur, ſic vt tanta illius pars illuſtretur, quantam Sol ſuo ſplendore irradiat, deficit autem luciſque expers redditur, vbi terræ interuentu lux illi intercipitur. Tunc autem potiſsimè in terrena vires ſuas explicat, quum vel Soli ex aduerſo oppoſita impletur, atque orbicula ta efficitur, vel vbi primum illi conlungitur. his enim dierum ſpatijs augeſcunt ſegetes, conchilia turgeſcunt, venæ ſanguine, oſſaque medullis implentur. Quo fit vt concubitus ijs temporibus minus officiat. Et quoniam omnia humore imbuit, fit vt carnes radijs illius expoſitæ tabeſcant, atque homines ſomno vinoque ſopiti, pallorem capitiſque grauedinem contrahant, ac morbo comitiali afficiantur, relaxat enim neruos, ac cerebrum,

Oppoſitio pleniluniũ cõiunctio nouiluniũ facit.

brum plus satis humectant, mentique vi algifica stuporem infert. Oceani quoque æstus excitare, causamque reciprocandi illi præbere, non est quod quis ambigat. Siquidem quum perspicimus silenti atque obscura Luna, eaq; vel medio orbe dissecta, vel in cornua falcata, siue augescat aut minuatur, nullos propemodum fieri aquarum concursus, nec in vllam altitudinem attolli Oceanum, quęcunque etiam littora alluit: Rursum vbi cum Sole congreditur, atque innouari incipit, aut in orbem circumducta plena conspicitur, maximos excitari æstus, fluctusque attolli in immensum: quis aliò, quàm in Lunę motum fluxum refluxumque Oceani referat? Vt enim magnes ferrum allicit: Sic sidus hoc terræ proximũ, mare attrahit, concitatque. Nam quum Luna oritur, Oceanus circa illas plagas deuoluitur, nempe Orientales, parteſque Occidentales deserit: quãdo vero ad occasum vergit, in illis partibus crebrescũt fluctus, in ijs vero quæ ad ortum spectãt detumescunt, idque affluentius vel parcius pro incremento defectuque lucis quam lunares radij exhibent. Quòd si cui libeat in Oceano Gallico, nostroque

Aestus Oceani causa.

Luna mare cõcitat.

Simile à Magnetis vi.

mari quod se ad Septẽtrionem porrigit, locorum tractus ac spatia orasque regionũ metiri,& quos æstus littora perferant obseruare, luce clarius perspiciet omnia Lunę motu aspectuque perfici. Vbi enim hoc sidus exoriens diuersas plagas ac climata collustrat, cursumque suum per cœli meatus prosequitur, eò æstum fluxumque edirecto deferri contingit, quò radios dirigit,& quas terræ partes ac littora ex aduerso sibi oppositas respectat. Vt enim Sol ex humenti gramine humorem elicit, multamque aquæ vim ex mari, stagnis, paludibusque absorbet, vnde pluuiarum origo existit: Vt denique multæ herbæ quæ hinc Helitropia dicuntur, Solis vi ac calore qui humorem allicit, circumaguntur, eiusque iter ab ortu in occasum expãsis patulisq; flosculis comitãtur: Ita Lunæ vi Oceanus modo in hoc, modo in illud littus impellitur, eoque se inclinat, atq; in illã orã decũbit quò sidꝰ feratur. Cuius rei aliquod dabo specimẽ, ac quorundam locorũ, vrbiumque ac littorum, quæ mare alluit, exempla proferam. Principio quò omnia exactè percipi queant, hoc axioma seu pronunciatũ subijciendum putaui: Lunã semper auer

Simile à Solis vi at tractoria.

sis à Sole cornibus, si crescat, ortum spectare: si decrescat, occasum, quæ triduo plerumque in coitu morata demum lucescit, ac falcata emicat. Singulis verò diebus ab incremento à Sole remotior ad septimum vsque augescens medio orbe diuisa spectatur, eaque pars illustratur quę Soli in Occidentem delato opponitur, illa opaca quę Orienti obuersa est. Sẽ per enim Luna crescens Solem occidentem sequitur, supraque nostrum horizonta conspicitur. Vbi verò decrescit, Solem præcedit, illique præuia est, ac supra horizonta antelucano conspicitur, ea semper parte illuminata quæ Solem respicit: eoque efficitur vt pars incurua atque in cornua falcata semper à Sole auersa sit, globosa verò atque in gibbũ sinuata, aduersa, soliqúe exposita. Quarto autem & decimo die quũ ex diametro Soli opposita est, plena perficitur, ipsaq; oritur, vbi Sol in Occidentem declinat. Quò fit vt vndique illustretur, solisque splendorem quaquauersum recipiat. Decimoseptimo die quũ Sol oritur Luna in occidentem depressa conspicitur. Altero & vigesimo die Sole emerso Luna medias ferè cœli regiones peruagatur, eaque pars quæ ad

Lunæ decursus.

Solem

Solem fertur lucida est obscuratis reliquis. Deinceps quũ singulis diebus cursum suũ prosequitur octauo & vigesimo demũ die & tertia eius parte, seu horis octo, totũ signiferi circulũ absoluit: atq; vt annum Sol, ita Luna mensem conficit immntatione per septimanas illi accedente. nam vtrumqúe tempus & post primã apparitionem in dimidiũ orbem accrescit, & quo inde plenũ efficit, atq; in rotũdum circinatur septem diebus absoluitur, qui geminati quatuordecim constituunt. Simili modo si inde quum æquali portione diuisa est, ad secundam diuisionem eiusmodi rationem subduxeris, & hos dies reliquosqúe quũ planè ob oculos Luna declinata est, septem inuenies.

Mensis à Luna Belgis nomen accipit.

Quare mensem à Luna immutari perspicuũ est, quam vim illa à Solis aspectu cõsequitur, ex se nullis facultatibus ac viribus imbuta. Vbi vero cum Sole congressum init, aut vndiqúe ex opposita face illustratur, vehementes mutationes terræ mariqúe inferũtur, argumento, quòd vẽtos impetuosos excitet, crebrisqúe fluctibus littora pulset. Obseruatum est autem nostra memoria minimo annorum interuallo iam quartum excreuisse in immen-

Luna quãdo tẽpestates cõcitat.

sam

sam altitudinem Oceanum, totamq; Belgicam dissipatis diuulsisque aggerum molibus miseranda clade oppressam, idque hibernis mensibus, quibus vis Lunæ in concitandis fluctibus, ciendisque tempestatibus, quàm æstiuis acrior, sic vt semper aquarum concursus ac redundantia vel in nouilunium, vel plenilunium inciderit, illæque regiones ac climata omnium primo denuo oppressa sunt, in quæ aspectus influxusque sideris proximè ferebatur: mox quum alijs littoribus se obuerteret, illis quoque aquarum violentia atq; inundatio illata est. Hinc Flandri Oceani sæuientis incommoda primũ sentiũt, ac periclitari incipiunt, proximò Mattiaci qui Zelandiæ insulas occupant, mox Brabanti, ac modo hi, modo illi portus, fideque alioqui ac tutę nauium stationes vndarum vi premi solent, sideris motu in certos regionum tractus conuerso. Exasperant quoque maris sæuitiam Cori ac Circij qui ex solstitiali occasu impetuosissimè in terras decumbunt, marinasque aquas longe lateque in continentẽ pro-uehunt, sic tamen vt modo in hanc, modo in illam terræ partem volui fluctus cõtingat, ac subeunte quaque regione suas vices

Inundationes ineũte hieme increscũt.

Circius. Noordtvvest.

vices pro locorum distantia atque interstitio, celerius tardiusque æstum concussumque maris perpeti. Quæ vt cuique exacte innotescant, rem paulò altius repetam. Quo die Luna noua conspicitur, quæ semper Occidenti incũbit, quòd eò Sol inclinet, cuius fulgore splendescere incipit: & quo plena efficitur, eodẽ ęstus excitari diffundiq; obseruamus, portusq; primum vicinos ad certam altitudinem impleri, ac deinceps versus Orientem ad obuia quæque loca deferri, sic vt subsequentibus diebus hora vna tardius segniusq; Oceanus moueri incipiat, quòd sidus indies ab illo fiat remotius, ac versus meridiem ortumq; elatum à Sole longius recedat. Verbi gratia, Portum Itiũ siue Caletum, tum Slusas quæ vrbecula est in Flandriæ confinibus sita, Brugis cõterminа, noua plenaq; Luna summo æstu implet hora plus minus vndecima ea parte illustrata quæ in Austrum reflexa est, Arnemudæ ac Metelliburgi tractus hora secunda seu noctis seu diei, Zirizeæ hora tertia, Luna in occasum brumalem seu hibernum conuersa, à quo Africus flat, & Sol Capricornum subit, Bergis sesquihora aut duab⁹ serius, Antuerpię ac Dordraci

Oriẽs Occidenti obuertitur.

Africus Zuydvvest.

draci Luna inclinata in Aequinoctialem occidentẽ,à quo Fauonij ſeu Zephyri ſpirant hora propemodũ ſexta, Mechliniæ octaua,ſic tamen vt modo tardius,modo properãtius mare influat,aëre vel trãquillo,vel vẽtis incitato.Et quũ ſex horarum ſpatio verſus occaſum fertur, totidẽ horis refluit ac ſubſidit,vſque dum ſidus noſtrum conſpectũ egreſſum ijs oriatur qui aduerſum nos vrgent veſtigia,Tunc ſiquidem denuo exæſtuat. Quum vero Luna mediæ noctis lineam attigerit, indeq; ad noſtrum hemiſphæriũ deuenerit, rurſus in ſe fluctus reſidunt.Itaque obſeruandi locorum ſitus,& ad quam cœli plagã ſpectent,metiendiqúe regionum tractus,atque ijs aſſurgentis labentiſq; ſideris curſus accommodandus, hac enim ratione procliue admodum erit, cuiqúe regioni fluxum refluxumqúe aſſignare.Cæterùm nequis cornua ſpectanda ſibi perſuadeat, quum ab illa parte nullos affectus obtineat,ſed gibbam deuexamqúe,quam Sol illuſtrat,ea ſiquidem pars quæ ſoli terræqúe obuerſa eſt,aquam allicit,illosq; portus ac ſtationes maris affluxu implere ſatagit, quos edirecto ſplendore ſuo irradiat.Eò ſiquidem Oceanus confluit,quo

Aſpectus Lunæ portus æſtu implet.

Luna-

Lunares radij impellũt. Interim hæc nõminerint qui nauigio iter aliquò instituunt, quum Luna oritur, ac se primùm in nostro hemisphærio conspiciendã exhibet, si pars quæ à Sole illustratur, in ortum radios reflectat, in his terrarum partibus quæ in Ortum vergunt, fluctus in summum excreuisse: rursus si Austro, vel Occidenti se obuertat, illæ partes æstum perferunt, exhaustis exiccatisque Orientis. Itaque siquis ab ortu vel æquinoctiali vel brumali à quo Euronotus & Subsolanus spirant, in occidentales regiones properat, alto mari, summoque æstu in tractus inferiores deuehi tẽpestiuũ erit. Verbi causa, A Mechlinia, Antuerpia, Dordraco, Bergis, Breda, Buscoducis, Delphis, Gouda & si quę loca vlterius sita sint, pleno iam iamque refluxum minitante mari, nauem conscendere expedit. E contra siquis ab Occidente versus Austrinos sinus tractusq; Oriẽtales cursum instituit, portu vacuo, ęstuq; aduentante, ac remeantibus fluctibus in altum deferri debet, sic vt pro locorũ ratione obseruet Lunæ decursum, & in quas cœli plagas se reflectat, quasq; oras ac portuũ stationes respectet.

DE

DE LACTVCAE NATVRA ac viribus, & quibus illa prosit vel officiat. Cap. XLII.

Salat.

LActuca in acetarijs frequẽtius assumpta, nisi erucam, ac nasturtium, tum quæ Ptarmicæ prorsus affinis, Dragõ vulgo dicitur, admisceas, oculis officit, ac caliginem infert, incrassat enim densatque spiritus visorios, atque humorem Cristallinũ turbidũ efficit, nisi vino eius vis retundatur. Veteres hãc nõ initio cœnæ, nec primis mẽsis inferebant, sed postremo quod Martialis indicat.

Quibus retunditur lactucæ frigiditas.

Claudere quæ cœnas Lactuca solebat auorum,
Dic mihi quur nostras inchoat illa dapes?

Quod ipsos non citra rationem factitasse censeo, quum enim frigidæ humẽtisq; sit naturæ, à cœna assumpta efficacius somnum conciliat, viniq́ue feruorẽ reprimit, atque ebrietati obsistit inducta cerebro humiditate. Nostra verò ætas salubrius existimat ab eius esu cœnam auspicari. Siquidem quum ex prolixiori prandio exigua ferè esse soleat ad cibũ auiditas, mos inoleuit vt in ipso statim accubitu fastidienti stomacho lactucis oleo aceto-que conditis appetentia excitetur, quin

Lactuca ante aut post cœnã sumenda.

& illũ vſum lactuca præbet, vt ante omnẽ cibũ in venas delata ſanguinis feruorem reprimat, atq; hæpatis cordisq; calidam intemperiẽ mitiget adeo vt immodicus eius vſus Venerẽ coerceat, ac concumbendi deſideriũ extinguat vt cucumeres, pepones, portulaca, Caphura. Quãobrẽ affluentius ijs pręſcribẽda, qui celebatui addicti ſunt, ac pudicitiã illæſam tueri cupiũt, quò prurire vriq; deſinant: ijs verò qui matrimonij capiſtris ſunt alligati, nõ prorſus reſpuẽdus eſt eius vſus: quũ cerebrũ illorũ aliquãdo ex immoderata Venere cõtingat ſicceſcere. Verũ calorificis herbis retũdi debet eius frigiditas, ne ſemẽ genitale plus ſatis diluatur, atq; ad progignendos liberos fiat inefficax, parumqúe idoneum.

Lactuca quibus vſui.

DE HIPPOLAPATHO herba, vulgo Patientia. Cap. XLIII.

QVum multa ſint Rumicis ſeu Lapathi genera, duo potiſſimè in eſum expeti ſolent, Oxalis, vulgo Acedula vel Acetoſa dicta, quæ in acetarijs appetẽtiã acuit, ac nauſeam diſcutit, tum à magnitudine Hip-

Oxalis. Zurckel.

Hippolapathon. Est autem olus culmosum, foliis amplis ac prælongis, caule vbi maturuit, rubicundo, radice flauescenti. Eius esse facultatis hanc herbam experior, vt carnes, atq; edulia quæq; quamlibet annosa ac peruetusta hac elixata tenerescant, atq; esui reddantur apta. Quum enim lubricæ sit humentisq; naturæ, durissimam etiam vel bubulam, vel gallinaceam mollit ac macerat. Quocirca apud veteres frequens eius vsus erat, quòd cibos concoctu faciles præstet, aluumque molliat. Eiusdem cum hac facultatis est Atriplex, & quæ à spinoso semine Spinacia dicitur, Lāpsanæ Dioscoridis affinis, q̄ designasse puto Martialē, quū inquit:

Hippolapathi descriptio.

Viere lactucis, & mollibus vtere maluis,

Denique Horatium.

Lecta de pinguissimis,
Oliua ramis arborum,
Aut herba lapathi prata amantis, & graui
Maluae salubres corpori.

Epod. lib. od. 3.

DE SALIVAE HOMINIS effectu. Cap XLIIII.

SAliua ieiuni præsertim hominis nulla cibi potusque qualitate diluta qua vi polleat, quibusque viribus imbuta sit, va-

ria experimenta cõmonſtrant. Nã lichenas, mentagrã, impetiginẽ, variolos, ſerpiginem, omnisq; generis puſtulas abſterget. Et ſi cui parti corporis virulentæ beſtiolæ inſederint, crabrones, ſcarabæi, bufones, araneæ, tũ alię pleræq;, quæ ſuo cõtactu tumores dolorificos, atq; inflãmationes inferunt, illius confricatione omnes affectus ſubſidũt ac diſcutiuntur. Inſuper & ſcorpios interimit, aliasq; venenatas beſtias conficit, aut ſaltem inſigniter lædit. Inſita eſt enim illi latens quoddam virus ac venenoſa qualitas, quã partim à dentium ſordibus atq; vligine, partim ex humoribus vitioſis conſequitur. Ad os ſiquidẽ ac fauces fumi ex his emanant, ac ſputũ aliena qualitate imbuunt, quò fit vt nónunquã ſaporẽ amarum, vel acidum, vel ſubdulcem ſaliuæ ineſſe percipiamus, quẽadmodum & ſudori. Atq; hinc eſt quod ieiunis os impenſè olidum exiſtat, atq; halitus graueolentia obuios quoſque feriant inficiantque. Reſtagnãt enim euaporantque è corpore, tanquam ex palude quadam limoſa vapores tetri atque inſuaues, qui quum veneni naturã obtineant, ſaliuæ fontes vitiant. Eſt autẽ liquor hic qui ori innatat, linguamque hume-

Saliuæ vis & effectus.

Vnde ſit illa vis ſaliuæ

Sudor & Saliua ex humoribus vim ſortiuntur.

humectat, ac cibum irrigat, nihil aliud, quàm pituitosum quoddam excrementum, quod in ventriculo ex alimẽtorum succo conceptum, ad cerebrum defertur, atque hinc ad linguam faucesq; corriuatur. Quò fit vt quibùs stomachus pituita redundat, os quoque saliuosum sit, atque humore immodico perfundatur: quibus verò præcordia æstuant, ac febrili calore torrescunt, lingua omni prorsus humore destituta est, atque vt terra nimijs solis ardoribus adusta, finditur. Quũ itaque saliuæ qualitas effectusque ex humoribus emergat (ex illis siquidem illã naturæ facultas elicit, vt ignis ex herbis stillatitium liquorem) facilè iniri ratio potest, quare tam prodigiosa efficiat, rebusque nonnullis perniciem adferat. Quod si sani hominis saliua ad multa percipitur, efficax, adeò vt non modò animalcula quædam, sed argentum viuum extinguat, atq; mobilitatem illi eripiat: quid de ijs statui debet, qui elephantiasi seu lepra, ac morbo Neapolitano, alijsque contagiosis morbis sunt contaminati? Equidem noui complures, qui pustulas atque exanthemata contraxerunt, admotis ori cyathis, quibus infectorum saliua

Saliua quid.

Quibus os siccum vel vdum.

Simile ab herbis distillatis.

Leprosorũ saliua noxia.

liua adheſerat propter lentorem & vene natũ limũ qui dentibus adhereſcit, ſic vt ea ratione omnis animaliũ morſus pernicioſus ſit, licet nerui aut muſculi illæſi ſint, ob ſaliuæ contagionem.

DE VSV LACTIS, DE COLloſtro ac cremore, illud Belgę bieſt, hunc room indigetant: Tum quæ hæc coagulari in ſtomacho prohibent.

Cap. XLV.

VSus lactis nõ omnibus æque ſalubris ſiquidem qui frigidiore ſunt ventriculo, ijs aceſcit, ac præcordia flatibus diſtendit: qui verò calidiore corporis tẽperamento exiſtũt, ijs aduritur, atque in nidoroſos halit⁹ effumat, capitiq; grauedinem adfert. Et quũ lac eius ſit naturæ vt calore dẽſeſcat ac ſpiſſetur, frigore liqueſcat: fit vt in æſtuanti ſtomacho prõptius coaguletur, quod ipſum nulla re inhibetur efficacius, quàm melle vel zaccaro, ſalisq; momento. Cæterũ quum pleroſq; nouerim ex coagulato lacte, eoq; in grumos cõcreto, ſtrangulatos, ſpirandi meatu, oborto vomitu, intercluſo, inconſultè

Lac quibus vtile.

Lac calore inſpiſſatur, liqueſcit frigore.

mihi facere videntur lasciuæ aliquot adolescentulæ, procíq; petulci, qui in promeridianis symposijs colostris ac cremore, alijsq; lactarijs se infarciunt, nec ea vino affatim perfundere verentur maximo valetudinis detrimento. Vinũ siquidẽ coalescere facit lac, atq; in casei consistentiã conglobari, quo quum offendatur stomachus, ac repugnantia elaborare ac cõcoquere nequeat, omnia ad putredinẽ deuergunt, magnarumq; ęgritudinum semi naria ministrant. Sic pisces ac lac, omniaque acida lacti admixta, vinoque perfusa, scabiem ac lepram conciliant. Omnia enim impromiscuè sic ingesta, cõputrescunt, ac corruptioni efficiũtur obnoxia. Colostris quæ fœtante enixaq; boue in delicijs habent ganeones, nihil homini nocentius, adeo vt infantibus etiam triduo à partu lac maternũ degustasse pernicio sum sit, ac tantũ nõ lætale. Coit enim ac crassescit in corpore, venasque ac sanguinis riuos obstruit, quò minus cõmodè atque inoffensè possent alimenta permeare. Lac autem tum sanguinem cõcretum dissoluit Cyminum, oximel & acetũ scilliticum, angelica, ostrucium.

Vinum & lac cõmixta vitiosa.

Lac pisces corrumpit.

Colostrum Biest.

PODAGRICI CVR SALACES, atque in Venerem proni, & quotquot in dorsum decumbunt, duroq; cubili innituntur.

Cap. XLVI.

Plus nimium salaces podagrici.

QVi articulari morbo obnoxij sunt, magna ex parte salaces esse solent, atque impensius prurire, partim quod ex diutina assuetudine illi rei assueuerint, cuius immoderato vsu is morbus contractus est: partim quod identidem ijs nerui rigescant atque intendantur, crebroque in dorsum decubitu humores ad partes genitales confluant. Pari ratione qui frequentius equitant, tum qui nauium tabulatis incumbunt, atque in dorsum proiecti durius cubant, in rem Veneream proni sunt ac procliues, incalescũt enim nerui, qui ad partes generando homini destinatas porriguntur, sic vt ex agitatione, influxuque humorum lumbos incitari contingat, ac tentiginem suboriri. Eadem ratione euenit, vt siquis offendat collidatque pedis pollicem, cõfestim ex huiusmodi affectu inguem intumescat, ac scorteum, hoc est, rugosum illud

testium

testium inuolucrum condolescat consensus ratione, atque ob neruorum venarũq; implexam seriem. Vt enim siquis forcipẽ aut ferramentum aliud calenti, ignitoque foco immittat, non solùm pars igni inserta ignescit, sed etiam ab igne remotior ita plerumque incalescit, vt contrectari nequeat: ita membris edirecto constitutis dolor infertur, affectusque morbidus vicinis partibus communicatur. Sic à ventriculo, intestinis, vtero, splene, hepate caput afficitur, atque ediuerso cerebro læso, aut intemperie aliqua affecto, in subiectas subditasque partes malum deriuatur. Atque hinc est quod obstetrices, licet huius causam ignorent, explorare soleant in puerorum morbis genitale, illiqúe affixos testes ex quorum obseruatione etiam adulti concipere possunt, indubitata vel salutis, vel interitus, denique aduersæ secundęque valetudinis indicia. Si enim testium loculi flaccidi sint ac langueſcant, eorumque appendix deprimitur, facultates naturales concidisse, omnesque vitales spiritus qui vitam fulciunt, collapsos esse argumento est: Sin corrugatæ erectæque sint abditæ illæ partes, ac mentula rigescat, omnia fore salua denunciant. Cæterũ

A re fabrili simile.

Partes genitales vel secundæ vel aduersæ valetudinis sunt indices.

Testes flaccidi vel erecti quæ valetudinis argumẽta præbeant.

quo euentus exactè præsagio respondeat, obseruandum in qua corporis parte morbus consistat. Si enim in morbis cerebri, & qui supra diaphragma septumque transuersum constituti sunt, propendẽt, ac flaccescant genitalia, salutare est, vt econtra cõtractae esse ominosum, intermoriturenim facultas vitalis, ac nerui ad suã originẽ cõuelluntur. Obseruaui autem in multis cõstante etiam mente, vigenteque ratione ita contractos testes, ac penem virilemque pessulum resilijsse, vt lotium reddituri illius adminiculo essent destituti. In omnibus autem affectibus qui infernas partes occupant, auspicatum est testes esse corrugatos, pudendumque subrigidum, reualescere enim hæc indicant illas partes quæ naturalibus facultatibus subseruiunt, atq; ad obeundas functiones ac munia denuo accingi, nullæ siquidem corporis partes citius reuiuiscunt, discussoque morbo vegetas se præbent, atque erectas, quàm quæ naturę parens in occulto constituit.

Cerebri & hepatis affecti præsagium ex testibus.

Genitalia ex morbo primum reuiuiscunt.

AN

AN EXANTHEMATA AC pueriles varioli, quæ vulgo Maſelen dicuntur, vino rubro exigi expugnariqúe poſſint, denique lacte bubulo, quæ à mulierculis exhiberi ſolent, quum huiuſmodi puſtulæ efflorescant.

Caput. XLVII.

IN morbis qui in ſanguinis ebullitione atque inflammatione conſiſtunt, diaphoretica ſeu diſcuſſoria exhibenda, quęque humores attenuent, quo commodius per corporis meatus ac ſpiracula queant expurgari, non eſt quod quiſquam ambigat. Itaque mirari ſubeſt qua ratione matronæ noſtræ, quum hæ puſtulæ eruptionem moliuntur, vinum rubicundum exhibeant, quod plerumque aſtringentis eſt naturæ, atque humorem cogit ac denſat. Quocirca ego decoctum confici iubeo ex Calthæ floribus crocatis, quæ vulgo Calendula dicitur, meliſſophillo, anetho, hyſopo, ſatureia, ficibus, aniſo, & feniculo, quod cutem relaxat, humorumqúe collectionē diſſipat. Iniri tamē ratio-

Vis, Vini rubri.

Calthæ Goudbloemen.

rationem posse video, qua inoffensè citrà que incommodum præscribi possit, modò tempestiuè id fiat, quum scilicet omnis humorum impetus ad cutem delatus est, tũc enim eadẽ ratione propellit, qua illa quæ comprimendo aluum laxant, vt myrabolani, & radix Pontica, vulgo Rhabarbarũ dicta, quibus manifestè astringens vis aliqua inesse percipitur. Itaque astringendi ratione rubellum fuliginem propellit, atque humores fumidos qui medijs spatijs inhæresçunt, ad extimam cutem deuehit. Sic experior in nonnullis vinum nigrum Hispanicum, quod à tingẽdo Tincto er nostri vocant, aluũ ducere, quod tamen dysſentericis exhiberi solet, quo aluum sistat. Id efficit partim quod ob crassitiem venas subire nequeat, partim astringendi preinẽdiq́ue facultate, qua ea quæ intestinis inhærent, proluit. Pari ratione rubrũ vinum quod calorificum sit, discutiendi vi pollet ac sudorẽ elicit. Lac autem nulla ratione exhibendum censeo, quũ febricitantibus sit noxiũ prompteq́ue corrumpatur, ac cõtagia concipiat. Experimento enim comprobatũ habeo, moriente aliquo lac liuescere ac corrumpi, omneſq́ue halitus pestiferos in illud deferri.

Vinum rubrum an sudorem et vrinam moliatur.

Lac corruptelæ obnoxium.

TO-

TONITRV AC FVLMINE vitiari vinum, eumque liquorem, quæ Belgis Ceruisia dicitur: & quibus id prohibeatur, eorumque vires restaurentur.

Caput XLVIII.

TOnitru & fulmen noxam inferre rei pennariæ, cellisque vinarijs, nemo nō patrumfamilias luculento suo damno experitur. Siquidem fulmine vapescit vinū, coloremque ruffum ascisit, ac genuinus illi sapor aboletur calore igneo ac vi penetrabili vrentique. Ceruisia horrendo illo sonitu, motuque violento ac concussione acore vitiatur, potuique efficitur inidonea. Et quanquam æstiuus calor prę-cipua causa sit, vt liquores acescant, fulmē tamen ac tonitru subitam mutationem huiusmodi rebus inferunt etiam hibernis mensibus, quum æstus pedetentim id efficiat. Quod si penora subterranea sint ac concamerata, formicibusque ac testudine constructa, minus detrimenti poculenta accipiunt, quàm si tabulatis cōstrata sint. Celerius enim in hæc penetrat aëris auræque intemperies, ac violentius in dolia cados-

Tonitrua & fulmen liquores vitiant.

cadoſqûe vinarios decumbit. Quocirca ego iſtos præmunire ſoleo antequã tempeſtas ingruat, ſuperpoſita vaſis ferri lamina cũ ſale, aut ſilicibus, fulmen enim cũ duriſſimis conflictatur, in eaq; potiſsimè vim ſuam exerit. Nam rara & tenera intacta relinquit, quòd per ea tranſitus pateat, nec illis inhereſcat, eoq; fieri videmus, vt quercus atq; ilex duriſsimæ celſiſsimæq; arbores fulminis iniuriæ maxime ſint expoſitæ, quum Laurus quæ illi cedit, nec renititur, intacta conſpiciatur. Sic experimento potius, quàm ratione comprobatũ eſt Phocæ ſeu vituli marini tegmẽ ob id opinor quod contextu raro ſit, minuſqúe ſolido, fulmine inuictũ eſſe, ſimiliter & Aquilam, eiuſqúe exuuias. Cæterum hoc omnium ſcire intereſt, ac meminiſſe expedit, vt valetudini conſulant, Alimẽta fulmine vitiata, noxia eſſe, ac pernicioſa adeo vt, ne canes, quidem contacta deguſtent. Ineſt enim illi vis peſtifera, ex qua ſpiritus venenatus in contacta diffunditur, eoqúe fit vt à fulmine aduſtis teterrimus odor emanet, quod in ariſtis cõfricatis percipimus, quæ tactu fulminis robigine vitiata ſulphureũ odorem naribus offundunt. Atqui quum indicauimus quid efficiant tempeſtates hę natura-

Ferrũ qua ratione fulmen àliquoribus arceat.

Phocæ Zeehondt

Robigo Brandt vulgo.

naturales, & quid damni rebus inferant: reſtat vt quibus ea reſtaurari poſſint, ac priſtino vigori reſtitui, commonſtremus. quod ipſum non facile effeceris, niſi liquorem in aliud dolium transfundas, quod tamen prius defricari debet, deinde decocto foliorum ſatureiæ, thimbræ, Lauri, iuglandis, myrti quum hortenſis, tum ſylueſtris, quæ Gagel Brabantis dicitur, feniculi, baccarum Iuniperi, Orninij quæ triuiali voce Gallitricum dicitur, vulgo Scerley, macerari, exiccatoque dolio recondi, poſtmodum vbi in vſum depromi continget, colorem odoremque ac ſaporem exhibebit gratiſsimum. Ceruiſiam quoque vbi à genuino ſapore degenerauit, aut vbi langueſcit, medicatis odoratiſque rebus reſtituimus, ac ſaporis gratiam cõciliamus, nempe Iridis radice, zinzibere, nuce myriſtica ſeu moſcata, gariophyllis, lauri baccis, eiuſq; aridis folijs, Calamo odorato, origano, beta. Quũ enim Braſſica vulgo Caulis, vini naturam corrũpat, tum Beta reſtaurat, quòd nitroſa facultate prædita ſit, qua efficit ne vinum in mellis lentorem denſeſcat ac cogatur, quod ipſum & Erucæ ſemen præſtat, ſed non ſine graui valetudinis diſpendio, neruos ſiqui-

Vt vitiati liquores inſtaurentur.

Braſſica vinum corrumpit, beta inſtaurat.

siquidem vi caustica atq; adurenti afficit, morbosque articulares inducit, vt resinata quædam vina, atque exoticis quibusdã rebus condita. Nostri enim caupones sulphure cados suffiunt, atque aquam marinã melle coctam infundunt, non desunt qui lac bubulum illi immiscean̄t, alij calcem, arenam, tritosque lapides candidos ex Bentimargo in has oras aduectos dolijs insternunt, adiectis aliquot salis manipulis, aut sex septemue ouis, quibus omnia vitia vini emendari solent, ac sapor & color in pristinum vigorem restitui quorum nonnulla tametsi minus noxia sunt, semper tamen factitia natiuis ac genuinis deteriora, minusque salubria existunt.

Quibus vina condiri solent.

TEMPESTATIS, EX MARINÆ AQUÆ CONTACTU PRÆSAGIA, TUM QUID PORTENDANT HIBERNA TONITRUA.

Caput XLIX.

OBseruaui sæpius scapha in vlteriora litora deuectus, manu salo immersa, aquas marinas prorsus egelidas ac tepore imbutas, quod ipsum tẽpestates ante triduum imminere portendit, vẽtosque impetuo-

petuosos, ac fluctus validos. Quum enim in alto remotoque mari, vnde ad nos æstus deuehitur, tempestas incubuit, aqua marina concussa atque agitata feruescit, vtq; manus complosę, calore perfunditur, inox ad nos turbines ac tempestates deuoluũtur, fluctusque in summam altitudinem intumescunt. Sic ineunte vere tempestates austrinæ herbas & gramina eliciunt concussu & agitatione aëris concalefacta. Similiter siquando hibernis mensibus tonitru ingruat, ac cœlum fulmine coruscat, crebrisque ignibus æthera micat: subsequuturam tempestatẽ ventosque Typhonicos exorituros, ac sæuissimos in Oceano æstus indicat. Quum enim præter tẽporis rationem, contraque naturæ ordinem excitatur aëris illa intemperies, necesse est validam subesse causam, quæ illos turbines commoueat: nunquam enim tale quiddam obseruaui, quin postridie horrendæ tempestates sint exortæ magnaque aquarum eluuies. Fulmen enim & tonitru æstati familiaria sunt, quemadmodum & ardentes febres, quæ si hiberno tempore inuadant ac concitentur, ex vehementi id fieri causa oportet, quam prohibere ac reprimere temporis contrarietas non po-

Hiberna tonitrua tempestates præsagiũt.

tuit. Quo ſpectat illud Hipocratis: Minus periculoſè ægrotant ij, quorum vel naturæ, vel ætati, vel conſuetudini, vel tempori familiaris morbus eſt, quàm quibus horum nulli affinis cognatuſque exiſtit. *Lib. 2.*

PVEROS REBVS PVLchris affici, ac rugoſas deformeſque anus exhorreſcere, quocirca cum annoſis fœminis in eodem lecto non collocandos, multò minus ſi pedibus ex aduerſo illis ſint conſtituti.

Caput L.

NEmo non mortalium rebus pulchris, blandiſque ducitur, ſed præ cæteris tenella ætas atque impuberes, qui quum viuidi ſint ac geſticuloſi: ignem, faculas, funalia, ſcintillas, ac flammantia quęque auidè ſpectant, omniaque verborum lenocinia, & quæ animum demulcent, ſpirituſq; erectiores faciunt, captãt. Quò fit vt pueri nulla re melius conticeſcant quamlibet implacabiles, quàm cantilenis, aut quum lucentia quæq; oculis admoueas, quod efficit igneus vigor, atque aërea lucidaque ſubſtantia, quò fit vt tenebras exhorreſcant, *Nemo non aſſicitur rerum amœnitate.*

cant, aſpectuque tetra ac torua auerſentur. Sic vbi matrona aliqua verrucoſa, vel rugoſa anus infantes vlnis geſtāt, gremioque fouent, ad primum ſtatim intuitū plorabundi reſiliunt. at ſiqua forte elegantiori forma, beneque culta aſtiterit, eò ſe inclinant, illamque exporrectis brachijs ambiunt. Quamobrem inconſultè faciunt, qui tetricas aut moroſas nutrices conducunt, aut aniculis alendos committunt infantes, quæ manſum in os tenerum inſerant. Quum enim halitu graui ferè ſint ac viroſo, hircumque oleant, fit vt quidquid ex huiuſmodi corporibus emanat, ad ſe alliciant, eoque efficiatur, vt colore giluo exiſtant, ac muſtelino, multaque vitia ex illarum accubitu contrahant, præſertim ſi in decliuiori ſpondæ parte reclinentur, illiſque ex aduerſo ſint conſtituti.

Pueri deformes anus fugiunt.

Aniculāris halitus pueris noxius.

QVI FIAT, VT TENELLA ætas, prægnantes, ſacrifici, quique ſolitariam vitant agunt, ac ſedentarij ſunt, primo omnium morbis popularibus ac peſte corripiantur.

Caput LI.

ILlos comperio morbis contagiosis, quales autumno, æstiuisque mensibus grassari solent, citius corripi ac succumbere, qui tenerioris sunt ætatis, atque inualidæ, humidoque corporis habitu existunt. Cuius generis sunt impuberes ac sexus muliebris, tum qui otio somnoque dediti excrementorum copiam coaceruant. Hi siquidem promptius periculis sunt expositi, morborumque contagia celerius concipiunt. Vt enim perpolitum tersumq; speculum, aut nitida quæque citissimè denso halitu ac fuligine offuscantur: vt denique ignis leuissimas stipulas, atque arida nutrimenta confestim corripit, quum solida serius inardescant: Sic tenera corpuscula ingruente primum populari morbo, vt minus armati munitique milites in bello, cõficiuntur, proximè mulieres gestantes veterum non facile obsistere atque obluctari possunt, quando quidem ægrè internum onus ferre sustinent, ac iam iam defecturæ videantur: quò fit vt inuadente vel leuissimo aliquo morbo, nedum pestis sæuitia, labascant. Sacrifici verò & moniales, quoniam otio somnoque dediti sunt, nec vlla exercitia, laboresque subeant, ægrè aduersus hos morbos subsistunt. Baiuli au-

Qui morbis contagiosis primũ succumbunt.

Simile à speculo sumptum.

Simile à militibus non munitis armis.

autem & vectores, cæteriq́ue plebeij, ac vulgus promiſcuũ, quod in omni vitæ victuſq́ue ratione delinquant ac ſordidè viuant, ab huiuſmodi quoque morbis non ſunt immunes, tametſi eorum nõnulli ob indurata laboribus corpora ſerius ijs malis tententur. Cæterum quum pueri in acutis morbis inſultum non perferant, tum in mitioribus, aut vbi lenta ægritudine contabeſcunt, non minus diu quàm adulti cũ morbis luctantur, infantes ſiquidem ea habent poteſtate, quæ prouectiores actu. Inſita eſt enim huic ætati vis quædam, vitaq́; ac vigor, quę in multos annos ſunt propaganda. Hinc Auguſtinus, Pueri, inquit, habent perfectionis modum ita vt cum illa & concipiantur ac naſcantur, verùm in ratione ac poteſtate, non in mole. Omnia enim membra inſunt ſemini, quæ ſenſim emergunt, ac decus iuſtamq́ue longitudinem conſequũtur. Ita ætatis decurſu exerit ſe, atque elucet vis rationis, cæteraq́ue naturæ munia perfici incipiunt. Hinc noſtrates dictitare ſolent, vbi impuberes laudant ac ſpe lactant: Subeſt huic puero virile robur, Daer ſteeckt een man in.

De Ciuita. Dei ca. 14.

VARIA NATVRAE DOCV-
menta, rerumqúe diuersarum non incon-
cinna congeries, quæ quum grata
breuitate tractare instituí, vno
velut fasce complecti
visum est.

Caput LII.

Liquor stillaticius quẽ ex herbis virentibus elicimus, nunquã putrescit, quòd excocta sit omnis terrena concretio, illiq; insit aërea quędã substãtia, quo fit vt nullã decoctionẽ perferat. Si enim igni admota ferueſcat, omni sua vi & facultate destituitur. Siquidẽ quũ pura sit & defecata, non habet quod adimi illi possit, eoq; fit vt citius putrescat, ac mucore obducatur, quã putealis decocta. Sic Cereuisia cocta ex puteali, stagnanteq; aqua, licet turbida sit & inquinata, sapidior est, minusq; acescit, quam ex cœlesti & clara cõfecta. Turbulenta siquidẽ siquid habet vitij, excoquitur ac melioreſcit. Memorabile est quod Hermolaº Barbarus ait, Aquã septies putrefactã, purgatãq; nõ putrescere amplius. Quoniam, vt opinor, exinanita est atque exempta terrestris omnis substantia, prorsusque defecata ab omnibus sordibus, quę illi putredinis causa extitit. Sic obseruaui

In Corrol. Dioscor.

Zythi hoc genus quod plebes Iopenbier vocant, certo anni tempore aceſcere, ac poſtliminio priſtino vigori reſtitui, quod ipſum in vino exotico euenit Baſtardo & Nigro Hiſpanico, quod mantilia, manuſque inficit, ac lintea quæque ſaturato rubore imbuit, vt Ceraſa Actiana, quæ vulgo Morellen appellantur.

Vinum Oleum.

Duo ſunt liquores humanis corporibus non minus grati, quàm ſalubres, intus Vini, foris Olei, quorum vſus ſi moderatus ſit, inculpata valetudine homines efficit, tum cruda viridique ſenecta. Vt autem ocreę duriores ac coria quę rigeſcũt, ſituque ſunt obducta, oleo macerata molleſcunt: ita corpora hominum, ac potiſsime ſenum vino perfuſa, mitiora fiunt, minuſque rigida ac tetrica. Olea vero atque vnctiones quanquam apud pleraſque gẽtes propemodum in diſſuetudinem venerint, eorumque vſus exoleuit, quum ſenum, tum iuuenum corporibus ſalubriter adhibentur, his enim ea denſa præſtamus, ne externo ventorum impulſu feriantur ac ſuccumbant, vel laxa efficimus, ne interna humorum fuligine ſtrangulentur. Quin & cutis oleo imbuta venena reſpuit adeo ſiquis cutem admotis cauterijs ero-

Simile ab inuncto corio.

dente medicamento exulcerare pergat, il lamque oleo perungat, frustrabitur operamque luserit, non enim adhæresçũt quę applicantur, nec penetrant. Intus quoque assumptum virus acrimoniam retundit atque hebetat, venasque subire prohibet, ac confestim vomitu id exturbat. Oleum vino vel alterius generis liquore superinfusum præseruat, ne vel vapescat, vel corrumpatur. Siquidem aërem arcet, omnesque halitus excludit quæ putredinem inferre possint.

Oleum venena retundit.

Oleum cuiuis liquori super infusum putre. dinẽ arcet

Ambra.

Succinum festucas atque arida quæque allicit: at oleo oblita intacta relinquit, qua ratione Ocimum quoque vulgo basilicon repellit. Sic magnes allio perunctus ferrum respuit, quòd pingue quiddã allio insit, quo vis eius retunditur, ac minus adhęresçit.

Cucumeres aquam appetunt, oleũ respuunt.

Cucumeres & cucurbitæ quum humore turgescant, eoq; alantur, oleũ ita auersantur ac diffugiũt, vt illi admotæ resiliãt, ac sese contrahant. Omnes enim stirpes oleo affuso putrescunt.

Vitis vt fœcunda efficiatur.

Vites si sterilescat, ac præter pampinos, stoloneśq; ac sarmẽta nihil proferat, lotio acri ac vetusto perfusa, fœcunda efficitur, quum enim redundantiori humore stran-

guletur,

guletur, excitato calore, assumptaque excremẽticia humiditate in speciosos vbereſq; fructꝰ protuberat, quod ipsum etiã fit fece vini radici affusa. Malè autem nostrates vitis fœcunditati consulunt, qui scrobe facta fuliginem ex fumario derasam circa radicem obruunt, tametsi enim aliquid pinguedinis illi ineſſe videatur, feruida tamen vrentique virtute perniciem vineæ affert, eamque areſcere facit, vi corrodenti.

Fuligo satis noxia.

Orminum Centrum galli officinis dicitur, cuius semen festucas, ac puluiſculos, aliaque oculis infesta quæ foris incidũt, eximit vi attractoria. Siquidem illud oculo admotum per ambitum illius quaquauersum voluitur, assumptoque humore, ac discussa caligine, turgidum egreditur, ac velut tenui mẽbrana obductum. Ipsa verò herba contrita aculeos spinasque extrahit, ac morantes difficilesque partes accelerat, Vino iniecta mentẽ exhilarat, animique nebulas discutit, ac Venerem stimulat: liberalius tamen assumpta odoris grauitate caput tentat. Scabras rugosasque manus molliculas præstant ac leniunt Altheę maluæque decoctum: illis autem efficacius feni Græci, li-

Gallitricũ Scherley.

niq́ue ſemen, quod miti eſt oleagine imbutũ. Conficiuntur autem apud nos contuſo lini ſemine, expreſſoq́; oleo fraces, formaq́ue quadrangulari liba quædã ſaginando pecori accommoda, quorum ſi fragmentũ aqua cœleſti maceres, manuſq́ue illa abluas, pruriginoſæ cutis vitia emendari percipies, membraq́ue nitida ac perpolita effici. Frontem quoque atq; vbera flaccida, rugiſq́; deformata expolit lini fex aut amurca, addito gummi Arabici ac tragacanthæ, maſticheſq́ue momento, ac Caphuræ perpuſillo, quod oculis quoque rubicundis, ac palpebris lippitudine arida vitiatis, atque hiantibus decorem, aſpectuſq́ue Venuſtatem conciliat.

Vt manus leuore perpoliantur.

Vt frons et vbera rugis deformata nitescant.

Viſum eſt nonnullis prodigij quiddã ſimile ægrotos membris eſſe calidiſſimis totoq́ue corpore vri, nec tamen vlla ſiti premi: quum id eueniat eo, quòd calor ſe diffundat, nec cordi vllique parti principi inhereſcat. Quo fit vt erumpente ſudore, cordeq́ue perſpirato, ac diſcuſſo calore fumido qui interna viſcera occupabat, ſiticuloſi eſſe deſinant, econtra quibus calor in extimam cutem non erũpit, ſed intus deliteſcit, intoleranda ſiti cruciantur,

Quur quidam febricitantes nõ ſitiant.

ciantur, etiamsi foris nulla se caloris indicia proferant, quæ febres omnium perniciosissimæ.

Ferruminare, soudereu.

Albumen oui conquassatum, calciqúe viuæ admixtum vitri fragmenta ferruminat, ac testacea quæq; ita glutinat, vt dissolui nequeant propter lentorẽ ac tenacitatẽ glutinosam. Quum enim calx cuiuis liquori admixta in lapidẽ indurescat, tũ maximè albo oui confusa, quod mucosum est viscoq; assimile.

Herbæ aliæ alijs aduersantur.

Qui hortorum cultui deditus est, atque vberem ex singulis stirpibus prouentum consequi volet, obseruare eũ decet, quæ inter se consentiant, quæque discordent. Siquidem herba altera alterius incremento officit. Sic vitis si in brassicæ confinio consita sit, vel languescit vel emoritur. Quum enim vitis succulenta sit, ac brassica humoris præauida, omnem succum allicit, ac deprædatur. Laurus quoque & hedera viti noxia est, eamqúe exarescere facit vi calorifica atq; exiccante, quod Pseudonardus quæ Lauandula dicitur, pluribus herbis infert intẽsi caloris ratione, vt Raphanus ob acrimoniam qua vicina quæque deurit, quo fit vt temulentiæ aduersetur, quòd vini

Laurus viti inimica.

Raphanus temulentiæ obsistit.

vim

vim retundat.

Allio rosæ odoratiores euadũt.

Allia prope rosas consita illas odoratiores præstant, quia alliorum acrimonia ac caliditas insitas illis vires excitat atque elicit, quæ enim ex frigiditate languescunt, calore acuuntur.

Olea natura.

Olea medicina est Ciceri, arcet enim abigitq; erucas, quę illud erodunt ac depopulantur, idqúe odoris grauitate, qua fit vt bestiolæ illi non innascantur. Quũ autem olea amaritudine imbuta sit brassicam herbasq; alias præhumidas marcescere facit, quod ipsum & Origanum efficit, Ruta & Ciclaminus facultate calida atque exiccante. Scio equidem multa huius generis perfici occulta insitaque vi ac totius substantiæ proprietate, sic vt non semper ratio iniri, aut effectus causa explicari possit, iuuat tamen, ac voluptati est Philiatro ac rerum naturalium industrio, sagaciqúe inuestigatori probabiles rationes comminisci, quas si prorsus non assequitur, non tamẽ rebus manifestis fidem derogat, nec effectus calumniatur, sed naturam eiusque opificem admiratione prosequitur. Inmersa autem sunt quorũ probabilis ratio reddi potest. Verbi causa, Portulaca dentium stupori medetur,

Ratio multarũ rerum inexplicabilis.

detur, qui ex acerbis acidisq; contractus est, quoniam glutinosa est ac lentore prędita, quo ab austeris affectos dentes, & quibus deuinciuntur, neruos lenit, suaq; viscosa humiditate incommodum farcit. Caliditatis autem atque astringendi ratione idipsum facit Salis confricatio, aut si paululum casei ouilli viridis dentibus conteratur. Exiccat enim, dentesque stupidos stabiles facit, atq; ex frigido humidoq; aut acido humore labantes fulcit.

Portulaca dentium stupori medetur.

His qui obesæ naris sunt, & quibus olfactus vel vitiatus, vel abolitus est, efficacissimè hunc restaurat Melanthij semen quod Githapud Esaiam vertit Hieronymus, Abrotanũ, ruta, & quotquot acris vibrantisque sint odoris. Dilatant enim meatum, humoresque atque alienos vapores resoluunt ac discutiunt. Nihil autem, etiam in senibus expertus sum magis præsentaneum, quàm Mentham idem tidem naribus admouere, cuius fragrantiam manifestè percipiunt, quibus etiam is sensus ad teterrima quæque occalluit, omnisque odorãdi facultas adẽpta est. Raphanus quæ Antonomaticè Radicula dicitur, primis mẽsis inferri debet. Sic enim edendi auiditatem incitat, ac stomacho

Olfactus vi restituatur.

Mentha olfactum restituit.

Radijs.

macho minus officit. Quocirca culpandi sunt nostrates, qui peracta propemodum cœna aut prandio illam esitant. Sic enim melius perfici cõcoctionẽ sibi persuadẽt, quũ ventriculo infesta sit, nisi aqua saleque consperſa cibo præmittatur, alioqui graues halitus, ructusque nidorosos ac subolidos excitat. Quod si ex ea dissectam particulam vino immergas, confestim fœtorem contrahit ac graueolentiam.

Tartarus vinositeẽ.

Ferro rubiginem euestigio adimit, illiquide splendorem conciliat oleum Tartari, quod ipsum etiam lentigines emaculat in facie, omnesque pustulas fœdas, quæ frõtem, mentumq; deformant, abolet vi absterſoria.

Caphura vis putredinem à liquoribus arcet.

Caphura aquæ cœlesti commixta, illã à putredine tuetur ac præseruat odoris fragrantia, Similiter & myrrha, atque Agalochum vulgò lignum aloës.

Succus quoq; Cyrenaicus, qui vulgo Benzoi vocatur, Styrax calamites in arcenda à rebus putrilagine, efficacissima sunt. Omnes siquidem vitiatos halitus, auramque pestiferam abigunt, atq; ambientem aërem, qui ferè putredinis causa existit, puriorem reddunt, effluxu gra-

to

to ac suaui, qui ex calida siccaque qualitate emanat.

Thitimalli, cuius septem numerantur differentię, succus lacteus verrucas delet vi adurenti & caustica. Siquidem ob intensam caliditatem ac vim penetrantem, radicem arescere facit, quo facto mox vt scabra quædam crusta decidunt. Pari ratione Hermodactylus ac Sauina in puluerem redacta, atque oximeliti scyllitice, vel succo Calendulæ commista, clauos callosque abolent etiam in partibus pudendis, quum à fœdo concubitu contracti sunt.

Thitimalli vires.

Verrucæ vt aboleatur & claui.

Aestiuis mensibus ne vinum in cõgijs citò vapescat, aut calore perfundatur, sed inter propinãdum frigescat, in labro aqua gelida oppleto collocentur vrcei, aut capaciora pocula, deinde Sal nitrum vulgo Salpeeter insternatur: tanta frigiditate vinum imbui cõtinget, vt eam vix dentes tolerent. Huius autem qualitas illum in bombardis strepitum efficit, nullo autem sonitu, nec tam validè explodi glandem continget, si is eximatur.

Vinũ quò minus vapescat.

Nitrum liquori frigiditatem inducit.

Siquis dilutius bibere instituit, ac consultum existimat vinum plus satis meracum infusa aqua mitigandum, non id inter

Quomodo vinum diluendum.

ter edendum moliri debet, sed sesquihora antequã sit accubiturus. Sic enim coalescunt inter se liquores, nec repugnanti qualitate concoctioni resistunt. Vulgari siquidem more diluta, tentant caput, ac rugitus flatusqúe excitant. Acerba quoque vina ac subaustera dulcibus non cõmiscenda, nec rubrum candido. Negotiũ enim facessunt ventriculo diuersarũ qualitatum alimenta quum aliud properantius, aliud tardius in habitum corporis rapiatur, Quapropter hunc delectũ habendum suadeo, vt in prandio album assumatur, in cœna vero rubrum. Album siquidem prõptè delabitur, ac venas meatusqúe vrinarios peruios efficit, ac dilatat: rubrum verò modò generosum sit, plus alit, sed astrictionis est particeps. Quod si in eadem mensa vtrumqne propinetur, semper album rubro præmittatur. Quũ autem diluendi vini rationem non penitus negligendam censeam, tum illud Plutarchi mihi semper arrisit: Vinum in tempore modicè bibẽdum potius, quã aqua diluendum: deperit enim infusa aqua.

Plutarchi sententia de vino diluendo.

Castaneæ qui seruentur.

Castaneas siquis volet conseruare intactas, nuces basilicas ex iuglande collectas inspergat. Omnem siquidem vliginẽ

atque

atq; humorẽ excrementicium qui cariosas eas efficit, atq; euanidas absorbẽt, situq; obduci prohibẽt. Est enim eius natu ræ nux regia vt exiccet, humoremq; depascat, vnde salubriter tõsillis, vuulæ omnibusq; gutturis vitijs adhibetur, in quẽ vsum Diacaryõ hoc est, ex nucibus antidotũ cõficitur, quod omnes à capite fluxiones sistit ac reprimit. Et quoniã venenis resistũt, ac venenati aëris cõtagia discutiũt. Compositio diatesseron, quòd ex quatuor rebus cõflata sit, à veteribus excogitata est, quæ recipit, Nuces binas ac totidẽ ficus, folia rutæ viginti, aliquot salis grana, quæ cõtrita siquis ieiunus sumpserit, eo die à venenis morbisq; contagiosis futurus est immunis.

Dianucũ.

Antidotũ cõtra pestẽ.

Cæpe præter omnium stirpium naturam decrescente Luna augescit, atque incrementa sumit: crescente minuitur. Id eò fit, quòd Luna immodico illam humore strangulet, quum enim natura succulentum sit, vt omnia bulbacea, ac natiuo succo abunde perfusum, Luna crescens humorem quidem illi adauget, sed calorem imminuit, qui potissima causa est, vt incrementa stirpes capessant. Eadem ratione enormiter pingues & obesi

Cæpe natura ab alijs stirpibus diuersa.

Pingues steriles.

steriles sunt, nec progenerant, quòd calore destituti sunt, qui excrementum seminale fœcundum efficit ac prolificum. Atque hinc est quod Cæpe, aloen, acetabulum, croci radicem, scillã, porrũ compluraque alia natiuo succo turgida in carnario laquearib⁹ affixa progerminare perspicimus; quũ enim succo affatim imbuta sint, calore tantũ opus habent, vt prosiliant, ac se proferant.

Famelici ingruente febri.

Febres quæ homines edaces efficiũt, diuturnæ esse solent, itaque mihi semper visum est melius siticulosos esse febricitantes, quàm famescere. Illis enim quum ex flaua bili febris accendatur, affusa humoris copia, sudoreq; exciccato facilè mitescunt: Istis qui ad cibum auidi sunt, ex humore melancholico, atque acida salsaque pituita febris excitatur, quibus humoribus quum ventriculus perfusus est, præter rationẽ edendi cupiditate ducũtur: quò fit, vt ita affecti morbũ alant, fomitemque ministrent, ac diutius cum febri conflictentur. Quum autem tres sint pituitæ species, vt Galenus testatur, Dulcis, Acida, & Salsa. Prima somnolentos efficit, altera famelicos, tertia sitibundos. Horum omnium maximè diutur-

De plenit.

nos

nos morbos parit quæ edaces homines efficit. Quocirca si illos celerius terminari velis, in morbi insultu cibum subducito.

Vinum ex ambientis aëris qualitate acescere, æstiui menses nobis commonstrant. Quocirca in specus subterraneos, penitissimaqúe loca recondi debet, atque accuratè obturari. Quòd si ea commoditas desit, lardi carnisque suillæ salitæ sesquilibram, aut pro dolij amplitudine maiorem lino obuolutã dolio immittas, sic vt dum vinum depromis, semper id desilire patiaris ad fundum vsque, dum vas exhaustum sit: vinum nec degenerabit, nec vapescet. Omnia enim quæ illi vitij aliquid essent allatura, in suillam incumbunt. Interim arctissimè occludi dolij orificium debet, nequid aëris subeat, ac sacculo vel sale oppleto, vel humenti sabulo muniri. Sic enim nec vapescet vinum, nec acorem contrahet. *Vinũ quomodo ab acore vindicetur.*

Vt autem vinum subacidum, aùt acetum vini naturam adsciscat, porri semine effeceris, aut iniectis pampinis ac capreolis vitis.

Vinũ corruptum ac glutinosum lacte

bubulo modicè ſalito reſtauratur. Sunt qui calce, ſulphure, & alumine id moliũtur, quę ne homini infeſta ſint, ac noxam inferant, Iridis radicem & grana Iuniperi commiſcenda ſuadeo.

Vinum glutinoſum vt inſtauretur.

Quò vinum palato arrideat, acceptũque ſit, atque odore, coloreque gratum: malum Medicum, ſeu pomum citrium gariophyllis vndique ſtipatum cado inſeras ita vt vinum attingat eoque innatet nam ex madore computreſceret, nullum nec vapidum, nec mucidum ſaporem contrahet, ſed palato erit gratiſſimum.

Ruta venenis obſiſtit.

Ruta herba quũ multis morbis accommodari poſſit, multęq; illã dotes cõmendent: tũ illud admirandam eius vim declarat, quòd muſtela baſiliſcũ præſentiſſimi veneni ſerpentem rutæ demorſu prærmunita conficiat. Ex quo conijci poteſt, quanta vi polleat contra venena, ac morborum contagia.

Muſtela Baſiliſco hoſtis.

Italiquo modo Anatomiã perficiant.

Medici apud Italos homines facinoroſos qui morti addicti ſunt, certo anni tempore à præfectis impetrant in diſſectionis vſum, & quò rei medicæ ſtudioſi in re Anatomica exerceri poſſint. Itaque ne vllos humores diſſipari contingat, aut craſ-

crassiores spiritus euanescere, omniaque se apertè proferant, Opij, hoc est, succi nigri papaueris binas ternasue drachmas ex vino meracissimo mortem commeritis exhibēt, qua potione hausta primum exhilarescere incipiunt, velut risu Sardonio perfusi, mox in somnum soporemque resoluti, morte sopiuntur, tanta siquidem pernicitate venas ac vitalia corripit, vt dissecto eorum qui opio potionati sunt, corpore, cordi adhesisse compertum sit. *Opij vis.*

Vinum aut Cereuisia Soli ventoque exposita si serius acescant, Sal contusum cum pipere ac fermento subacido commixtum celerrimè id præstant. Quòd si properantius id perfici velis, Chalibis partem, aut laterem semel atque iterum ignitum in vas conijcito, aut Raphani radices iminergas, confestim acorem cōtrahent. Mespila quoque, corna immatura, mora vel ex rubo, vel ex arbore lecta, prunella sylvestria hinc inde incisa, cerasia Actiana quæ foris nigro colore perfusa sunt, intus sanguinolento, sapore acido liquores imbuunt, atque exuberantissimi ruboris colorem conciliant. Quòd ipsum etiam præstant anemone *Vt vinum aut alius liquor cito acescat.* *Morellen.*

flos pratensis, sambuci ebuliq́ue acini, & violæ altilis quæ gariophyllea nobis dicitur, flos spectatissimus. Nam papauer illud erraticum agris frumentarijs familiare, vermiculanti quidem & coccineo rubore liquores inficit: at vsus eius noxius est & pernicios̃us, sic vt explodendus sit illorum error qui in angina ac dolore laterali huius vel decoctum, vel dilutum, vel denique stillaticium liquorem exhibent, quum astringentis sit naturæ, ac narcoticum, hoc est, stuporem inferens, nec sputum promoueat.

Papaver erraticum noxium.

Leprosi vt explorẽtur.

Elephantiasis quã lepræ nomine passim designant, abominandus fœdusque morbus est, eoq́; extra vrbis pomeria ablegantur, qui illo contaminati sunt. Et quoniam aliquãdo cognitu difficilis est, cõstituti sunt apud Belgas Critici ac Cẽsores qui hos explorant. Ego ex lotio experimentum capio, cui plumbi vsti cineres inspergo: qui si subsidunt, atque in imum vrceoli deuoluuntur, nullum inest corpori huius morbi contagium. Sin fluitent, atque in vrinæ superficiem hæreant, infectum esse statuo. Indicat enim humorum crassiciem, atque aduſtam corruptam-

ruptamq; per corpus vndique diffusam melancholiam.

Argẽti viui effectus.

Siquando aurifices incrustandis obducendisq; auro poculis intenti sunt, argẽto viuo id perficiunt, quod calenti foco admotũ in fumum, grauesq; halitus euanescit. Quòd si protenso velamento fumum excipias, is rursus in argentum vinum coit ac conglobatur, quemadmodũ fumus ex carbonibus in densam crassamque fuliginem. Quantopere autẽ res ista metallica auro afficiatur, superius à nobis demonstratum est. Id autem admiratione dignũ, quòd ex morbo Gallico inunctus si aureum annulũ ore gestet, ac dentibus linguaque hinc inde volutet, argẽtum viuũ quod corpori ex vnctione innatat, in annulum deuolui, sic vt totus argenteus eximatur, ac non nisi igni admotus pristino nitori restituatur. Quocirca consulo huiusmodi ceromate delibutis, vt id crebro factitẽt, inhæret enim ijs magna metalli huius copia, adeò vt obseruatũ sit, incisa vena aliquot drachmas profluxisse, atque hinc est, quòd tales tantisper pallescant, & tremuli existant, dũ aliqua huius metalli portio corpori inhæresci. Quò mirari subit nõnullos scrupu-

Argentum viuũ auro afficitur.

Aurũ ficosis salubre.

De argẽto viuo prodigij quiddã simile.

li pondere exhibere puerperis, quò clementius pariant, ancipiti, dubioq; experimento, tũ pueris etiam ad vermes enecandos, quanquam non diffitear purũ viuumq; argẽtum cæteris esse innocẽtius, deinde saliua alioq; liquore extinctum. Siquidẽ argẽtum sublimatum ignis vi ex Chalchãto, alumine, arsenico, sale, nitro, & ammoniaco extractũ pernicioſissimũ, cui succedit puluis præcipitatus rubenti croceoq; colore, quòd nonnulli empirici dimidij scrupuli pondere deuorãdum ficosis exhibent nõ sine faucium ac gingiuarum exhulceratione: foris autẽ vulneribus contumacibus adhibetur. Aqua autem fortis qua aurum ab argento separant aurifices, æquè noxia. Quanquã nõ verentur sponsæ nostrates flauam cæsariem moliri, maximo detrimento ac pilorum iactura.

LEVI-

LEVINI LEMNII MEDICI ZIRIZAEI DE NATVRAE DIGNITATE & præstantia

LIBER TERTIVS.

QVA RATIONE FILII PARentum probra atque ignominiam perferre cogantur, illisq; progenitorum scelera atque iniquitates imputentur adeo, vt horum causa vel famæ, vel rerum fortuitarum iacturam patiantur, aut aliqua in corpore animoq; dãna ac detrimenta concipiant.

Caput I.

EXTAT præclara apud Ezechielem concio, vel potius seuera atq; obiurgatoria Dei expostulatio cũ ijs qui causam progenitorum in se deriuari quæruntur, atq; iniustè posteros plecti parentũ nomine. Quid est inquit, Dominus, quòd parabolam vertitis in prouerbium passim *Cap.18.*

decantantes: Patres comederunt vuã acerbam, & dentes posterorum obstupescunt. Viuo ego, inquit Dominus, ni non erit vobis amplius vsus istius prouerbij. Quumq; omnes meæ sint animæ, tam patris quàm filij: anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Itaque Deus sublato hoc prouerbio, pronunciat quenque in sua iniquitate extinctum iri nec progenitorum scelera aut vllã ignominiam in posteritatem deriuandam, nisi ijsdem vestigijs insistant, eadem grassentur via, parentumque emulentur vitia. Quisquis enim, vt prolixè toto hoc capite disserit, contempto desertoque Deo paternos auitosque mores imitando consectatur, atque illorum improbitatem ac dedecus exprimit, obiter se rapinis, vsuris, calumnijs, adulterijs, fraudibus, fallacijs, captionibus, idolorum cultu, fœda libidine, alijsque sceleribus contaminat ac polluit, nec Dei præceptis nec monitis acquiescit, sed salutarem eius doctrinam respuit, eadem, qua progenitores, culpa plectitur, ijsdem malis redditur expositus. Itaque non patitur Deus parentum peccata imputari filijs, aut vllam posteritatem puniri ob maiorum scelera, nisi paria cum illis faciant, sed vnumquenque delicti sui reum futurum,

Pueri non plectuntur ob scelera parentum.

rum, vt, Cipriano teste, post edomitam legis duriciem, Euangelij coruscatione, diuina iustitia non genus, sed personas iudicet. Quod siquis nobis obijciat peccatum originis quod Adamus nobis inuexit, quo cuiusque mens iacturam fecit diuini luminis, voluntate etiam à Deo auersa: facile id dilui potest. Quum enim parens fuerit omnium mortalium, atque ex hoc traduce vitiata sit humana natura, hæc labes ac corruptela, naturæque deprauatio propagatione in omnẽ posteritatem est diffusa: vt assolet in ijs qui ex morbidis parentibus, ac vitiosis humoribus, corruptoque semine sunt prognati, per omnem siquidem vitę decursum, hæreditarium malum ijs adhæresćit. Itaque illi peccato potissimè sumus obnoxij, non autem alterius generis, quorum alia alijs humoribus peculiaria ac propria, quæ actualia dicuntur, ascitia ac consuetudine aut improborum commercio accersita, non congenita, insitiua, genuina, naturalia, quanquam magna ex parte ista ex superiore emergant ac pullulent. Ita non semper ea vitia, vel etiam virtutes, quæ parentibus insunt, filijs cõmunicantur, aut ediuerso. Potest enim pater esse idololatra, decoctor, libidinosus, len-

Peccatum originale quam labẽ intulit.

Exemplũ à vitioso corpore.

Peccata actualia.

Alia aliquando parentum, alia filiorũ conditio.

leno, aleator: quum filius frugi sit atq; ab huiusce modi vitijs alienus. Vt autem ab Adamo hanc labem consequuti sumus, ita eadem nascendi principia nacti sumus maximo enitentium parturientiumque dolore ac cruciatu, eundem non sine trepidatione finem, vitæque interitum. Itaq; eodem nos luto inuoluit illius procreatio, eandemque aspersit maculam. Nemo autē ex tot milibus non eadem perpetrasset, si talis fuisset oblata occasio, si Adami loco constitutus, ijs blandimentis ac pollicitationibus, ijs illecebris inescari contigisset, ita vt in eundem laqueum nemo nostrum non incidisset: non eodem hæsisset luto, ratione si eadem ac modo eisdem artibus ac technis mens nostra cœpta fuisset oppugnari. Quemadmodum, autem præter Reges & Princeps, magistratus ac ciuium præfecti, quod apud Belgas iā vulgare est, Remp. iuuandi studio ære alieno onerāt, ac se suosque ciues ac populares arctissime obligant, acceptique ratione in annuam debiti solutionem obstringunt etiam eos quī primo quoq; tempore nascituri sunt, adeo vt si serius aut malignè perficiatur solutio, apud exteras nationes detineri possint ac sisti, ita vt non sit liberum egredi, aut

Omni homini similis introitus et exitus.

Simile ab ære alieno oppressis.

aut, absque mulcta se subducere, nisi aut consignata pecunia, aut data fide ac promisso vadimonio factaque sponsione: ita simili propemodum ratione Diabolo sumus obstricti, ac tanquam obærati Adami culpa grauissimo damno impliciti, in eum siquidem errorem ac scelus inexpiabile illius transgressione sumus deuoluti, vt nullus hominum ex eo eluctari potuisset, aut se extricare, nisi clementissimus Pater deuicta per IESVM CHRISTVM diaboli tyrannide in libertatem nos asseruisset, deleto atque obliterato expunctoque quod aduersus nos erat, vt Paulus ait, Chirographo, siquidem illud sustulit è medio, quo nos vrgebat hostis, affixum cruci, expoliatosq; Principatus ac potestates ostentauit palam triumphans de illis, tanquam exutis, deiectis, ac debellatis, condonans simul omnia nobis delicta, sic vt nihil sit periculi, ne in posterum vlli imputentur prioris vitæ commissa: modo fide stabiles conceptaq; illius fiducia toti tam munifico Domino innitantur. Cæterum vt incepta persequar, contingit aliquo modo filios parentum nomine diuexari, ac detrimenta concipere, suisq; facultatibus exui, quum in hæreditatem malè partam, atque opes

Coloss. 2.

Peccatum originis quo modo obliteratū.

Iudicium Domini in illatis cladibus.

opes fraudibus ac verſutijs conflatas inciderunt, quæ occulto Dei iudicio plerumque dilabũtur, ac vel incendio, vel naufragio, vel populatione depereunt. Sic vt nõ patiatur Dominus iniquis parentum rapinis diteſcere, aut diutius huiuſmodi bonis frui, quæ aliorum iniuria coaceruata ac cõgeſta ſunt. Simili ratione nonnullos ante diem, ac properata morte confici ſuſtinet, quum progenitores illorum nomine plus ſatis ſibi blandiãtur, nec aliud, quã opes, latifũdia, honores, dignitates, ambitioſos fucoſoſque titulos meditentur, ad quæ illis per fas, per nefas aditum patefaciunt, nullaq; erecta in Deũ cogitatione aut fiducia nihil non moliũtur, quò ampliſsimo loco poſſint collocari, quũ plerumq; Deus prẽmaturè illos ex hac vitę ſtatione ſubducat, nec patiatur diu ſubſiſtere, atq; inanes parentũ ſpes foueri. Quod ipſum Sapientis hac ſententia teſtificari poſſum: Quũ Deo placeret dilectus, viuens inter nefarios, trã ſlatus eſt, raptus eſt, ne malitia immutaret intellectũ eius, aut fallacia deciperet animũ illius: propterea properauit illũ educere de medio iniquitatũ. Quod quũ homines videant, nõ intelligunt, inquit, hui⁹ facti cauſam, nec rationẽ inire poſſunt mortis

Quando proles damna concipiunt ob parentum reatus

Præmaturus interitus vnde.

Sapient. 4

Orbitas liberorum à Deo.

tis tã preperatę, atque accelerati interitus. Ita nonnunquã euenit, Dei prouidentia, vt herili filio ſublato tota poſteritatis ſpeș & expectatio, totiuſq; familiæ columẽ labaſcat ac corruat. Oſeas quoque nonnullos orbari liberis in ſcelerum vindictã profitetur. Sic enim apud illũ Dominus minitatur ſceleratis: Auolabit, vt volucris, gloria illorũ à partu, à ventre, & à conceptu: hoc eſt, infœcũdi erũt ac ſteriles, nec vllos fœtus cõcipient, aut liberos propagabunt, quos ſi genuerint, eos interimã, atq; ex hominibus ſubducã. Proferunt ſe innumera, nulla nõ ætate, huius rei documenta: quũ præcipuos heroës, atq; Aulę proceres ſpectemus non ſolum orbari liberis, ſed multũ æris alieni contrahere, Quod autẽ Dauid orbat⁹ fuerit filio, quẽ ſuſtulit ex Berthſabea Vrię vxore, magna ſubeſt diuini iudicij ratio. Sequitur enim cõfeſtim hãc patrati ſceleris tragœdiã grauis vltio ac vindicta, ira diuina nõ tã in Dauidẽ, q̃ in puerũ accẽſa. Siquidẽ Deus puerũ morbo deplorato afflixit, quo ſeptimo die, vt acutis morbis aſſolet, extinct⁹ eſt. Nõ enim paſſa eſt extare aut ſupereſſe illũ prouida Dei iuſtitia qui ſic prognat⁹ eſſet: tametſi Dauid, teferẽte ſcriptura, humi ſtratus atq; effuſis lachry-

Cap. 9.

Sterilitas & orbitas à Deo.

2. Reg. 11.

lachrymis, vt Deus pueri misereſceret, precaretur aſsiduè. Cuius rei hiſtoria ſalubre documentum cuiq; exhibet, vt quo aduſque humana fragilitas patitur, ab omni impudicitia ſe contineat, tum maxime ab earum complexu, quæ legitimè atq; ex Dei inſtitutione matrimonio coniunctæ ſunt.

Adulteria cauenda.

Non nimiũ dolendũ orbitate liberorum.

Deinde ſiquem orbari contingat liberis, ne ſe vexet, excruciet, dilaceret, nec mœrore, luctu, ac lamentis cõficiat. Quę enim inſania, ſe affligere ob hæc quæ reſtitui nequeunt, aut in vitam poſtliminio reuocari? Quocirca laudem meretur Dauidis robur, atque affectuum in tam acerbo luctu moderatio. Sublato enim è viuis puero, quum paulo ante ſquallore eſſet obſitus, puluere ac cineribus, gentis illius more, obductus, nec ad ſummũ mœrorem quid eſſet reliqui: confeſtim omnem excuſsit mœſtitiam ac regali ſplendore accubuit. Quod vero ad reliquam tragœdiæ partẽ adtinet, quæ non minus, quàm prior, funeſtum ac luctuoſum habuit exitum: Dominus Dauidis offenſus facinore, atroces minas ac terrores per Nathan prophetam illi denunciat, quod expugnato legitimo toro pudicæ matronę, extincto quẽ fido duce Vria, maledicendi occaſionẽ ijs dederit

Dauid morte pueri nõ contriſtatur.

Adulteria non impunita.

2. Reg. 12.

derit, qui alieni erant à Dei religione, ac non solùm illius cultoribus insultant, sed in Deum etiam sunt contumelioſi atque iniurij. Cæterùm vt reliquam argumenti partem exequar: contingit nonnunquam liberis parentum culpa aliquam notam infamiæ vel ignominiæ inferri, aliquod probrum aut dedecus impingi, verbi causa, si mater adulterio contaminata est, si bibacula atque ebrioſa, vllaque infamia insignita, in liberos pars mali deuoluitur. Ita siquis ex incestu atque illicito cõcubitu sit procreatus, aut naturali quidem cõgressu, sed extra connubij societatem proseminatus, (vnde consuetudo inoleuit, vt tales proles naturales vocentur) huiusmodi conditionis hominibus passim insultant populares, ac conuitijs onerant, vt est natura mortalium in lacessendo prompta, procax & temeraria, quanquam ista criminatio in hominum deprauatis affectibus magna ex parte cõsistat, quũ nulla penes liberos culpa resideat. Nec enim puduit Euangelij scriptores in enumeranda Christi generatione plerosque recensere qui extra cõiugij statũ sunt prognati: quod ipsum studio ac data opera factũ interpretatur Chrysostomus, ac pleriq; alij: nequis intumescat

Liberi quando ferre cogantur parentũ probra.

Qui filij naturales.

Procacitas hominum.

Homil. 3. in Matth.

progenitorum dignitate ac præstantia, nec animum deijciat, si humiles atque abiectos fortitus est, aut qui nullis virtutibus enituerunt, modò ipsi ad res præclaras aspirét atque enitantur. Siquidē propria ac genuina virtus quemq; nobilitat, non aliena aut ascititia, quæ ex progenitorū primordijs mutuatur. Vt enim ignauū nec parentum, nec patriæ splēdor illustrat: ita nec virtute præditū maiorū illaudata vita cōmaculat.

Nemo inſo lescat progenitorum nobilitate.

Metamor. lib. 13.

Nam genus, & proauos, & qua non fecimus ipſi,
Haud ea noſtra voco.

Quò spectat illud Satyrici,

Iuuenalis Satyr. 8.

Malo pater tibi ſit Therſites: dummodo tu ſis
Aeacidæ ſimilis, Vulcaniaque arma capeſſas:
Quàm te Therſitæ ſimilem producat Achilles.

Nobilitas quæ ſolida

Quæ commonstrant verā nobilitatē ac decus non tam proauorū stemmate & imaginibus, quàm virtute, quàm integritate vitæ, quàm morū probitate metiendū: denique non despiciendos vllos quamlibet humili abiectoque loco natos, quantūuis vilibus modicisque parentibus ortos, modò frugi sint, atque ad præclarissima quæque sibi aditum patefaciant. Quod ipsum tota illa apud Ezechielē concionis series, atque enarratæ rei amplificatio commonstrat: qua prolixè siniſtra, inconsulta, temeraria, improuida, incōsiderata hominū etiā in Deū iudicia, vellicat ac reprehēdit.

QVA-

QVARE CONVALESCENtibus ac morbo defunctis primùm omniũ genitalia turgeſcant, quæque illis natura inſita ſunt, nempe concumbendi deſiderium perficere tentent: ac hac de re ſalubre conſilium atque admonitio. Caput II.

QVum ex morbis conualeſcunt ægroti, non confeſtim vires ſuas recuperant, aut ſubitò reſtituuntur: ſed exhibitis alimentis, præſcriptaque ſalubri diæta ſenſim refocillantur ac reuiuiſcunt, tametſi enim morbus excuſſus eſt, ac ſopitus febrilis calor, nonnulla tamen adhuc inhærent corpori debilitatis, deiectæque valetudinis veſtigia, ita vt nulla propemodum pars probè munus ſuum obeat, ſuoque officio perfungatur, vbi ad vſus aliquos accommodatur: Sola membra procreandis liberis deſtinata, parteſque genitales primum vires ac robur concipiunt, atque obeundis perficiendiſque munijs ſuis, validas ſe oſtentant atque erectas, tametſi ita conſtitutis operam dare Veneri nimis quàm pernicioſum. Sunt autem certa atq, *Conualeſcẽtibus Venus noxia.*

indubitata recuperatæ valetudinis argumenta, nullaſque in corpore morborum reliquias inhærere, ſiquando partes genitales prurire ac tentigine affici incipiunt, tametſi reliquis membris flaccidis ad perficiendos humores, torumque nuptialem adornandum viris deſint, nec tanto labori ſufficiant. Quod ipſum hinc euenire ominor, quoniam obſtructione venarum diſcuſſa ac patefactis meatibus, hepar ac renes aliaque membra diſtribuendis alimentis deſtinata primum oblato cibo perfruũtur, ac præ cæteris inſtaurantur, quo fit vt vires concipiant, ac ſpiritu quum naturali, tum vitali affatim impleantur, cuius motu atque agitatione abditæ obſcœnæque partes turgeſcunt ac deſpumant in libidinẽ, quum remotiſsima membra pedes, brachia, armi, ſuræ, fœmora, ceruices, genæ ſerius alimento ac vitali ſucco perfundãtur. Quum itaque pudenda membra hepatis munere, exquiſito ac ſalubri ſucco ſaginẽtur ac pingueſcant: primo omnium conualeſcunt ac virile robur concipiunt, ſic vt oborta etiam leui tacitaque cogitatione inguina indecorè intumeſcant, & quavi imbuta ſint, patefaciant. Cuius rei indicia etiam impuberes proferunt, quibus illæ par-

Ratio: *Cur conualeſcentes in venerẽ proni.*

læ partes, tametsi imbelles sint, & denegata generandi facultas, spiritu tamen distentæ eriguntur, atque ex decubitu in dorsum rigescunt, salubri sanitatis, bonique habitus argumento. Ita licet conualescentibus sint infirmæ fractæque vires, ac morbo attritæ, membra languida, corpus macilentum ac strigosum: pars tamen illa secretiore loco collocata quæ Ciceroni mentula dicitur, primum recuperatæ valetudinis indicia profert. Eò siquidem præ cæteris alimenta deferuntur propter vicinitatem, & quòd præcipuis membris ea pars connexa est, atque ex vna venarum atque arteriarum neruorumque propagine producta. Quod si morbo defuncti ac conualescentes, maturius quàm par est, & quàm vires patiantur, se Veneri dedant, exhausto puriore succo ac vitali spiritu, letaliter affliguntur, omniáque illis vergunt in deterius. Siquidem sincerior puriorque alimenti pars ac rossidus humor, quibus membra arida atque extenuata, morboque exhausta madescunt atque irrigantur, absorbetur, ac velut lactis cremor, emũgitur, quò fit vt vires quibus nonnihil incrementi accesserat, concidant ac conterantur. De mulieribus verò alia est ratio,

Sanitatis indicia in pueris.

Erectio genitalium sanitatis indicium.

Venus incõmoda in valetudinarijs.

quæ concubitu minus, quàm viri, delassan
Mulierum salacitas. tur, imo vires ex eo concipiunt, ita vt nõ-
nullæ impendio salaces, huius rei causa ali
quando morbum simulent, quò maritos
ad amplexus inuitent atque alliciant, adeò
Prouerbiũ popularе in fœminas. vt hinc cnatum sit apud Belgas Prouer-
bium: Matrona ægrota semper aliquid ex-
poscit: Mulieri valetudinariæ semper ali-
quid offerendum. Men moet die siecke
vroukens altijt vvat bien. Quo designant
non semper mulsum, aut alimentum deli-
catum exhibendum nauseabundis mulier-
culis, sed aliud quiddam, quo illis viri ma-
ximè gratificari, & qua re potissimè affici
solent ac deleniri, etiamsi exquisitissimis
Prouerb 30 donarijs illas studeas demereri, eoque fa-
ctum est, vt Solomon os vuluæ aut vteri
ostium, velut Orci fauces, inter ea referat,
quæ cupiditate existunt insatiabili. Quo-
circa si optimè sibi consultum cupiunt qui
matrimonio sunt addicti, vbi à morbo sunt
eluctati, ac reuiuiscere incipiũt, ne se vxo-
ribus festinanter obijciant, atque emulgẽ-
dos præbeant, sed voluptati moderentur
potius ac frenum intempestiuæ libidini
Exemplum à tenellis arboribus. inijciant, nihil enim ita constitutis adimi
potest, vt nec arboribus tenellis, quę trun-
cari putarique recusant. Nam si redintegra

ri ac

ri ac recrudescere morbum contingat: aut subita morte conficiuntur, aut egerrimè cõ ualescunt. Quòd si validi robustiq́ue viri inito primum coniugio ægrè subsistunt, vbi res Venerea frequentius peragitur, atque vxorum embolia, vt Ciceroniano verbo vtar, sæpius frequentant: quantò magis vacillantis ac dubiæ valetudinis homines deijci contingit, ac debilitari? argumento quòd vxorij, hoc est, qui coniugi plus satis dediti sunt, atque illi obsequuntur, colore cõspiciantur mustelino, giluo, buxeo, exangui, plumbeo, membris articulisq́ue fractis atque eneruatis: quum alij quibus cõcubitus perficitur moderatè, atq; intra mediocritatẽ consistit discusso atq; dissipato fuliginoso vapore, colore florido existant, ac facie roseo rubẽtiq; pigmẽto perfusa. Est quidem cuiq; membro sua vis insita ac facultas attributa, nempe oculis visus, auditus auribus, naribus olfactus & odoratio, linguæ ac palato sapor & gustatus qui ex sensibus omnibus maximè voluptarius: vesica eiusq́ue musculi reddendo lotio, intestina deijciendis excrementis inseruiũt: Partes genitales progignendis liberis, perficiendoq; concubitui sunt destinatæ: ita alia membra alijs officijs instructa sunt ac

Venus immodica venustatem depopulatur.

Cuiq; partis sua vis insita.

dedicata: quorum singulis temperãtia moderatioque adhibenda. Siquidem oculi obtutu continuo fatigantur ac caligine offunduntur: Aures intensiore sonitu obsurdescunt, vt omnibus fabris ferrarijs. Sapor immodico vel cibo vel potu aboletur, omniaque efficiuntur insuauia atque insipida, sic vt etiam stomachus alimenta respuat atque auersetur. Nares odorandi facultate præditæ, affusa pituita, ne fragrantissima quidem percipiunt. Partes quoque genitales, quibus singula membra inseruiunt, & si forte ille defecerint, aut exhaustæ sint, succenturiata adminiculantur (nam ex toto corpore humores ac spiritus eò deriuãtur, ac confluunt) si immoderata ac profusa libidine defatigentur, non tam ipsæ, quã tota moles corporis flaccescit ac collabitur. Quocirca in conseruandis naturæ viribus, in roborando firmãdoque totius corporis habitu omnia moderatè ac temperanter instituantur, quò quisque naturè ac tempestiuè, nullaque molestia senescat, ne libidinosa adolescentia animum morosum ac querulum: corpus effœtum ac flaccidum senectuti tradat.

Omne nimiũ perniciosum.

Fabri cur surdastri.

Omnia mẽbra suis officijs distincta.

DE AV-

DE AVRAE ATQVE AERIS effectu, tum flatuum ventorumqúe nominibus, natura, ac viribus in excitādis morbis, ac permouendis humoribus, qui agitati menti damna nonunquam inferunt.

Caput III.

Aër & vētus valetudini vel officiunt vel prosunt.

DVę sunt res aduentitiæ atque externę, corporibus nostris nō minus infestæ, quàm salubres, quæ & valetudinem fulciunt, & sanitatem nonnunquam demoliuntur: nempe alimenta, atque aër ipse qui nos ambit, ex cuius agitatione & motu ventus emergit ac flatus quibus singulis momentis corpora nostra exposita sunt, ac manifestam mutationē sustinent. Cōcipiuntur autem intra corpus nostrū flatus & ventosi spiritus, partim ab externo aëris impulsu, partim ab esculentis & potulentis, quæ assumpta flatus pariunt ac ventrem distendunt: vt sunt fabę, pisa, cruda olera, rapæ, radicula, fructus arborei, mustum, Zythus & cereuisia recens, ex quibus orti flatus ventriculo negotiū facessunt, atque quum intestinis, tum hypocondrijs seu præcordijs molesta sunt.

Flatus in corpore Vnde sint.

Vnde flatus in corpore.

Hi vt etiam qui inter edendum ſpiritus ſubingredi ſolent, vbi auidè & confertim cibum potumque ingerunt, ructibus aut emiſſis poſtico flatib⁹ diſcutiũtur. Quòd ſi diutius corpori immorantur atque inhæreſcunt, aut vlli parti infixi dolores inferant, foris calorifica fomenta adhibenda, intus verò quæ diſcutiendis flatibus ſunt idonea: vt ſunt Cuminum, lauri baccæ, aniſi, feniculi, cari ſemen, vinum meracum nempe Creticum quod maluaticum vocant.

Auidè bibere flatibus corpus diſtendit.

Quæ flatus diſcutiunt.

Ex Aenei.

His ſiquidem venti luctantes agmine facto
Quà data porta, ruunt, ac terras turbine perflant.

De Ventis.

Cęterùm quum externi flatus magna ex parte nobis ſint infeſti, effectuque penetrabili valetudini officiant, de ijs potiſſimè habebitur ſermo. Siquidem illi ſemodò tacitè ac latenter in corpus inſinuãt, modò palam ac violenter ingruunt, atq; hominibus, armẽtis, pecoribus, ſatis meſſiq; triticeæ, herbis, arborib⁹ infeſti ſunt, ac damna inferunt. Promanat autẽ atq; effunditur ventus ex aëre auraque concitata ac commota, quò fit vt modò placidus ſit, blandus ac ſuauis, modò validus atque impetuoſus pro ratione aëris tranquilli, vel agitati. Sic vt Ventus nõ aliud

Ventorum origo.

ſtatui

ſtatui poſſit, quàm effluxus atque effuſio commoti aëris, qui vires & alimenta concipiat ex terrę exhalatione & vaporibus. Vel vt Victruuius ait, Ventus eſt aëris fluens vnda incerta atque inſtabili vi incitata. Quod ipſum quũ deſignaret Seruator, Spiritus, inquit, vbi vult, ſpirat, & vocẽ eius audis, ſed neſcis vnde prodeat, & quò ſe proripiat. Sumpta ſiquidem ſimilitudine ab externo flatu Nicodemũ inſtruit, qua vi, & quã arcano effectu Dei ſpiritus hominũ mentes afficiat. Vt enim ſpiritus aëreus non cohibetur, nec conquieſcit vllius arbitrio, ſed inſtabilis eſt & inquietus, ſuoque impetu fertur, atq; hinc inde impellitur: ita vt per omnia diffuſus ſonitu effectuque ſe prodat, nõ viſu: rebus terrenis nunc ſalutaris nũc exitioſus: ita ſpiritus Diuinus tacito atque ineffabili afflatu humanas mẽtes pulſat, agitat, impellit, rapit, inflammat, incitat, transformat, atque homines ex carnalibus ſpirituales efficit. Vt autem mens atque humanus animus diuino ſpiritu ſubſiſtit ac fouetur: ita corpus hoc ſpirabile atque animale externo aëre ac ſalubri aura non minus, quàm cibo ac potu recreatur. Eſt enim aëris ac ſpiritus, quem hauſtu

Ventus quid.

Ioan. 3.

Locus Euã gelicus explicatur.

Spiritus Diuinus aëreo ſpiritui comparatur.

ſtu intra corporis noſtri receſſus cõcipimus, non minus, quam alimentorũ vſus neceſſarius, abſque iſtis enim aliquouſq; ſubſiſtere poteſt humana natura, nam ſeptenis nouenisque diebus, vt aſſolet inedia tabeſcentibus, abſque verò aura circumfuſoque aëre ac flatibus, ne tantillo quidẽ momento perdurare poterit, quin ſuffocetur. Quò autẽ is purior ſit, ac min' habet contagij, eò corpori ſalubrior ac magis ſalutaris. Si enim aër contagioſus ſit ac peſtilens cibo vitioſo ac venenato eſt nocentior. Siquidẽ cibus vomitu excuti poteſt, ac caloris naturalis beneficio concoqui, at ſpiritus auraq; peſtifera nõ facile domari poteſt aut confici, vbi intimos corporis receſſus occupauit, nã confeſtim cor ac ſpiritus vitales inficit opprimitque. Quocirca cõmunis hic aër (qui reſpirationi ſubſeruit, & cuius adminiculo ſpiritũ hinc inde reciprocantem producimus atque attrahimus) accurate obſeruandus eſt. Nec minor habenda ratio, in ſtabilienda ſanitate, ventorum qui ab aëre promanant ac diffundũtur non ſolũ in libero apertoque aëre cui ſubinde nos exponimus, ſed etiam in cõſtruendis erigendisque ædibus, in conſtituendis porticibus,

Inedia quãdo perniciosa, & quouſque.

Spiritus vitioſus alimento nocentior.

ticibus,vestibulis, fenestris,ostijs, omnique prospectu, per quē in triclinia ac cœnacula externi flatus se ingerunt,quò salubri aura nos reficiant, non offendant graues atque insalubres halitus. Quod quum Hippocrates in peste quæ totam Asiam depopulabatur,ac Græciā exhausit,studiosē obseruaret: multa hominum milia ab illa vindicauit. Marcus quoque Varro quum Corcyræ esset, in omnibusque passim ædibus ægroti decumberent, inducto fenestris nouis Aquilone,atque obstructis quæ Austrum admitterent, ianuaque permutata, comites ac familiam incolumes reduxit. Sic apud Belgas maritimos,quoniam multę ciuitates Austro atque Africo sunt oppositę,homines plurima anni parte ægrotant, ac pituitæ fluxionibus sunt obnoxij. Quò spectat illud Victruuij: In insula Lesbo oppidum est Mytilene magnificenter ędificatum atq; eleganter,sed positum non prudenter,in qua ciuitate Auster quum flat, homines ægrotant, nam is ventus putredinis causam præbet, quum Corus Circio affinis ab occasu solstitiali spirās,vulgo Noordvvest,homines tussiunt, quum Septētrio atque Aquilo, restituuntur in salubritatem.

Obseruatio in cōstituēdis ianuis.

Hippocratis in peste consilium.

Varronis in peste cōsilium.

Li.1. ca. 5.

tem. Ex quibus liquidò apparet instabilis ventorum impetus humanis corporibus morbos inferre, ac valetudinẽ deteriorem efficere, quos si euitare atq; excludere liceat, minus morbis quemq; tẽtari contingat: aut si forte ex causa aliqua contracti fuerint, vbi flatibus noxijs actum præcluseris, expeditius sanescent ac consopiẽtur. Veteres, quoniam quatuor sunt cœli regiones ac limites, totidẽ constituerunt ventorũ discrimina, quos elegãti carmine complexus est Ouidius:

Venti cardinales quatuor.

Metam. lib. 1.

Eurus ad auroram Nabathæaque regna recessit,
Persidaque, & radijs iuga subdita matutinis.
Vesper & occiduo quæ littora Sole tepescunt,
Proxima sunt Zephyro. Scythiam septemque triones
Horrifer inuasit Boreas. Contraria Tellus
Nubibus assiduis, pluuioque madescit ab Austro.

De nro Ventorum.

Alij quibus visum est exactius omnia dimetiri, duodecim dinumerant. Nostra verò ætas nautarũ nauigatione edocta ob vastum ac spatiosum Oceani ambitũ marisque mediterranei longissimos tractos, duos & triginta statuunt, eosque in Versoria ac pixedula nautica, vulgo Cõpas, exhibitos, continenter intuentur, atque intempesta nocte etiam, cœloque nubilo ac caliginoso, illius vsu & commoditate cursum dirigũt, portusque destinatos assequuntur. Nec est recens aut nouitium inuen-

Pixis nautica duos & triginta ventos statuit.

inuentum hæc pixidecula, quum Plautus etiam huius meminerit:

Quin tu quod perijt, perijſſe ducis? Cape verſoriam, recipe te ad herum. — *Trinũ act. 4. ſcena. 3.*

Cæterùm viris politicis qui à nauigandi conſuetudine ſunt alieni, nõ tam ventorum numerus, quàm natura effectuſqúe excutiendi. Quiſquis enim ex Hippocratis præſcripto valetudini optimè conſultum velit, quadripartitas anni diſtinctiones (quatuor tempora noſtri vocant) obſeruet: denique ventos calidos frigidoſqúe, quibus omnes paſſim ſunt expoſiti. Habent enim momenti plurimũ ad tuendam valetudinem, ac morbos propulſandos ventorum concurſus & aëris conſtitutio. Siquidem non tam corpora, quàm animi hominũ mutationem ſubeunt, pro cœli ac ventorum ratione, ita vt etiã ſani aliter affecti ſint cœlo nubilo ac turbulẽto, aliter ſereno ac placido, aliter ſpirante Zephyro aut Fauonio, aliter ſęuiente Auſtro vel Africo, adeò vt non modò corpora ſint agiliora, ſed mentes etiam erectiores, expulſaqúe omni moroſitate, magis tractabiles, vbi cœlum ſuaui vernantiqúe aura, ac vento placido perfunditur. Cæterùm quò ſingula ad amuſſim exigantur, Ven-

De aëre & locis.

Aura & venti corpora immutant.

Animus ab aëris intemperie vitiatur.

Ventorum nomina doctis ac plebeijs vſi tata, conditiones, vires, effectuſqúe obiter percenſebo: quò quiſq; declinare poſſit, quæ nocitura videbuntur, atque ijs ſe tutò obijcere, quæ ſalutaria fore ſperat atque innoxia. Ab æquinoctiali ſeu vernali exortu, qui perficitur vbi Sol Arietem ſubit, Subſolanus progreditur, Ooſt Germanis, Lauante Italis, vētus magna ex parte ſalubris, & qui animi mētiſqúe nebulas diſcutit, antelucano autem ſubfrigidus eſt, meridie vergenteqúe in Auſtrum ſole, tepeſcit ac languidum calorem cōcipit, noſtrates Lau oft zoel vocant, quum corpora non æſtu immodico infeſtantur, ſed flaccido calore tepefacta langueſcūt ac nauſeāt, Belgæ vvanluſtich vocant, Cor. Celſus atque Ouidius Egelidum, quum inquit,

Subſolani venti qui ab ortu progreditur effectus.

Lib. 2.

Et gelidum Borean, egelidumque Notum.

Aeſtate autem media vbi ferueſcit Sol, æſtum Subſolanus excitat, ac flauam bilē accendit, ex cuius inflammatione febres ardentes pullulāt: Hieme verò paulò mitior eſt, ac minus quàm Aquilo, aſper ac rigidus. Eurus orientali vento affinis, effectuqúe proximus, ad læuam verſus meridiem nonnihil declinat, ſic dictus, quòd ab

Eurilocus et effectus.

ab auris procreandis mouendisque dilu culo, orto primùm Sole moueri incipiat, vulgo Ooſt zuydt ooſt, nã in illo cœli car dine Apeliotæ ſeu Subſolano aſſiſtit, nõ longo interuallo proximus. Aeſtiuis autẽ menſibus feruidus eſt, vrentesq; febres excitat: & quod in Belgica à me ſæpius obſeruatum eſt, graſſante morbo aliquo populari, vt illo ſpirãte aſſolet, carbũculos ac tumores cõtagioſos in inguine & ſub alis parturit, rubenteſq; puſtulas atq; exanthemata quæ in extima cute effloreſcunt atq; ebulliũt, quũ enim tepidi caloris ſit particeps, admixta ſcilicet nõnulla humiditatis portione, aliquã putredinis atq; inflãmationis cauſam ſanguini præbet. Hibernis verò mẽſibus intentiſſimũ frigus adfert, quod plerũq; nix ſubſequi ſolet, ac rigidiſſimæ pruinæ, adeò vt qui huic vẽto ſe exponũt, ęgrè nares, faciem, oculos, genas, à penetrabili vrẽtiq; frigore tueri poſſint: quę vis & Vulturno aſſcribitur vento violento ac pręferoci, quẽ in eodem ordine nonnulli collocãt, tametſi paulò ab Euro digrediatur. Proximum locum verſus meridiem ſortitur Euronotus Zuydtooſt, qui æſtate magna ex parte ſerenus eſt, tametſi nonnunquam non

Eurus aliquando peſtis cauſa eſt.

Eurus hieme frigidiſſimus.

Vulturni natura

Euronotus effectus æſtatis.

modò aëra, ſed etiam mentem nebulis ac caligine offundat, quũ enim aliquãdo turbulentus exiſtat, animo melancholiã adfert, ſed quæ facilè diſcutitur. Siquidẽ nõ acer eſt aut acerbus in cõcitandis humoribus, vt pleriq; alij, Vt autẽ marini fluctus ventorũ violentia intumeſcũt atque attollũtur: ita quoq; in humanis corporibus, eadem vi agitantur humores atque exæſtuant, quorum vapores ac fumi ſurſum delati, mentẽ inquietam reddũt, animumq́ue moroſum, difficilem, querulum, præfractũ, durum, intractabilẽ, adeò vt ſubſiſtente illa affectuum intemperie, nõ facilè ab huiuſmodi hominibus quicquam impetraueris, aut poſſis obtinere, præſertim mulierculis aut auaris ſeniculis: qui quum ſint ſuſpitioſi, odorãtur plerosq; inſidioſa quadã ciuilitate aliquid venari ac captare, quos indignatione quadã repulſos maledictis onerant, niſi fortè tempeſtiuè atq; in tempore, quod omnium primum eſt, ac præcipuũ, acceſſerint. Sunt enim qui dextrè ſua negotia perficiunt, ac captata occaſione, arreptaque opportunitate.

Simile à marinis fluctibus vento agitatis.

Venti etiã animo intemperiem adferunt.

Opportunitas captanda.

Ex Virgilio deſumptũ Aeneid. lib. 4.

Pertentant aditus, & quæ molliſſima fandi
Tempora, quis rebus dexter modus.

Quo-

Quo circà quũ multa ſint quæ naturę humanę cõditionẽ permutare ſunt idonea, tũ maximè ventorum concurſus auræq́; inſtabiles motus, quorũ impulſu non modò corpora, ſed ſpiritus animalis incommoda percipit, ipſaq́; mẽs intẽperie quadam afficiatur, adeò vt pro aëris flatuum varietate, modò nubila exiſtat ac turbida, modò ſerena, placida, ſedata: quãquã victus vitæque intemperantia multũ momenti adferat in conſtituendo corporis habitu, fouendisq́; affectibus. Inter ventos autẽ qui hominibus maximè infeſti ſunt, ac valetudini officiunt, Auſtrũ refero Zuydt, natura effectuq́; calidũ ac humidum. Eo ſiquidẽ flante terra madeſcit imbribus, atque humore affatim perfunditur, quò fit vt corpora prõptiſſimè putreſcant, atque humores corruptelas concipiat, Catarrhos quoq; excitat ac defluxus in fauces, vocalẽ arteriã ac pulmones, hinc coryſæ, raucedines, tuſſes, morbi comitiales, vertigines, lethargus, apoplexia, lippitudines, ſurditates, auriũ tinnitus, multaq́; alia quæ cumulatè ſpirãte Auſtro emergũt ac ſcaturiũt. Obſeruaui autẽ ſæpius diuturno eius flatu grauidas abortire, ac partum excutere, obortoque

Auſter inſtabilis.

Auſter quos morbos excitet.

immodico profluuio periclitari. Quum enim partes corporis, ligamenta, nerui, musculi, mẽbranæ, ansæ, omenta quæ gestando oneri inseruiunt, flaccescere incipiãt, ipsumq; vterũ cõcepto humore nimio, lubricũ fieri ac sensim dilatari cõtingat: fieri nequit, vt natura onus perferat, ac legitimũ gestationis tẽpus assequatur, præsertim vbi post siccitatẽ ac squalores humida tẽpestas inciderit, quę quum siccis ac biliosis corporibus nõ incõmoda, tũ pituitosis atq; humidis, nempe pueris ac mulieribus, quiq; palustria atq; vliginosa loca incolunt, cũ primis noxia eoq; fit vt infantes atq; impuberes implacabili tussi infestentur, kindt hoest Belgæ vocant, quod singultu quodã prodeat, nullis admissis inducijs, aut respirãdi spatio. Quũ enim continenter ac laboriose, nullaque interposita mora tussiunt: irritus tamen est conatus, nec quicquam proficiunt, adeò vt intercepto occlusoque anhelitu, suffocatio immineat, atq; obturatis spirandi fistulis anima ac spiritus qui vltrò citroque cõmeat ac reciprocatur, postico prodeat erumpatque non sine maximo vitæ discrimine, nisi natibus vtroq; genu arctè cõpressis illũ cohibeas ac reprimas:

Austri incommoda in excutiẽdo partu.

Auster biliosis non incommodat.

Auster pituitosis noxius.

Tussis à liquido humore molestus.

Tussis pueros strangulans.

primas: quo ſpiritus qui immerſo ac præpoſtero tramite ſibi viã molitur, atq; aliũdè erũpere geſtit, reſiliat, aſſuetaſq; ſpirãdi fiſtulas repetat. Contrahitur autẽ hoc tuſſis genus ex humore tenui ac fluido, qui nõ conglobatur aut cõcreſcit, ſed in pulmonis cõceptacula effunditur ac diffluit, adeò vt naturæ vis ac facultas tam liquidum excrementum nec coarctũ aut cõcretũ expellere nequeat. Vt enim gutta aquæ aut alterius liquoris in tabulam aut planicie effuſa nõ coit, ſed diffunditur ac diſſipatur, ita vt primorib° digitis præhẽdi nõ queat: ita humor is è capite in fauces ac vocalẽ arteriã, pulmonũq́ue fibras delapſus ſubduci nequit, quãquam natura cõtinẽti tuſſi hunc excuſſiſſe laborat, ſed fruſtra, quoniã ob tenuitatẽ cõtactum ſubterfugiat atque elabatur: craſſa quoq; pituita, quæ tanquã viſcus pulmoni inhæret, nõ minus, quàm tenuis homines fatigat, ſed nullo ſtrangulandi periculo. Hos itaque morbos ac valetudinis incõmoda Auſtrini flatus corporibus inferunt, multiſq́; alijs cauſam præbent ac ſeminarium. Siquidem liquefactis diffuſiſq́ue vndique humoribus tumores articulares, ac dolores podagrici excitantur,

Simile à re liquida & fluida.

Auſter articulares dolores mouet.

quibus afflictę ſingulę corporis partes ad omnes functiones ac munia redduntur inidoneæ. Quòd verò ad internas vires atque animi munera attinet: mens, flãte Auſtro, languida eſt, demiſſa, ſtupida, deiecta, ſomniculoſa, & quæ oſcitanter omnia aggrediatur. Hæc quoq; vis in rebus inanimatis ſe profert ac vires exerit. Siquidẽ obſeruamus, ſpirante Noto, in ędibus omnia flacceſcere ac madida eſſe, lintea, lodices, tegeticulas, ſtragula, papyrũ, mẽbranas, chartas geographicas, reliquáque ſuppellectilem: paludes quoq; ac ſtagna, amnes, flumina, Oceanum, turbida ſpectari atq; vmbroſa: Spirãte autẽ Aquilone, omnia pellucida, clara, ſplẽdida, defecata, ita vt fundus ſit conſpicuus, omniaque in imo ſe ſpectanda proferant. Simile quiddam accidit in ſanguine & humoribus, quorum ſordes & feces emergunt Auſtrinis flatibus, ac menti caliginem inferunt: recondunt verò ſe ac ſubſident, flãte vel Subſolano vel Zephyro, álijſque ventis placidis perſpirantibus, hinc maxima in animis hominum alacritas, mentiſque erectio, vbi cœlum Solis ſplendore niteſcit: maxima contractio, animiq; mœror & deiectio, ſiquãdo aura cali-

Auſter animo grauis.

Auſter omnia obnubilat Aquilo ſerenat.

Aër ſerenus mentẽ exhilarat.

caliginosa est ac nubila, ventiqúe turbulenti sæuiunt. Similiratione imminentibus pluuijs, spirãteq; vel Noto, vel Africo, cloacæ, stagna, paludes, foricę, latrinę, aliaq; loca proluendis sordibus destinata graues halitus effundunt, atque esculenta quæq; vitiant, ita vt minus diu asseruari possint.

Noto spirãte paludes olidæ.

Venti collaterales atque intermedij, qui à meridie nonnihil declinant, ac versus Occasum hibernum paululum deflectunt, pares cum Austro & Africo vires obtinent, inter quos refertur Lybonotus atque Austroafricus Zuydt Zuydt vvest, ab illa enim cœli plaga proruit vẽtus turbidus ac nimbosus, nõ minus corpori, quàm animo mentiqúe infestus: habent enim eam vim flatus impetuosi, vt humores in imis visceribus, velut sentinam in nauibus, commoueant: quorum fumis & vaporibus agitata mens, intemperies concipit, affectibus commouetur, incandescit, tumultuatur, inquieta est, ac non secus, quàm Oceanus, æstuat ac feruescit, ita vt spiritus quoque aërei ac mali Genij aliquando se tempestatibus ingerant, ac faces ministrent, mentiqúe humanæ se tacitè ac latenter

Lybonoti & Austroafrici natura.

Genij mali ad inferenda damna præsto.

insinuet, eamque vexent, lacerent, exagitent. Vulgare est autem apud Belgas plerosq; emotæ mentis, & quibus sensus diminuti sunt, aut spiritus animalis vitiosa aliqua qualitate imbutus, triduo etiã antequam tempestates ac venti ingruant, tumultuari, omnesque vicos, compita, plateas, angiportus circumire ac concursare modò silentes ac taciturnos, modò clamosos atque obstrepentes, ita vt vulgus dictitare soleat, Suborituram aëris intemperiem, atque vt ferè assolet, imminere tempestates, imbres, procellas, turbines: E contra vbi sudum est cœlum, ac tranquillum, ventisque placidum existit: omnibus se comes præbent, blandos, suaues, affabiles, festiuos, lepidos, sic tamen vt ridiculos subinde mores ac facetos exprimere non desinant, ex quibus facilè coniecturã feceris, quo sint corporis habitu, qua mentis constitutione.

Mens quibus vacillat, ab aëre citò offenduntur.

Vulgare dictum apud Belgas.

Cæterùm inter ventos qui in Austri confinio constituti, ab Occasu hiberno perflant, nullus Africo, vulgo Zuydtvvest, impetuosior, aut procellis fœcundior, nam tonitrua ac fulmina æstiuis mensibus profert, sæuasque tempestates parit,

Africi natura.

parit,adeò vt culmina conuellat, ſata proſternat,naues in vada ac ſcopulos illiſas,ad naufragia impellat,æſtate tamẽ,quàm hieme,minus diuturnus, vt enim ſubitò exoritur,ac furibundus eſt: ita confeſtim deſinit ac conſopitur, acuit autem huius iras ventus ille quem Horatius Iapiga vocat, VVeſt Zuydt vveſt, omniaque exaſperat, & ſæuiora efficit: qui etiam magna anni parte ſtationẽ ſuam conſtanter tuetur, expulſiſque alijs ineunte hieme continenter ſpirat, maximo nauigantium incommodo: æſtate autem media magis placidus eſt, ac minus turbulentus. Qui verò ab æquinoctiali Occaſu ſe proferunt,nempe Zephyri ac Fauonij,VVeſt,Italis ponẽte, ineunte vere atque hirundine prima, placidi ſunt,amœni,blandi,ſuaues,quiqúe omnia fouent ac recreant, ſiquidem moderato Solis calore tepefacti,ſtirpes ac floſculos eliciunt, omniáque rediuiua præſtãt ac renouant, adeò vt etiam ſanguinem ac ſynceros humores,qui hieme delituerunt, proferunt,diſcuſſaque mœſtitia atq; animi nebulis,mentem hilaritate ac lætitia reficiunt. Deſinente tamen autumno, anniq; circuitu in hiemem inclinato,Venti Occidentales inclementer ſæuiunt, terraſque ac ma-

Iapix ventus.

Fauonij natura.

ac maria, turbulenta tempestate concutiunt: in excitandis verò morbis frigidis ac pituitosis non minus, quàm Austrini flatus, noxij sunt ac pernicioſi. Venti autem Occidenti ac Septentrioni confines ac finitimi tres enumerantur, Corus siue Argestes, VVest noordt vvest, Circius ab occasu solstitiali Noordt vvest, Thracius Noordt noordt vvest, venti omnes validi, qui marinos fluctus furenter quatiunt, diruptisque ac conuulsis aggeribus Oceanũ in continentem longè lateque deuehunt, duabus autem anni partibus potissimum, vigent, declinante autumno, atque aduentante vere: præsertim mense martis quib⁹ temporibus grandines, nimbos, procellas, fulmina è sublimi deijciunt, ita vt vno temporis momento, aut perexiguo saltẽ interuallo tres illi inter se conglomerati, proruant, magnaque detrimenta hominibus, satisque inferant. Emergunt autem ex ijs ac pleriſque alijs repentini, subitique flatus, qui incõcitatissima aëris intemperie, ignitos globos, ardentesque faces eiaculantur, vt Præster, Ecnephias, ventusque Typhonicus Paulo apostolo infestus. Obseruata sunt hæc superioribus sæculis, quum alijs, tum maximè Virgilio, qui ea hisce versibus com-

Cori & eorũ qui illi affines sunt, natura.

Actо. 27.

complexus est,quæ singulis anni temporibus non sine insigni clade,atq; annonæ iactura nobis obueniunt,

Quid tempestates autumni,& sidera dicam?
Atque vbi iam breuior q; dies,& mollior æstas,
Quæ vigilanda viris,vel quum ruit imbriferum ver.
Sæpe ego,quum flauis messorem induceret aruis
Agricola,& fragili iam stringeret omnia culmo,
Omnia ventorum concurrere prælia vidi,
Quæ grauidam latè segetem ab radicibus imis,
Sublime expulsam eruerent,ita turbine nigro,
Et pluuia ingenti sata læta,hominumque labores
Diluunt, Georg.li.2

Corporibus quoque,quæ non minus, quã culmina conuellũt, multos morbos inferunt.Siquidẽ vere & autũno, tũ præsertim mẽse Martio,articulis,neruis,musculis,mẽbranis,tendinibus puncturas,rigores, cõtractiones,palpitationes,lassitudines vlceroſas accumulant, ita vt sic affecti, futuræ tempestatis prognostica edãt, & qualis sit exoritura aëris intemperies, indubitanter denuncient ac præsagiant, nostri VVeervvijs vocant,hoc est,euenturę tempestatis præscios, quales ferè sunt valetudinarij, quiq́ue morbida ac ficosa cadauera circũferunt.Et quemadmodum huiusmodi venti morbos ac febres, multaq́ue valetudinis detrimenta adferunt, ac sanitatem vitiant:ita solo fœcundo ac fertili,excultisq; agris ad sementẽ atq; vberẽ messẽ officiũt.

Valetudinarij aurę iniurijs obnoxij.

Aura rigida satis noxia.

Terra

Terra ſiquidem non minus vento rigido perflata, quàm pluuia triſti atque inſuaui madefacta, non ſalutares herbas, ſed loliũ, zizania, ſentes, carduos, lappas, tribulos, vepres profert, quæ ſata ſtrangulant, niſi ſedulò extirpentur. His proxime adſiſtit Septentrionalis Noordt, Italis Tramontano nonnullo ad ortum progreſſu, Aparetias Noordt, noordt ooſt, Aquilo ſeu Boreas ab æſtiuo ac ſolſtitiali ortu mediũ locũ tuetur, Noordt ooſt. Cecias verò Ooſt, noord ooſt. ab Aquilone Subſolano ſeu Apeliota ſtipatur. Septentrionarius natura effectuq; frigidus & ſiccus exiſtit, magna ex parte ſerenus, licet aliquando pluuius, mitigat autem Cori ac Circij ferociam, vbi enim plus ſatis ſęuitum eſt, ac iam propemodum ſunt defeſſi, in ventũ Septentrionalem ferè deſinunt, ſic vt mox aura miteſcat, ac tẽpeſtas ſopiatur, quocirca vnicè eò transferri cupiunt hos ventos indiginę, nam ſi verſus Auſtrum ferantur, recrudeſcit intẽperies ferocius, ac rurſus nouas vires cõcipit, quò fit vt quotãnis multæ roſtratæ naues, ac vaſtæ Holcades periclitentur, atque in ipſo ferè portus aditu in breuia & ſyrtes, vadaque cæca ac latentia illiſæ diſſoluantur, incredibili mercium iactura ac diſpẽdio.

Septentrionalis venti natura.

dio. Quocirca ventus Septentrionalis nó solum Coro & Circio salubrior, sed etiam sedatior, atque in concitandis ciendisque tempestatibus mitior: tametsi hibernis aliquando mensibus rigidus sit, ac violenter spiret, quo fit catarrhos excitet, pleuritidas, atque angiuas, sed alia, quàm Auster, ratione. Siquidem spirante Noto humores liquefacti, sponte dissoluuntur, atque è capite in subiectas partes defluunt. Septentrionali verò atque Aquilonio flatu, quoniam constringi contingat musculos ac membranas, pituita exprimitur, quemadmodum complicatis compressisque in pugnum digitus, ex spongia aquam extũdimus. Quacunque autem anni parte hi vẽti spirant, frigore corpora afficiunt, meatus constipant, aëris contagia dissipant, coactoque intus calore natiuo, concoctioni auxiliantur. Quum autem Austrini flatus, dissoluta corporis compage, membrisque languore ac veterno affectis, homines somniculosos efficiant, oscitantes, flaccidos, veternosos, nauseantes, desides, atque ad obeundas vllas functiones aut exercitationes imparatos. Tum Aquilonij Hippocrate teste, agiles præstant viuidos, erectos, alacres, gesticulosos, atque ad quiduis aptos,

Auster & Aquilo diuersa ratione catharros mouẽt.

Simile à spongia cũ pressione.

li. 3. Apho.

aptos, præsertim quibus habitus est humidior, ijs enim naturę munera ac functiones melius perficiuntur, omniaque salubrius procedunt, quemadmodum siccis aridisq; corporibus, humidus cœli status salutaris, eo enim minus frigore rigent, aut vruntur colore. Quũ itaque duo isti venti Auster & Aquilo, illisque vtrinque affines in tota ferè Europa vicissitudines anniuersarias cõstituant, præ cæteris hos obseruãdos cẽseo nullus enim ventorũ per totũ anni circuitũ spirat cõstantius, siquidẽ cessante sopitoq; altero, alter exoritur, suamq; stationẽ tuetur: tametsi cæteri paulò ante memorati suas vices etiã sortiantnr, sed qui celeri conquiescant ac desinant. Quocirca horũ vtriusq, habenda ratio, nõ solum in tuenda valetudine, profligandisq; incõmodis, sed quum iter ingredimur, aut quum terra marique nos aëri committimus. Hoc enim longa obseruatione compertum habeo, Aquilonem noctu exortum non esse diuturnum, aut stabilem, nec triduo in ea statione atque ijs excubijs consistere: quod Aristotele teste, etiam Homerus dum Vlyssis errore prosequitur, indicauit,

Auster & Aquilo præcipui in mouendo aëre.

Tertia lux nunquam nocturno Aquilone laborat:

Quod

Quod eo fit, quoniam exhalationes ac materiam minus copiosam sit nactus, quibus subsistere possit, ac diuturniores flatus perficere. Siquidem motus atque agitatio aëris qui ventum efficit, ab eoque vires & incrementa concipit, debilis est, imbecillis, tenuis, exiguus, ita vt vires desint quarum adminiculo progredi posset, ac se diutius proferre, efficique diuturnus. Vt enim in morbis ac febribus humorum copia ac redundantia omnia grauiora, magisque diuturna facit, atque insultum producit: ita vehemens aëris concitatio, atque exhalationum vaporumque qui è terra emanant, creber densusque concursus ventos exasperant, atque illos quum violentos, tum diuturnos efficiunt. Et quemadmodum ignis confestim extinguitur, vbi arida nutrimenta desiderantur, ac fomites desinunt: ita Aquilo, intempesta nocte, vel ipso noctis crepusculo exortus, mox euanescit, ac stationem deserit: eoq; fit vt exercitati nautæ non temerè Aquiloni fidant ad primum intuitum, nec quiddam aggrediantur, nisi triduanus sit: quum Auster primi diei exortu spem fulciat nautis, diuturnum fore ac spiraturum constantius: Quòd ipsum apud Italos naucleri ac

Aquilo quãdo minus diuturnus.

Simile ab insultu febrili.

Simile ab ignis fomite ac nutrimento.

na-

Pilotæ seu naucleri ventorum obseruantissimi.

nauarchi, qui vulgari idiomate Pilotæ & Admiraldi dicuntur, Prouerbio designãt, Νότος πρῶτος, Βορέας τρίτος:

Andreas ab Aurea exercitatus nauarchus.

Cui sententiæ quum esset addictus Andreas ab Aurea architalassus, hoc est, Cæsarianæ classis apud Genuenses præfectus, Carolo imperatori eius nominis Quinto id obseruandum consuluit. Siquidem qui in Africam expeditionem meditaretur, ac Cæsar ad primum Aquilonis conspectum, Mauros adoriri tentaret, admonuit alter, non incitandas triremes, nec classem mari committendã, nisi Boreas seu vẽtus Aquilonius triduum substitisset: Austro verò ingruente, euestigio, primaq; luce in alũ ducendas naues, ac confestim, nullaq; mora, si omnia adornata sint, suisque armamẽtis abundè instructa classis, nauigationem instituendam, velaque exponẽda flatibus: non enim metuẽdum, ne mox desinat, aut minus futurus sit diuturnus: quum ferè nebulis densisque nubibus fultus, ac caligine stipatus, diuturnitatis, ac constantię spẽ præbeat.

Andreas ab Aurea quid Carolo Cæsari consuluit.

Cæcias cuius naturæ

Cæcias Orientali vento, minimo interuallo à dextra proximus, minus Aquilone violentus est, aut sonorus, nec frigore tam penetrabili, flatuque rigido, quod Soli sit vici-

vicinior: conuoluit autem ac conglomerat nubes, illasque cõglobatas ad se allicit, quoniam retortæ aliarum nubium, vel mõtium obiectu resiliant: quod in fluminibº, atque amnibus, ipsoque Oceani fluxu sæpius obseruaui, in quibus non continuato cursu, obseruatoq; alueo fertur ac voluitur fluctus, sed vtrinque circa littoris oras, ac ripæ extremitates reflectitur ac retorquetur, auerso scilicet ac deflexo, contortoq; dextrorsum ac siniſtrorsum cursu, nec aliam huius rei excogitari posse rationem video. Ex huius autem venti natura Prouerbium manauit in improbos, Mala ad se attrahens, vti Cæcias nubes, vt nunc passim factitant nocturni oppressores, qui cõglobati intempesta nocte ædes subruunt, atque excruciato hospite, adactisque domesticis ad commonstrandũ thesaurũ, omnia conuasant, ac diripiunt, kneuelaers nũc passim appellantur à violentia quã inferũt ac contorquendis hominũ membris. Cæterùm vt ex rebus naturæ salubre aliquod documentũ eruatur, hoc cuiq; persuasum cupio omnes istos aëris ac naturæ effectus à nutu atq; arbitrio summi opificis pendere, eiusq; vi perfici. Siquidẽ ignis, grando, nix, pruina, glacies, turbines, ac spiritus

Cæcias qua ratione nubes trahat.

Prouerbiũ in improbos.

Psal. 148.

procellarũ obsequuntur verbo illius. Ipse enim mittit niuẽ sicut lanã, nebulã sicut cinerem spargit: qui iacit grandinem frustulatim, atq; efficit, vt omnia glacie constrata sint, tanquam planicies, adeò vt nemo à frigore eorum possit subsistere: Ipse eadẽ, incitato flatu liquefacit, ac confestim in pluuiam resoluit. Ipse aufert Eurũ, atq; in virtute sua inducit Africum. Ipse dominatur potestati maris, motum autẽ fluctuum eius compescit ac mitigat. Ipse producit ventũ vrentem, & arescere facit germina terræ. Patitur quidẽ Deus mundum hunc, atque vniuersi naturã ferri, voluiq́ue suo ordine ac modo, vt initio constituit, elementa, sidera, Oceanũ, ventorũ impetus, veris, æstatis, autumni, hiemis discriminata tempora, sic tamen vt penes eùm horum sit potestas & imperium. Siquidem vbi illi visum est, & expedire videtur, quædam in scelerum vindictam exasperat, ac sæuiora efficit, multasq́ue clades ac damna horum ministerio hominibus infert, quò mentes sopore oppressas sopitasq́ue ac delicijs indormiẽtes excitet, sic enim religionis desertoribus minitatur: Quòd si præceptis meis nõ fueritis obsequuti, persequar vos tabe, morbis, ac febribus, animiq́ue tædio, ac mœrore:

Psal. 77.

Psal. 68.

Aggæi 1. et 2.

Deus elementis vtitur ad inferenda damna.

Leuitici 26

re: dabo vobis cœlum ferreum, & terram æneam, ita vt nequicquam ac fruſtra vires conſumentibus neque terra fruges, neque arbores fructus proferant. Sic apud alios expoſtulat cum populo ſuo: Excitaui vobis ventum vrentem, quo rubigine atque vredine vos afflixi, veſtroſq; hortos, oliueta, vineas, ficeta conſumpſit bruchus & eruca, nec tamen ad me eſtis reuerſi, dicit Dominus: Quò euenit, teſte vate alio, Vt terra rorẽ, pluuias atq; imbres deneget, omniaque ſata ardore, rubigine, grandine infeſtentur. Quę documento ſunt, ac quemque erudiunt, tempeſtates, nimbos, grandines, tonitrua, fulmina, turbines, ex naturalium quidem cauſarum progreſſu exoriri, ſed quæ recrudeſcant, atque homines diuexent atrocius, vbi Deus illos caſtigatos ad frugem reuocat, qui vbi reſipiſcente homine, factus eſt placatior, ac furor mitigatus deferbuit, calamitates tranſfert, immutat, cohibet, imminuit, omniaq; feliciora pollicetur, nempe vberem annonæ prouẽtum, agros fœcundos ac fertiles, tempeſtiuam pluuiam, meſſem copioſam, trituram, vindemiam, greges, armenta, pecora quæ voto reſpondeant, corpus ſalubre, ac vegetum, vires firmas, facultates ac res familia-

Amos 4.

Agg. 1. 2.

Deut. 28.

res ſtabiles,animum verò impauidum, trã-
quillum,ſecurum, quietum, infractum, &
qui fiducia Diuinitatis,vnde mentem hau
Pſalm.90 ſtã ac libatam obtinemus,non facilè expal
leſcat metu,aut timore concutiatur.

DE PIXIDE NAVTICA,VVL-go Compas,quam Plautus Verſoriam vocat, cuius obtutu atq; obſeruatione naucleris velificatio perficitur & qua vi ac ratione continenter ſeptẽtrione. obuertatur.

Caput IIII.

QVum ventorum paulò ante habita ſit ratio,eamqúe fuſius explicaſſe viſus ſim: reſtat vt de Verſoria nonnihil proferam, quandoquidem nautæ huius vſu & commoditate nauigationem inſtituunt, ac lõga maris ſpatia,tractuſqúe Oceani immenſos,denique locorum ſitum ac diſtantiam dimetiuntur, & quantum viæ peractũ ſit, & quid reſtet peragrandũ, exactiſſimè explorant,omniaque ad hanc pixidulam, tãquam amuſſim,exigunt: quam vim conſequitur ex magnetis aut lapidis Lydij attrictu,qui ſingulari vi pollet in attrahendo ferro,niſi oleo aut pingui aliqua re oblitus ſit tunc

Verſoria Septentrionis index ex vi magnetis.

tunc enim id respuit, hic nostratibus Zeylsteen vocatur, quòd eo cursum nautę instituant, ac securè velificentur. Subest huic pixideculę rotula quędam versatilis, papyracea: plana, circinatę rotunditatis, tenui ac bipartito ferramento suffulta, in cuius centro seu medio turricula ęnea acuminata (nã ferrũ rei effectũ eo loco impediret) affixa est, quæ stilo aut cuspidi acutissimæ insistit, eoq; hinc inde in æquilibrio voluitur, atq; vbi conquiescit, pars illa quæ lilij imagine inscripta est, & in quam ferramentum magnete confricatũ desinit, stabiliter Septentrioni obuertitur, polũq; Arcticum respectat, quocunque etiã contorto clauo nauis impellitur. Producuntur autẽ in huiꝰ rotulæ circulo à centro ad circumferentiã æquali distantia duæ & triginta lineæ, quæ & vẽtos ac cœli cardines designant, terræque ac maris spatia portubus distincta cõmonstrant, ac numeratis reuolutis clepsydris, aut, vt nunc vsus est, defluente arena, clepsammis quantũ ítineris emensum sit, & quid emitiendũ, quantoq; interuallo à loco quò properant, absint, exactissimè dinumerant ac metiuntur. Qua autem vi magnes in Versoria hęc perficiat, qui ex aduerso Septentrioni se opponit, eamque

Oleũ magneti vim attrahendi eripit.

Versoria ex quibus constet eiusq; descriptio.

Nautæ clepsydris vtũtur.

Magnes qua ratione ferrum alliciat.

cœli partem obtuetur, non facile ratione expediri potest: quanquam multorum ingenia anxie torserit huius rei inuestigatio. Sunt qui in mutuum consensum ac cõcordiam referant, qua alter alteri similitudini ratione qua perficitur attractio, mirificè afficiatur, sic vt magnes odoretur ferrum in

Simile à vulturũ sagacitate.

montibus Septentrionalibus, ex quibus erutus est: non secus quàm vultures, naturæ sagacitate, cadauera maxima locorum distantia, biduo etiam, vt plerique opinantur, antequam cædes facta sit: Multa autem perfici occulta, abditaqúe facultate, quorum non facile ratio iniri potest, palam est, ita vt effectum rei conspiciamus, causam verò ignoremus. Sic Rhabarbarum & Scamonium flauam bilem expurgant, epithimum, polypodion, sena humorem melancholicum, Agaricus pituitam, Succinum,

Vnde herbis purgãdi efficacia.

Gagates lapis, adamas festucas ac paleas allicit, Argentum viuum auro afficitur, eiqúe maritari gaudet: Quam vim etiam herbis inesse spectamus, ita vt nonnullæ mutuo complexu ac vicinitate delectentur: aliæ

Solarium quod solem cõmonstrat

inter se dissideant, ac contactum alterius respuant. Simili quoque affectu & inclinatione magnes ista perficit in hac pixide, ac Solariis minutis, quibus iter ingressi ad solem

solem horas exploramus, vbi extrema ferri pars expolita, non rubigine vitiata, hoc lapide confricata est, quæ semper Septentrioni obuersa polum commonstrat, qui Epibatis, hoc est, viris nauticis Leije dicitur, quæ vox à deducendo nomen sortita est, vt Leydsman ductor & comes itineris, cuius adminiculo cursum dirigimus: veteribus Cynosura denominata, atque vrsa minor, longo vsu & experientia obseruata æquor sulcantibus, quoniam fixa est, & immota. Vrsa autem maior Elice vocatur, cuius Cicero in Academicis meminit, huiusmodi propemodum verbis: Meas cogitationes dirigo non ad illam paruulã Cynosuram, sed ad Elicen & clarissimos Septentriones, id est, rationes has latiore spatio, non ad tenue elimatas, eoqúe fit vt errem & vager latius. Quo indicat fusissima se consectari ac laxatis velis diuagari lati°: tametsi certior cursus sit, ac minus deuius, qui inspecta Cynosura perficitur: quod ipsum Aratus admonuit.

Epibata eẽ bootsman.

Cynosuræ vulgo leije nautis.

Lib. 4.

Hic Iouis altrices Elicé, Cynosuraque fulgent.
Dat Graijs Elice cursus maioribus astris,
Phœnicas Cynosura regit: sed candida tota
Certior est Cynosura tamen sulcantibus æquor,
Quippe breuis, totam fido se cardine vertit.

In Phœnomi.

Simile Ciceroni à polo desumptum.

Desumitur autem Ciceroni hic loquẽdi tropus à nautarum consuetudine, quorum alij qui exactissimè omnia student dimetiri, oculis in minorem vrsam sunt defixi, alij qui minus rigidè omnia obseruant, nec in vllis angustijs sunt constituti, vrsam maiorem intuentur. Ita Cicero qui non vult arcta atque astricta consectari, sed latos ac spatiosos Rhetorum campos obambulare, Elicen seu maiorem vrsam sibi, tanquam scopum defigit, ita enim diuagari licet, ac longius progredi, vt qui nullis certis limitibus concluduntur: securior verò est velificatio & certior, minusqúe digreditur extra stationem nauigium, vbi vrsa minor, (quæ propriè nostratibus Polus dicitur, populari voce Leye, hoc est, ductor in dirigendo cursu) inspicitur. Nostri verò naucleri præter Polum quem non oscitanter obseruant, Pixidem hanc versatilem continenter intuentur, cuius vsu & commoditate etiã intempesta nocte ac densissimis tenebris, atraque caligine: clauo affixi nauem dirigunt, An autem hoc instrumentum nauticum superioribus sæculis extitit, an nostro ld æuo excogitatum, non ausim certò pronunciare: hoc tamẽ mihi persuadeo Plautinam

Ciceronis locus in Academicis explicatus.

Versoria an recens inuenta.

tinam illam Verſoriam aut eandem eſſe cum hac noſtra, aut illi affinem: quanquam, vt opinor, hæc Pixidecula noſtro iam tempore magis exculta ſit, elimata, expolita, omniaque exactius demõſtret. Quum autem Pœni ac Carthaginenſes nauigãdi periti vltra bis mille annos nõ ſolum maris mediterranei portus ac littora frequentarent, ſed in Oceanum longius progreſſi, inſtructiſſima claſſe totum Mauritaniæ ambitum perluſtrarent: veriſimile non eſt, huius rei vſum illis defuiſſe: ne commemorẽ Tyrios ac Sidonios, apud quos Ezechiele teſte, maxima olim erat negotiatio ac nauigandi peritia: ac præter hos, Solomonis naucleros qui claſſe per mare rubrum ac ſinum Perſicũ deducta, quà aditus in Indiã patet (Ophir Iudæis appellatam) immenſam auri vim, ac ſimias, pauones, elephantos, gemmas adferebant, vt nunc Luſitani factitãt, qui hunc nauigationis curſum vix anni curriculo perficiunt. Quocirca non facile cuiquam perſuaderi debet illis temporibus ignorata fuiſſe hæc velificãdi adminicula, præſertim ſæculo tam felici, tãtiſque artificibus induſtrijs, ac ſolertibus fœcundo. Fieri autem poteſt, vt ob Bar-

Carthaginenſes nauigandi periti.

Cap. 27.

Regum. 3. cap. 10.

Multa in rerum natura exoleſcunt.

barorum incursiones, vastitates, cædes, incendia, populationes tam salutare instrumentum interciderit, extinctis etiã oppressisq; artificibus: rursus, pacatis rebus, ac sopito tumultu bellico, cura atq; industria hominum (quorum ingenia inuentioni rerum accõmoda) postliminio in vsum sit reuocatum. Ita nõ desunt qui asserant multa superioribus annis in vsu fuisse, quæ nobis nunc noua videntur, ac recens excogitata: quod ipsum Solomõ constanter asseuerat. Quicquid inquit, olim fuit, nũc est, & simile illi quod paulò post futurum, quicquid factũ est olim, nunc existit, & illo intercidente postmodum renouabitur. Obiter nihil sub sole nouum, & siquid velut nouum ac recens ostẽdatur, id priscis sæculis aliquãdo extitit, nec futura est apud posteros memoria eorum, quæ nunc vigent, quoniã interitura sunt, ac vetustate exolescent. Sic nonnulla videtur olim fuisse imprimendi ars, vt quibusdam placet, ex vetustis picturis, sigillis, annulis, nomismatis, in quibus literarũ characteres graphicè velut typis expressi conspiciuntur, neque enim illi ætati cælatores atque artifices defuerunt: quanquam, si à veteribus tale quid-

Eccle. 1.

Solomoni nihil nouũ.

Ars impressoria an vetusta.

quiddam excogitatum sit, vt nemo debita laude fraudandus, fateri quisque debeat omnia minus fuisse exculta, nitida, subtilia, elimata, nec tam spectabili literarum varietate exornata atque expolita. Bombardas quoque tormentaq; ænea ac ferrea, tum Sclopetas manuales cæteris habiliores, ac magis tractabiles, vulgo Pistoletten oft Sincroeren, quod manu capulo illorum, tāquam clauo, admota, excussisque è silice scintillis, in obuios detorqueant, superioribus sæculis extitisse, nonnulli ex Virgilianis hisce versibus contendunt:

Bombardæ an olim fuerint.

Vili & crudeles dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Iouis, & sonitus mutatur Olympi:
Quattuor hic inuectus equis, at lampada quassans,
Per Græûm populos, mediæque per Elidis vrbem
Ibat ouans, Diûmque sibi poscebat honores
Demens, qui nymbos, & non imitabile fulmen
Aere & cornipedum cursu, simulabat equorum.

Aeneid. Lib. 6.

Quanquã omnia ista dubia sint, nec certi quid de ijs statui possit, vt quæ forte aliud quiddam designent: De Versoria verò alia est ratio, quum enim Polus ac Cynosura, oppositis obiectisque nubibus, atque offusa caligine, oculis nauigantium se subducat, nec semper sit conspicua, ita vt periculum vndique immineat: certò statui potest in tanta olim nauiga-

uigationis frequentia, illi ætati non defuisse hæc velificationis adiumenta. Nec me fugit Philandrum æditis in Vitruuiũ cõmentarijs cumprimis eruditis, in ea esse sententia, vt credat hanc Pixidiculã, quæ Chalybis ac magnetis vi polum velut indice demonstrat, non ita multo retro sæculis, in Campaniæ oppido Amalthis fabricatam. Verùm ego existimo id instrumentum non inibi, nec eo tempore repertum, aut nostra memoria excogitatum, sed interpolatum, hoc est, renouatione quadam instauratum, illosque artifices effecisse, vt exactè atque adamussim, nullaque sui parte claudicante nutãteque perpendiculo seu virgula, verticẽ cœli, hoc est, polum qui duplici cardine se prodit, iudicaret, quò cursu magis secundo atque optato successu quaquauersum nauis dirigatur, omniaque ex voto atque animi sentẽtia perficiantur. Quocirca veteribus huius vsum non defuisse, atque illius obseruatione maris spatia cõsueuisse dimetiri Plaut° expressè his versibus indicasse visus est, arrepta etiam nauigandi occasione, siquando res poscat celerem profectionem,

Lib. 10. cap. 14.

Philandri opinio de Versoria.

In Mercat. Scen. 5°

Si huc item properes, vt istuc properas, facias rectius.

Hui

Huc secundus ventus nunc est, cape modò versoriam.
Hic Fauonius serenus est, istic Auster imbricus.
Hic facit tranquillitatem, iste omnes fluctus conciet.

Ita nō est quod quis ambigat veteribus eundem fuisse huiusce instrumenti vsum ac commoditatem.

QVID CANES AGAT IN rabiem, & quo potissimum anni tempore, & qua ratione ijs mederi possis.

Caput V.

CAnes fidi hominum custodes, ac familiares domesticiq; excubitores in rabiem agūtur vel Sole feruido, ac caniculæ ardoribus, vel hibernis mēsibus gelu intensissimo, quoniam eo anni tempore acui atque acerbari atram bilem contingat, ac virus effundi, quod aspersione contactuque exitiale est ac deleterium: æstate quidem perusto ab æstu solis sanguine, qui concepto contagioso spiritu inficitur: hieme verò quod sanguis concretus ac conglobatus, quique propemodum coagulatur ac congelascit, computrescat, quoniam corpori incluſus nō vētiletur, quò fit, vt ab eo grauis halitus & conta-

Sub æstu et gelu canes rabiunt.

contagio emanet, qui ſpiritus vitales vitiant ac contaminant. Quocirca huic animanti ijs anni tẽporibus ſemper aqua offerenda, quam ſubinde lambant, præſertim quum per loca æſtuoſa, vel nimis gelida, exerta lingua hianteq́; ore, ſe viatori itineris comites prębẽt, quo ſanguis dilui poſſit atque irrigari, minusque ardore torreri. Columella, quod & Plinius eius nomine nõ ſubticuit, cenſet catulorum caudas poſt diem quadrageſimum, quàm ſunt editi, caſtrandas, ſic enim tutos fieri à rabie, hoc modo: Neruus eſt qui per articulos ſpinæ perrepit vſq; ad vltimam caudæ partem, is mordicus vnà cũ poſtremo articulo præhenſus, (quod etiam noſtrates factitare video) aliquatenus eductus ac protenſus abrũpitur, quo facto nec in longitudinem indecorã porrigitur, nec fœdum & enorme incrementum capeſſit, denique vt plurimi paſtores aſſerunt, rabies arcetur, ab eaq́; tuti ſunt. Alia etiam eſt cautio ac prouiſio, qua obtineri poteſt, ne canis vnquàm efficiatur rabioſus. Subeſt linguæ catellorum neruus vermiculi figura, rotunda teretiq́; forma, vt etiam capiti humano, cuius cerebellum definit in ſpeciem quandã, teredini

Canes aquã expoſcunt.

Li. 7. c. 12. Li. 8. c. 41.

Cauda canũ truncata, non rabiunt.

Canis vt à rabie præſeruetur.

redini qui ligno innascitur, quam simillima, hic vermis linguæ exemptus, canes à rabie tutos præstat. Non dissimilis concretio ouillis pedibus anterioribus ac posterioribus inhærét parte qua terrã calcant, vermiculi subrotunda forma, lanuginosa intus ac crinita congerie, qualis est in rosarũ spongiolis ac calicibus, quibus semen includitur, molli tenuiq; lanugine implicitum, exemi autem tale quiddã sæpius ex decoctis eius pecudis pedibus, teredini qui vermiculanti ac carioso ligno inesse solet, aut nucibus auellanis prorsus affine atq; assimile. Quod siquis aut incuria, aut huius rei ignorantia pedes ouillos ederit, quibus illa concretio non sit exempta, cõfestim nausea, ac stomachi dolore afficitur, omniq; momento ad ructus ac vomitionem incitatur. Persuasum autem habet promiscua multitudo, venenosum quiddam subesse huic concretioni: quod vt non ausim certo asseuerare, aut ijs assentiri: ita facile crediderim, capillatam illam congeriem, pilosamque lanuginem quæ bisulcis fissque vngulis inhæret, concoctioni officere, ac ventriculo negocium facessere. Opiliones autem, pastoresque ouium ea sunt

Vermis linguæ canis eximitur.

Ouillis pedibus lanuginosa concretio subest.

sunt opinione imbuti: nullũ hoc animante in cursu fore velocius, omniaque quadrupedia pernicitate superaturũ, nisi tale quiddam articulis, quibus se fulciunt, subesset, qua de re quid statui debeat, nó ausim exertè pronunciare: hoc tantum testatus, obseruasse me has pecudes fugitantes, vbi canes ac lupi prædæ inhiãtes, illas insectantur, celerrimo quidem cursu se subducere, sed non longius progredi, ac mox respectantes subsistere, ea, vt opinor, ratione, quod præter pauidũ animum, & meticulosum, aliquid illas remoretur pedibus subditum, & quòd anhelosæ sint, ac pulmonis vitijs obnoxiæ: quod indicat arida tussicula, qua subindè infestantur: quò fit vt longius producere cursum nequeant. Vt itaque huic pecori tale quiddam subest, quod illi in cursu moram inijcit: ita sub canina lingua subdelitescit neruosa, atq; vt ita dicam, vermicularis quædam congeries, quæ à vermis specie atque effectu quò rabiem infert, λύσσα dicitur, quæ vox & vermẽ & rabiem significat, Vnde Αλυσσον herba dicta, quod rabiem expugnet, ac canũ more furiosos ac lymphatos cohibeat, etiam si ab ijs demorsos esse contingat. Quod si ca-

Ouium natura in cursu.

Lyssa vermiculus sub lingua canis.

si catellis sectione id eximatur, nūquam efficiuntur rabidi, nec quenquam lætali morsu impetunt, minimoq; latratu sunt infesti, inflammatur autē huic animanti, atque incenditur sanguis melācholicus, alijque circunsi humores, Caniculæ potissimum ardoribus, ac concepta ex putredine contagio rabiē furoremqúe concitat, adeò vt extumescēte lingua ac neruo qui illi subditus est, os spuma exitiali ac contagiosa saliua redundet, quæ etiam contactu inficiat. Siquidem quū hoc animal notos ignotosque indiscriminatim adoriatur, si fortè vlli parti spuma aut saliua adhæserit, etiam citra morsum noxam infert, ac perniciem: nisi confestim salsugine eluatur. Quum autem venenati huius morsus multa sint excogitata remedia, tum nullum magis præsentaneū, quā cuestigio dilatare vulnus, ac scarrificata cute, cucurbitulas copiosa flamma affectæ parti affigere, mox cataplasma adhibere ex porro, cepe, allio, eruca, centaurio, minori absynthio, ac butyro salito, melleque cōfectum. Vrina quoque impuberis fomenti loco applicata, virus elicit, necnon Opopanacum, ruta, sal, ficus, brassica rubenti folio, vnà cum melle & buty-

Canes quādo rabie cōcitantur.

Saliua canis rabidi noxia.

Remedia ad rabiem canis.

ro piſtillo ſubacta, læſo membro admota. Nulla autem ratione incidēda vena, rapitur enim intēpeſtiuo illo remedio virus in habitum corporis, ac continuò vitalia corripit, humoreſqúe ac ſpiritus inficit. Quocirca quæ venenatos halitus diſſipāt ac diſcutiunt, intra corpus exhibenda, nempe Theriaca, mitridation, alliū, ſcordiū, Laſer quæ vulgo magiſtrantia & Oſtruciū dicitur, illiqúe affinis Angelica quę laſerpitio poteſtate affinis eſt, radix zedoariæ, ruta, caltha, melyſſophillos, Iridis radix exiccata, innula, ficus, ligni Indici decoctum, ocymum vulgo baſilicum, cunula, hyſopus, tymbra, origanum, quorum quodqúe vi diſcuſſoria pollet, ſeu diaphoretica quæ laxatis corporis ſpiramentis, atque excitato ſudore, virus diſpellit ac demolitur, nec patitur in venas demanare. Noſtrates qui mari finitimi ſunt, atque Oceani accolæ demorſos à cane rabioſo certatim ad mare rapiunt, etiam brutas pecudes, ac ſeptenis vicibus immergūt, nō ſuperſtitione obſeruato illo numero, ſed vt efficaci° virus eluatur. quo & illud cōſequuntur, vt omnis aquę metus ὑδροφοβίαν vocāt, qua maximè vrgeri ſolent, prorſus eximatur, nā ſic affe-

Morſus canis venæ incisionem non exigit.

Rabiē quæ expugnent.

Oceani vis in morſu canis.

Pauent aquam rabidi.

affecti & aquã appetũt, & expaueſcũt ob mentis alienationẽ, & quod ratione deſtituti ſint, quo fit vt nullo rerum delectu ac diſcrimine ſalutaria reſpuãt, atq; auerſentur, appetant autem ac ferãtur ad noxia, ſiquidem ſi bibant affatim, ſaneſcunt, quocirca, tametſi aquam omniaque liquida exhorreſcant, ad potum tamen cogendi ſunt, quò virus minus ad internas partes properet, ac diluatur. Mirandum autem non ſolum venena intus exhibita letale vulnus infligere, ſed morſus ictuſque venenatos quæ foris inferuntur ſenſim, tacitoque ac latenti progreſſu vitalia corripere, atque ad cor vitæ fontem, parteſque principes aditum ſibi pateface re. Sic ſaliua eorum qui elephantiaſi, hoc eſt, vulgari lepra infecti ſunt, canis deniq; rabidi ſpuma cuti inſperſa penetrabili vi perniciẽ adfert, niſi cõfeſtim abſtergatur, ac locus ſale defricetur, adeo vt ſi partes neruoſas, aut per quas arteriæ deriuãtur, laniatu morſuq; vulnerari contingat, vel fœda ſpumantiq; vligine inquinari, cordi ac cerebro virus cõmunicetur, ita vt cor vitiato ſpiritu vitali, deliquio defectu que animi periclitetur, Cerebrũ propter affectos neruos qui ab ipſo producũtur,

Rabidus tẽ tus nõ denegandus.

Saliuæ noxa.

Virus vt ad interna rapiatur.

furore atque amentia, mentisque alienatione ac rabie corripiatur. Si verò partes carnosas quæ sanguine ex venis aluntur affici contingat, aut morsu infestari, mortiferum virus per venarum riuos ad hepar ac Cor, reliquaque membra dimanat, ac quadragesimo die aut paulò serius rabie, metuque aquæ, ac pauore tentantur. Hoc autem meminisse expedit, vt dextrè ac felici successu, affectus huius curatio instituatur, ne temere patiaris vulnus coalescere, ac cicatrice obduci, quod etiã in carbunculis ac bubonibus, alijsq; in peste tumoribus accuratè obseruandũ, siquidẽ si vel scintilla cõtagij inhęserit, increscit malũ omniaq; efficiũtur sæuiora. Quocirca sinapismo aut puluere præcipitato virus eluendũ, id enim vulnus, hiantemq; plagã occludi prohibet, atq; efficaciter venenũ emungit. Interim per interualla, ac leniter humores melancholici expurgandi, quò furor vel prohibeatur, vel miteſcat, in quẽ vsum cõmode ex deluto aut decocto exhibentur, Sena, polypodiũ, epithimum, helleborus, phillitis, aſpleniũ, fumaria, bugloſſus, & præſertim ea confectio quæ Hamech inſcribitur cum ſerupo de epithimo ac fuma-

Dies quadrageſimus rabiei expoſitus demorſis.

Vulnus nõ citò obducendum in morſu.

Sinapiſmi & puluerис præcipitati vis in morſu.

maria, quæ in cæterorum etiam animantium morſibus adhiberi poſſunt, quorũ alij alijs ſunt nocentiores.

DE AVRI NATVRA AC viribus,& quo effectu polleat, ſiquando in ſanitatis vſum ac tutelam corpori humano adhibetur. Cap. VI.

INter ea quæ hominum cura atq; induſtria è terræ viſceribus eruuntur, nihil auidius expetit humanus animus, qui nõ ſolidis reb° inhiat, ſed fragiles, fluxas, incertas, fugaces, caducas perſequitur ac conſectatur, quàm Aurum: quo tamẽ expleri, aut prorſus ſatiari nequit, etiamſi id affatim ac cumulate ſit conſequutus. Præcipuus autem Auri, argentiq́ue vſus in eo conſiſtit (nam Reſpub. pecuniæ commoditate, vti corpus neruis, continetur, eaq́ue omnis contractus, ſtipulatio, nundinæ, pacta, conuenta, mercatura, negotiatio perficitur) vt neceſſitati inſeruiat, atque illa nobis comparemus, quibus ſubſiſtit natura mortalium, nec vlla in parte carere poſſit, vt ſunt veſtes ac do-

Homo caducis afficitur.

Auro nõ ſatiat.

Auri ſacra fames.

Pecuniæ vſus & neceſſitas.

micilia quibus à vento nos auræque iniuria defendimus,res familiaris ac domestica, victus frugalis ac moderatus, multaque alia quibus non minus commodè, quàm salubriter vitā transigimus. Reuocat ad hanc animi tranquillitatem,ac frugales rerum vsus homines Horatius, optimus vitiorum castigator,ac commonefacit, quid potissimum spectare debeant, quibus ferè auaritiæ vitiū necessitatis inuolucris tegitur:

Li.1.serm. Satyra.1.

Quid iuuat immensum te argenti pondus & auri
Furtim defossa timidum seponere terra?
Nescis quid valeat numus? quem præbeat vsum?
Panis ematur,olus, vini sextarius: adde
Queis humana sibi doleat natura negatis.

Quo indicat omnia referēda ad vsus necessarios,ad vitæ commoditatem,quibus si accedat in cultu nitoreq; corporis decus,ornatus,mundicies,& quæ viro propria,dignitas:mulieri Venustas,nō equidem repugno, modo ne nimiū exquisita sint, nec in luxū ac delicias deuergāt,sed frugalitatis ac temperantię limitibus cōcludantur, omniaq; honestati ac decoro inseruiant. Ita enim magna ex parte affecti sunt homines vt rebus magnificis ac sumptuosis delectentur:quum natura facilimis, quæq; minimo constant, placari pos-

Vsus rerū spectādus.

Frugalitas in rebus spectanda.

Natura modicis cō tenta.

possit. Cæterũ his omissis, de metalli huius natura differendũ, quod multis magnisq; viribus imbutũ est. Siquidem Aurum cumprimis efficax præsentissimã vim obtinet in expugnandis læuissimis morbis, atque instaurãda valetudine, vbi illa collapsa est, ac detrimenta acceperit, Nã qui ex Venereo fœdoq; cõtactu labẽ cõceperunt, ac contagione inguinum infecti sunt, eius vsu manifestò subleuantur. Elephantiasim quoque quæ vulgaris lepra censetur, expurgat, aut saltem mitigat: dentes labantes ac minus stabiles, putriq́ue vligine vitiatos firmat, omniaq́ue oris vlcera ac pustulas compescit: ita quibus os olidum est, ac graueolentiã exhalat, cõsulere solitus sum, vt annulos ex puro ac syncero auro cõfectos, subinde in ore gestẽt, præsertim qui ex morbo Gallico inuncti labiorũ ac gingiuarũ vlceribus infestãtur. Virus enim eluit, atq; eruptiones exiccat. Quod si laminas, auriq; segmenta ac bracteas carnibus elixis admiscere libeat, atque huius liquamen valetudinarijs exhibere: dici vix queat, quãtopere vires ac vitales spiritus erigat. Quocirca macie tabeq; cõfectos, aut immoderata venere exhaustos ac delassatos

Auri Vis.

Aurũ leprã expurgat.

Auri in cibo vsus.

Aurũ decoctione non atteritur.

huiusmodi decoctis reficio, viresque instauro: nec vlla sui parte hac ratione aurũ fit deterius, aut attenuatũ imminutumq; eximitur, nonnunquã in turbinatum alueum, quẽ alembicũ vocant, calenti foco admodum, conijci iubeo minutatim concisum capum, aut vitulinas carnes, atque aliquot lutea seu vitellos, tribus quatuorue lactis bubuli sextarijs perfusa, admixtis vnà cum auri purissimi, obrisum vocant, segmentis, aut torque aureo, effacissimis herbis, nẽpe radice Iringij, scolimi, sisari, cinaræ, carlini, Cardui hortensis, eaq; herba quæ cũ muscoso concretu fruticetur, à flauo ac rutilanti colore, aureisq; guttis quæ illi insidẽt, Ros solis dicitur, deniq; palmulis quos dactilos vocant, vuisq; passis, exẽptis vinaceis, ac pomis dulcib⁹. Ex quarũ rerũ cõgerie lento placidoque igni, stillicidio quodã liquor extractus, ac triduũ soli expositus, in multos vsus asseruari potest. Siquidem deliquio defectuque animi sopitos erigit ac spiritus reuocat: exangues, macilentos, tabidos, extenuatos reficit: in Cardiaco verò affectu, ac sudore Britannico præsentanea vi pollet, atque in refocillandis cordis viribus cùmprimis efficax est ac salu-

l Sextarius libram & vncias octo cõplectitur.

Ros solis.

Cardiaci morbi remedium.

salutaris,si cochleari mẽsura,aut plus paulò ita constitutis subinde exhibeatur: nec minori commodo atque vtilitate aurũ foris adhibetur, vbi cor ingruente externa aliqua,vel interna ęgritudine periclitatur. nam pręter aspectũ aureorum nomismatũ atque annulorum qui nonnunquam speciosa atq; amabili gemma decorãtur,oculosque pascunt ac recreant, si sinistræ manus digitus qui infimo proximus est, in cordis affectibus, auro & croci momento defricetur,hominem sibi restituit, etiamsi collapso atque intercluso animali vitaliq; spiritu,propemodum exanimatus obmutescat, nec vllum vitæ indicium proferat: Aurum quoque candens atque ignitum, vino immersum pręcipuis membris robur conciliat,ac facultates natiuas firmat,nam siquid mali internis partibus adhæserit, abstergit,consumit,abolet,depascitur,partemque affectam ac morbidam vigore ac vitali spiritu imbuit. Foris quoque huiusmodi liquor adhibitus, impetigenes seu lichenas,lepram,mentagram,porriginem, ozenam, polypõ, fœdissima narium vitia, morpheam,omnesque vitiliginis species, quæ cutem deformant,compescit ac cohibet: præsertim si huic liquido pigmento

Aurũ cor recreat.

Auri ignitũ effectus.

aut plasmati nonnihil tartari commisceas, quæ est ex vino in dolijs lapidosa concretio. Omnes siquidem quālibet fœdas maculas abstergit, nareſq; rubicundas ac verrucosas, mentum, genas, faciem, frontem, (in quibus partibus impudēter, atque indecorè, parūqúe ciuiliter huiusmodi eruptiones se proferunt) cohonestat.

Tartarus quid

DE GRANDINE PORCORUM, alijsque huius animātis morbis ac vitijs, quæ vulgari lepræ seu lazarismo affinia sunt, vulgo ab insalubri ac morbido corporis habitu Onghans appellantur: Et qua ratione hæc contagio expugnari possit etiam in hominibus.

Caput VII.

QVoniam Suillę carnes passim etiā apud generosos quosq; eduntur, nec est vlla propemodum familia, cuius mensis succidia non inferatur, etiam à longinquo petitæ pernæ ac petasones, quæq; ex his cōficiuntur tomacula, tuceta, farcimina: aliquid de huius animantis cōditione huic operi inserendū putaui. Quū autē porcus luto

Quæ edulia ex suilla carne conficiātur

luto ac sordibus delectetur, cœniqúe volutabra appetat, inprimis procurandũ, vt cibus ac cubile illi mundum offeratur, si ex eo salubre alimentum consequi velis, nam si siliquis pabuloq́; sordido hoc animal saginare pergas, strumas contrahit ac scrophulas, totoq́; corpore grandinosum efficitur, sic vt caro illi⁹ prorsus insalubris existat ac vitiosa, totumq́; corpus inficiat: Quæ causa fuit præcipua vt Iudæis eius esus fuerit interdictus, ac porcinam degustasse nefas. Scrophulas autem & strumas vt plurimum circa collum contrahunt, quoniam voraces sunt & gulosi, ac citra delectum in sterquilinijs quęque deuorãt. Grandinis autẽ nomine insignitur is morbus qui totum vndique corpus fœdissima labe contaminat: quod caro parteśque internæ passim ramentis candidis velut grãdine perfusa sint. Occupant enim singula mẽbra eminẽtiæ quædã subalbidæ, hinc inde cõsperſæ, Cuius certissima se indicia in lingua proferũt, quãdo porcarij immisso in fauces ferramẽto illos explorãt, an tutò cædi ac laniari possint. Tale quiddã elephãtici siue vulgares leprosi in facie totoque corpore exhibẽt, nã pustulę quę in extima cute erumpunt, albescunt ex melancholia

Leuit. 11. Deut. 14.

Grãdo porcorũ quis morbus.

Leprosi habitus.

in

in cinerem deusta. Est quidem caro istius animantis quod hoc morbo infectum est, suauis, sapida: at prorsus insalubris ac lepræ affinis, propter succi melancholici admixtionem. Sic caro ossibus proxima non prorsus insipida aut palato insuauis, quod ipsa melancholici succi sit particeps, nam ossa ex tali succo concreta sunt & coaluerunt. Quod autem homini lepra ac morbus Gallicus præstat, id huic animāti Grā do ac strumosa collectio, sunt enim morbi affines, cognati ac familiares, nomine tantum discreti, re effectuque pares, vt etiam adnotauit Aetius medicus capite de Elephantiasi. Quocirca nequid incommodi ex huius animantis esu consequantur homines, salubri Senatus consulto cautū est apud nostrates, nequa scropha aut porcus mactetur, nisi exerta inspectaque lingua exploratū sit an ab eo vitio liber sit & immunis, nam si verrucosę se in lingua ac faucibus proferunt pustulæ, ac venæ liuescunt, nigroque colore perfusæ sunt, indicium est viscera etiam praua constitutione teneri, itaque aut non mactandos iudicant, aut si imprudenter mactatos esse cōtingat, defodiendos. Quod si nihil tale appareat, pronunciant qui huic Censuræ desti-

Caro melā cholici succi particeps sapida est.

Quid Aētius de porcis morbidis statuit

Lex de porcis mactādis.

destinati sunt, salubrem esse porcum, atq; esui idoneum. Quoniam autem huic animanti plerumque aliquid vitij subesse solet, quantumuis etiam sanũ existat, ob id populares nostri primum enecatos accensis stramentis adurunt potius, quàm feruẽti aqua elixent. Siquid enim subter cutem inhæresçat labis aut contagionis, id ignis elicit absumitq;, quod non æquè facile aqua feruida perficere potest, omnesq; sordes eluere. Curantur vero hoc modo inquinatæ sues, si stabulum in quod decumbunt, singulis diebus conuerras, atque accuratè emundes, illasq; diuagari patiaris. Quæ, enim siluas ac nemora oberrant, ac glandibus saginantur, magna ex parte inerexcitatis ac cubili inclusis sunt salubriores, minusq; morbosa aliqua affectione expositæ. Deinde affatim ijs aqua offerẽda, quò se proluant, cui nonnihil salis admixtũ est, interim cibo polentario, aut siquid solidi cibi illis exhibetur, admisceri debẽt lauri baccæ contritæ, Concharũ quoque hoc genus, quo littora oreq́ue maritimæ apud nos scatent, mitulos vocant, vulgo mosselen, mirificè illas reficit, si affluentio re liquamine huius decoctum ijs objciatur. Floces etiã viniq; purgamenta ac feculenta

Porcorum setosa cutis adurenda.

Cura.

Porci in siluis vagãtes salubriores.

Mituli vulgo mosselẽ porcis salubres.

Floces vini porcis accommodi.

culenta proluuies, quæ expresso vuæ succo, ac vinaceis est residua, in expugnando hoc morbo est præsentanea, præsertim si furfur massaque fermentata, vulgo Mout appellata, illi commisceatur. Nostrates autem nec huius animantis, nec hominum quibus porci aliquando edendi sunt, salubritati consulunt. Nam Zythi siue Ceruisiæ acidam corruptamque fecem, atque olidam proluuiem quæ in imo dolij residet, illi offerunt, tum rancida quæque nepe poma ac pyra quæ computruerunt, ac situ obducta sunt, quibus nō liquescit aut dissoluitur grandinosa illa concretio atq; interna lues, sed augescit potius ac vires concipit. Siquidem omnia impense acida, vt melancholicis affectibus qui hic vigēt, aduersissima ob refrigerandi spissandique vim, & quòd humores cogant, ac crassiores efficiant: ita biliosis seu Cholericis cūprimis grata ac salutaria. Sic acetum quartanam auget, tertianam vero mitigat ac compescit, quoniam bilis feruorem reprimit, ac tanquam aqua vinum, diluit. Sunt apud Batauos quorum regio piscosa est, atque aquatilibus fœcunda, qui piscibus illos alunt: quibus vt mire pinguescunt: ita lardo carneque fluida ac minus

Acetum melancholicis noxium.

Acida biliosis salubria.

Batauī piscibus porcos sagināt

minus solida existunt. Quanquam enim hoc alimento, porcorum corpora augescant, ac proceritatem consequantur: esus tamen horum insalubris, atque sapor alienus ac exoticus. Scio equidem in hominibus qui elephantiasi seu lepra inquinati sunt, vulgo Melaetich, frequenti ranarum palustrium vsu hunc morbum domari, mitigat enim sanguinis feruorem, ac melancholiæ aduſtionem animalculum hoc aquaticum, nam quæ humi repunt, atque inter frutices ac rubos nidulantur, quæque non saliunt sed lentè progrediuntur, venenatæ sunt, hos Padden nostri vocant: Ranas vero viridanti tergo, ventre albescente, puyen oft vorschen, quæ vernis mensibus coaxant: quum ruberæ ac bufones reptiles, perexiguum sonum edant. Illæ itaque quæ agiles sunt atque identidem subsiliunt, huiusmodi morbis accommodæ, quarum etiam vsus ex iure capi, hecticis, tabidis, macilentis, extenuatis cumprimis vtilis, quemadmodum etiam testudinum quas à peltæ ac scuti figura Schiltpadden vocantur, Cancri quoq; vulgo Crabben, Astaci, Squillæ, Locustæ marinæ, Carabi, Gammari, populari voce Creeftē, Cre-

Ranarum esus quibus vtilis.

Bufones noxij.

Crustacea tabidis salubria.

Creuitsen, Gaernaert, mituli mosselẽ, Ostrea oesters, Cochleæ Cruyken, aliaq; cõchilia ac crustacea, feruidos adustosque humores refrigerant ac diluunt, verũ fluuiatiles conchæ ac cancelli efficacius marinis, quoniam istis salsuginis aliquid admixtum est, qua quidem appetentiam excitant ac palato gratificantur, sed magis exiccãt, quocirca sanis maritimę aptiores: inualetudine autem affectis amnibus fluuijsq; exemptæ salubriores. Inter ea autẽ quæ testacea sunt vel crusta integuntur, præcipuam laudem merentur Cancri fluuiatiles, qui non specie, sed effectu à maritimis differunt, dorso elatiore ac subrotũdo, quatuor ab vtroque latere, geniculatis pedib⁹, qui sex distincti sunt articulis seu internodijs, ima sui parte aculeatis quæ venantium manibus pedibusque velut cuspidẽ infigũt flexibili agilitate, nã se horũ adminiculo dextrorsũ ac siniſtrorsum proripiũt vbi insidias subodorãtur incredibili sagacitate, quod vt opinor, vel mirè oculati sint, vel auriti, quãlibet enim silenti tacitoque ingressu illos insecteris ac venando persequaris, subito præsentiunt, ac cõfestim se luto obruunt, oculisque hominũ subducunt. Præter quatuor autẽ illos pedes

Fluuiatiles cãcri quibus vsui.

Cancrorũ descriptio & vires.

Cap 66.

des aut exporrecta vtrinque brachia, primore parte qua oculi prominent ac collucent, duo se proferunt denticulati forcipes quibus firmissimè obuia quæque comprehendunt atq; atroces morsus captantium manibus inferunt, ita vt membris affixi, ægrè auelli queant. Cæterùm quum mira sit aquatici huius animalculi astutia ac calliditas, tũ in eo maximè obseruãtur solertia, vbi ostreis insidiatur, atque ex ijs escam venatur, siquidem calculos atque lapillos patulæ hiantiqúe testæ ingerit, ita vt occludi nequeat, mox dentato forcipe pisculentam carnem abradit atq; elicit, illoq; alimento suauiter ac securè, nulloq; vindictæ metu fruitur quod etiam polipus piscis factitat. Hoc genus Cancri tabidis ac macie cõfectis præsentanea vi auxiliatur, vbi accuratè abluti in aqua ordei decoquũtur, nec minus singulari occultaq; virtute pollẽt in expugnãdo exitiali Canis rabidi morsu, Cancris ita in patella deustis ac cõcrematis, vt cõminui atq; in puluerẽ redigi possint, eoq; exhibito cochleari mensura, cũ gentianæ radice, ac thuris momẽto, quod antidotõ frequẽtius iterari debet, ac per sesquimẽsem continenter assumi, quo rabies atq;

Cancrorum astutia.

Cancri rabidi canis morsum curant.

aquę pauor propulsetur. Hæc de testaceis & quæ crusta integuntur, verbosius à me sunt enarrata, quò quisque intelligat, nõ modo porcorum morbos his expugnari, sed hæc aptissimè melancholiæ, adustisq; humoribus, atq; alijs plerisq; affectibus ac commodari. Verùm inter Cancros, aliosqúe crustaceos discrimen statui debet, siquidem fluuiatiles ex tenuatis ac macilẽtis mirificè adminiculantur, quòd humectent, atque humorem natiuum, quo corpus nutritur ac subsistit, & quem calor insitus habet obsequentem adaugeant, adhibito vino dulci ac calorifico, cuius adiumento concoctio perficitur, omniaque exactè elaborãtur. Marini vero qui Oceani vel maris mediterranei littora perreptant ac crepidines persequuntur, quũ sanis, tũ ijs qui insalubri sunt corporis habitu ac vitiosis humoribus oppleti, aptiores, nam quum salsugine quadam imbuti sint, vt edendi auiditatem excitãt, ita excrementa superuacua exiccant, ac putredini humorum obsistũt, quod in carnibus piscibusque sale confricatis obseruari potest, quæ diutius asseruantur, ac serius cõputrescunt. Quocirca non inconsulto factitant Bataui ac plerique Belgæ, tum maxima

Ex testaceis quæ sanis, quàm infirmis aptiores.

Cancri marini effectus.

xima Germanorum pars quæ ad Aquilonios tractus deuergunt, quod sale & aromatibus, nēpe zinzibere, pipere, & quod granum paradisi vocant, vulgo Greijn, caustica vi & adurenti, aliud à Cardamonio affatim vtantur. Hac enim ratione minus pituitosi efficiuntur, aut excrementis scatent, minusque, vt ferè conspici solent. opimi atque monstrosè obesi, liquescit enim salitis adeps, vt limax insperso sale.

Germani sale & aromatis delectantur.

Simile à sale quo limax liquescit.

CVR BELGAE, VBI NOX molestè ac tumultuosè, parumque ex animi sententia transacta sit, quiritentur Ioannis Baptistæ noctem sibi obtigisse.

Caput VIII.

NAtalis dies Ioannis Baptistæ, cuius vitæ integritas insigne elogiū à Christo promerita est, non solum Iudæis ac Christianis, sed Mauris etiã ac Barbaris, quique à nostra religione alieni ac Mahumeto addicti sunt, celebris est & sacrosanctus, tametsi nonnulli huius noctē super-

Lucæ 7.

Ioannis Baptistæ dies memorabilis.

Superstitiosi cultus in festo Ioannis Baptistæ.

stitioso quodam cultu, congestis lignorũ aceruis, accensisque ignibus, vt Coryban tes ac Cybeles cultores, strepitu ac furio sis clamoribus transigãt, quin & impube- res congestis collisisq; ignitis carbonibus bombos ac crepitacula excutiunt. Non- nulli gentili superstitione statuæ prouo- luti, ab epileptia se tutos fore confidunt, quibus accessit ea persuasio, vt si placidè huius Diui statuam adire possint, nec in- conditè vociferentur, aut rabiosis clamo- ribus illi insultent: toto anno ab hoc mor bo futuros liberos: Sin Diui caput, quod osculandum offerunt, dentibus lacerare tentent, ac maledictis incessere, singulis mensibus, quod ferè ex lunari decursu euenit, hoc morbo miserè diuexandos, quanquam maximæ impostura huic rei subesse solent. Et quum hæc gentilitia sacra nocturno tempore perfici solent ex vetusta consuetudine, ne dicã inuetera- to errore, enatum est Prouerbiũ, vbi nox tumultuosè trãsacta est, nec vlla pars quie- ti data, Ioannis noctem transegimus, vvy hebben sint Ians nacht ghehadt, Hoc est, Tota nox non solũ insomnis fuit, ac per- uigilata, sed grauis ac molesta strepitu, tu- multu, clamorib⁹ inquieta. Olaus Magn⁹ qui

Prouerbiũ ex tumultu nocturno desumptũ.

lib. 15 cap. 10.

qui res Gothicas amplissime, licet minus cultè prosequitur, refert natalem noctem Ioannis Baptistę qui fuit prodromus, hoc est, præcursor atq; emissarius, aut quoniã vox clamantis sit in deserto, præconis Iesu Christi, mirè celebrẽ esse illi genti atq; illustrem, magnaq́, pompa transigi, Omnis enim generis sexusq́ue homines turmatim in publicũ cõcurrunt, extructisq́ue luculentis ignibus atque accensis facib°, choreis tripudijsq́ue se exercent, nonnulli laudes heroum ad lyrã decantant, vitia maritorum traducunt, fœminarum dedecora propalant, nullos non scommate, cõuitijs, dicterijs, dentatis salibus impetũt, magnaque licentia obuios quosq; lacessunt, ac liberius perstringunt, vt solent olim in sacris Eleusinis. nã ex Helleniſmo siue Græcorũ ac gentiũ vanitate multi errores vel relicti sũt, vel in religionẽ Christianã irrepserunt. Sic proceres Aulici & quotquot venationi dediti sunt, Hubertũ olim venandi studiosum insanis clamoribus colunt ac venerãtur, adeo vt furore percitos credas, dũ canum latratus ac rabidos sonos imitãtur, obambulante interim patera oppleta vino, aut perpolito cornu capacitate sextarij ex vetusta & gẽ

Olaus Magnus historio graphus.

Matth. 3.

Præpesterus Diuorũ cultus.

S. Huberti venatoris cultus.

tili Germanorum consuetudine teste Cæsare, belli Gallici: Sic homines superstitiosi præpostero cultu Diuis blandiuntur, ac se illorum fauorem demereri credunt: quum nec horum vitam imitentur, aut mores exprimant, nec vlla parte ipsorū vestigijs insistāt, qui cultus Deo ac Diuis est gratissimus. Non minus ridiculos habet cultores Martinus, cuius in paupe-

lib. 6.

Martinalia festa

res atq; egenos liberalitas, nō ad frugalitatē ac munificentiam, sed ad luxum, ad profusas epulas, ad ineptas cātilenas quosque inuitat. Quod vero Ioānis Baptistæ sacra tanto tumultu ac superstitione peragātur: hinc emersisse puto: quoniam historia Euangelica describit natalem viri huius diem lætum, faustumque & plausibilem futurū quàm plurimis: quo nō designat externos animi motus, quum & inaniter & effuse exultat animus, ac gestiēti lætitia perfusus est, sed internam ac solidam stabilemque lætitiam quę concipitur ex tā salutari Euangelij promisso, quo Angelus denunciat iamdudum expectati Messiæ ac Seruatoris à quo cuiusque salus dependet, aduentum, atq; huius præconem futurum Ioānem, qui primus baptizādi munus inchoauit, quod postmodum

Luc. 1.

Matth. 3.

dum perfecit atque impleuit Christus, qui baptizat Spiritu sancto & igni, cuius vi transformari homines contingit, atq; ad cœlestia perduci: conceptáque salutis fiducia per mortis illius ac resurrectionis mysterium illi inseri atque vniri. Quæ res ob lucem exhibitam, salutemque restitutam, non vulgari gaudio omnes afficit, magnamque subsiliendi occasionẽ præbet, non ea ratione ac modo quo passim imperita multitudo ac vulgus ignobile tam ineptos stolidosque ludos exhibent: Quanquam hæc superstitio quæ multorũ animos mentesque hactenus occupauit, iam exolescere incipiat atque antiquari. Siquidem iam sentire incipiunt homines paulò cordatiores ac melius edocti, colẽdum placandumque Deum, ad quem per Christum aditus, pietate ac religione, iustisque precibus, non contaminata superstitione, non gentili vanitate, aut cęsis hostijs, alijsque rebus quę non exigit, aut ab eo præscripta sunt. Nam superstitio veræ religionis imitatrix, atque ex vitiosa æmulatione, anilis affectio, ex imbecillitate mentisque inopia, atque ignorantia Diuinitatis emersit, quo fit vt quum animus fluctuet ac sit instabilis, vacillans, incon-

Lætitia solida.

Esaiæ 12.

Superstitio quid.

ſtans,varius,lubricus,nec vlla cognitione aut Dei fiducia imbutus :quem potiſſime imploret,quò ſe conferat, cui ſe addicat, ſuamque ſalutem committat,& à quo ſucceſſum , ſanitatem, mentemque pacatam conſequatur , prorſus ignoret . Quod eo fit,quoniã à ſcopo ſit aberratum, nec illũ homines conſectantur, qui hęc omnia cumulatè præſtare & poteſt & vult, nempe Pater cœleſtis & Ieſus Chriſtus , cui omnis poteſtas commiſſa eſt,& in quẽ referri vult Deus omnes noſtras cogitationes, ſpem,fiduciam,Charitatem,& quę nobis ad conſequendã ſalutem ſunt neceſſaria. Nec ſuſtinet Deus vt Eſaias ait , gloriam ſuam ac laudem ſibi debitam in aliũ trãſferri,aut cuiquam attribui,nec vllum cultum aut religionem conſtitui niſi in ijs rebus quas Chriſtus ex ore Patris nobis enarrauit : qua de re innumera extant in Biblijs teſtimonia,nec minora apud Orthodoxos quum Latinos,tũ Grẹcos,quę dilucidè commonſtrãt,qua ratione Deus coli atque adorari debeat , qua Diui ac Chriſtianæ profeſſionis aſſertores,ac propugnatores inuicti venerari, qui nihil nõ contumeliarum Chriſti nomine perpeſſi ſunt,ac ſuſtinuerunt.

Matth. vlt.

Eſaiæ 42. & 48.

DE

DE SALIS CONFICIENDI ratione singulari atque inaudita, eiusque natura, effectu, viribus, vsu, & differentijs: Obiter herbarum aliquot maritimarum quæ salsuginoso succo imbutæ sunt, & ex quibus sal elicitur, consideratio.

Cap. IX.

QVanquam de natura Salis, eiusq; vsu necessario, paulò ante disserui· facturus tamen sum operæpretium, si vberius ac fusius de salubri hoc condimento, sine quo omnia edulia insipida sunt & insulsa, verba faciam. Principio hoc cuique testatum cupio, præsertim quibus familiæ onus ac rerum domesticarum cura incũbit, tũ ijs qui Ciuitates, castra, arces, propugnacula incursionibus exposita, tueri debent, ac præsidio munire, eaque commeatu instruere, Salem marinum recens coctum, atque à sordibus non ita pridem expurgatum, asseruandis carnibus piscibusque minus idoneum. Decoquitur autem atque apparatur apud Zirizæos, cõplureſque Zelandiæ Ciuitates, æstiuis mẽsibus quum feruescit Sol, cuius vi maxi-

Salis habendus delectus.

Oceanus æstate magis salsescit.

mè salsescit Oceanus, cãdoris eximij sal in frixorijs patinisqúe capacioribus aquæ marinæ oppletis, subditis accensisqúe glebis bituminosis, nostri Turf vocant, quibus sensim ac paulò melius omnia perficiuntur in Salinis, quàm congestis sub cacabo lignorum sarmentis, ob flammã ex fornacis faucibus periculosè erumpentẽ. Quòd si mox à tepẽte foco aut post dies aliquot in vsum depromatur, citò liquescit, atque in salsuginosam saliuam dissoluitur, sic vt limosam quandam vliginem rebus salitis obducat. Ita Sal qui primum ex calenti feruidaqúe patina aut labro ferreo eximitur, nec vetustate induruit, aut concretus est, quum citius quàm par est, in salsilaginem liquescat, secus quàm vetustus, minus aptum iudico saliendis condiendisqúe edulijs. Quocirca qui carnes ac salsamenta, Saperdas, asellos, thinnos, phocas, haleca, haringos qui sunt thrissarum generis, succidiam, perennare velit, hoc est, in sequentem annũ aut multam æstatem asseruare, deniq; minus rancida in exteras longeque dissitas regiones deuehere, vetus sal meminerit huic negotio accommodatius. Maiores nostri olim salem confecerunt vberrimo sanè

Turf.

Sal recens citò liquescit, vetus serius.

Quò sale salsamẽta cõseruãtur. Thrissa quod piscis genus.

Salis conficiẽdi inaudita ratio.

Vsus sal melig recentè.

qux-

quæstu, non ex aqua marina Solis ardore in salem concreta atque indurata, quale ex Hispanijs ac Gallijs ad nos perfertur, sed ex maritimis glebis exustis atque in cinerem redactis, quem infusa aqua minutatim in salem reducebant splendidũ ac nitentem, Zel oft Ziltzout populares atque indigenę denominant à glebis salsugine imbutis, vnde id elicitur: Nec aliò Salis genere tota Belgica ad nostrã vsque memoriam vsa est. Qui conficiendi Salis modus quũ inducto externo exoleseret, excogitatus est alius non minus quęstuosus. Siquidem aduecto ex Hispanijs atque Aquitanico sinu, rudi ac nigricante sordidoqúe sale, exẽpto limo, excoctisqúe sordibus, candidissimũ id nostrates efficiunt, rebus asseruandis aptissimũ. Vtuntur quoque Salinatores nostri alio concoquendi salis modo à superiore nõ multum diuerso. Nam tertio aut quarto quoque anno, confracto foco atque area Den heert vocant, ferrea cui capacissima sartago ac patina incumbit, subditoqúe igni incalescit, glebas ac fragmenta quæ ex perstillante salsugine ac muria salso liquamine affatim imbuta sunt, in patinã conijciunt, eaqúe comminuta salomacerant

A Sale Silt & Sold, vnde Soldaten Germanicè.

S. modus efficiendi Sal.

Salẽ Zelandi quo modo cãdidũ efficiant.

Salis ex glebis confectio.

rant atque elixãt, post horas aliquot subsidente limosa fece ac sordibus paxillo, candidissimũ sal eliciunt. Id genus Clijn zout nominant, vel Clinczout, quòd glebæ inter se collisæ propter duriciem, vt silices, sonitum clangoremqúe edãt. Hoc genus Salis vt mensis eleganter infertur, easqúe exornat, atque ad multos vsus est efficax: ita conseruandis condiendisqúe rebus minus aptum. Ob id boum tergora, ac tegmina coriacea illo sale, vt etiam marino rudi defricant atque obruunt.

Quid Zelandis Clijn zout.

Senatus cõsultum, ne sal adulteretur.

Quocirca Senatuconsulto cautũ est ne quis eius conditionis salem diuendat, nisi interposito iureiurando atteſtetur, se non pro sincero ac natiuo qui ex marino eiusqúe muria confectus est, sed pro fossili ac factitio vænum exponere, nequa fraus aut impostura subesse possit. Nam quum niuei sit candoris, atq; omnes optimi salis dotes exhibeat, non facile ab ignaris internosci potest, nec discrimẽ obseruari, nisi ex rebus, quæ illo condiri solent, experimentum sumpserint, Citius enim salsamenta atque alia quæqúe hoc Sale obruta ac confricata subrancida efficiuntur ac subolida, vbi in multam ætatem asseruare visum est. Eandem naturã effe-

effectũqúe obtinet, quod noſtrates, quoniam exigua infuſa aqua marina diutius torretur atque aduritur, Braedtzout vocant, ſal ſplendidum, lucidũ, ſpecioſum, friabile, cruſtoſum, latis ſquamoſiſqúe ramentis ac laminis ſtellanti fulgore radiatis, quod mirè à Flandris ac Brabãtis expetitur quum aſſiduè, tũ maximè in vſu domeſtico, ſiquando ſumptuoſis epulis, magnoque apparatu menſas inſtruunt. Quũ enim ſplendeſcat ac ſpectabile exiſtat, oculiſqúe etiam à lõgè gratum ſit ac blandiatur: regales magnificaſqúe mẽſas mirificè exornat. Morſibus id rabioſi canis cum melle efficaciter adhibetur, ſcabiem impugnat, tumores cum fermento, melle, & butyro, atque adipe ſuillo perrumpit etiam illos qui graſſante peſte in alis atque inguine ſe proferunt. Ex ſale autem cum aqua marina confecta muria aut ſalſilago, prẽſentanea vi ambuſtis vim igneam, atque vrentem feruorem extrahit, doloreſqúe intẽſiſſimos placat ac mitigat, vel ex puluere bõbardico, vel oleo, pice, aqua feruida, pruniſqúe accenſis, præſertim ſi tenui peplo ſalſilagine imbuto præuſtæ partes foueantur. Huiuſmodi enim irrigatione ignea vis eluitur, atque

Sal torridus, Belgicè Braetzout.

Salis efficacia in morſu canis rabidi.

Salſugo ambuſtis vtilis.

acer-

Ambusta refrigeran tia non exi gunt.

acerrimi cruciatus consopiuntur. Male autem consulunt sic affectis, qui frigida ac reprimentia membris applicant, ita enim referiunt, non extrahũt nec eliciũt ignitum ardorem, eumque magis infigi partibus contingit. Quocirca inter initia nihil salsugine efficacius, vulgo Pekel, vel recens confecta, vel quæ butyro incũbit, fomenti loco applicata, Cui viribus par Smegma, vulgo Sapo, Belgicè Zeepe, quo vestibus ac linteis sordes eluuntur, confecto ex eo linimento cum melle & butyro, Aqua quoque in qua rapæ decoctæ sunt, tutò adhibetur, quæ vim magis efficacem concipit, si nonnihil calcis viuę in illam dissoluas, ita enim lixiuij modò, adhibita ardorẽ compescit, & absq; morsu desiccat. Cæterùm quum aliquot salis genera paulò ante recensuerim: de factitio illo differendum, quod in legitimi salis inopia, huius vsum nobis prestare possit: vocant hoc genus Arabes Salcali ab herba maritima, quib⁹ littora nostra abũde scatent, Enascuntur autem apud nos passim aliquot herbæ salsuginoso succo imbutæ, ex quibus Sal, si aliâs denegatũ sit, facile elici potest, atque in domesticũ vsum depromi: qualis est Portulaca marina

Smegma ambustis idoneum.

Calx cum aqua rapa rum ignos dolores placat.

Salkali Sa lis genus.

Ex Portulaca marina sal drogē.

rina Halimo affinis, vt etiam adnotauit Mathiolus in eruendis herbis acer & industrius. Hanc noſtrates æſtate deſinente lectam condiunt, ac muria aſſeruatam, aut rudi ſale obrutã in hibernos vſus reponũt, vt Hiſpani oliuas, cappares, Crithmon, empetron, Excitat enim appetentiam, ac faſtidia nauſeamqúe diſcutit, ſiquando ventriculus pituitoſis humoribus oppreſſus, vel etiam bilioſis, cibũ reſpuit: Tota autem herba, vſque ad ſeminis quod minutum eſt, ac racematim dependet, maturitatem, portulacam illam prægrandem hortenſem ac ſatiuã refert: quam Patricij etiam ſale rudi ac ſcabroſo obruunt ad excitandam cibi auiditatem. An autem hæc Portulaca marina Halimi nomine ſit deſignanda, nondum ſtatui, quum illa famem excitet, iſte arceat. Verum in Alpibus noſtris arenoſis frutex emergit ac virgultum duorum aut trium cubitorum altitudine, oleæ folijs quæ viticis modo longas habet virgas lentas ac flexibiles, fronde oleam repræſentãs, ſed folio minore ac ſubrotundo ſupernè viridi, infernè imaqúe ſui parte qua terram inſpectat, albeſcente ac cæſio, fructu folliculari, non diſſimili verticello, ab inſtrumenti

Mathioli induſtria.

Portulacæ marinæ cõditura.

Halimi legitimi deſcriptio.

menti muliebris similitudine, nam spondyli seu verticuli, vulgo VVoruel, ima parte fusis commodius torquendis rotãdisque adhibentur: Qui frutex prorsus ad Plinij ac Dioscoridis Halimum accedit, in reprimenda arcendaque fame præcipui effectus, abolet enim appetentiam vitiosam atque enormem, qua ferè mulieres circa tertium à conceptu mensem infestari solent, & nonnulli conualescẽtes, quoniam ventriculus noxijs humoribus atque acida pituita imbutus sit, quo fit vt canina appetentia diuexentur, ac bulimiæ, hoc est, edendi auiditati, quasi bouẽ essent deuoraturi, obnoxij, vt fœminæ vitio quod Picatio dicitur, qua alitis huius more carbones, testacea, mali Punici putamina, aliaque esui inepta deglutiunt: Quibus vitijs Halimus frutex commode adhibetur, ab effectu nomen sortitus, foliis oleris more, cum pingui iure, nullo sale admixto, decoctis, ita enim obtũdit subacerbos illos humores, qui minus naturalem appetentiam excitant, quod etiã admorsus ac dentibus tritus prẽstare creditur, vt nonnulla naribus tantum admota animi deliquium discutiunt, ac corfouent & recreant. Atriplex verò marina colore

Verticulus quid.

Halimus famem arcet.

Picatio morbus seu Citta.

Atriplex marina.

colore squallido atque inamabili, in aggeribus Zelandicis nusquam non obuia est: verũ non assurgit in vllam altitudinẽ, sed sessilis est, atq; humi decumbit. Brassica autem marina, quæ Germanica Soldanella statui debet, quam nostrates indigenæ malè portulacæ marinæ asscribunt voce gentilitia Zoulte nelle, à salsugino-so sapore, Alpibus Zelandicis copiose prouenit, halimo, crithmo, empetro, anthillidæ, iringio confinis ac contermina, gaudet autem ipsa aura maris, sed tamen illo non irrigatur, nec perfunditur, vt alga, de qua postea. Herba hæc humi serpit longis flagellis lẽtis ac viminosis cauliculis lacte madidis, folijs rubore perfusis, subrotundis, semine in calcibus subrubẽtibus, nigro loculis incluso, vtuntur ea ad deijciendam aluum, iure pingui elixata, quo ob acrimoniam atq; amarum salsumque succum stomacho minus sit infesta. Cæterùm herba Kali Arabibus vocata, nulla apud Zelandos vulgatior: ex ea siquidem olim maiores nostri vnà cum cespitibus ac glebis salsuginosis, ac bitumine quodam imbutis, candidissimum Salem confecerunt, ea ratione ac modo, quem paulò ante indicaui.

Brassica marina seu Soldanella.

Brassicæ marinæ descriptio.

Brassicæ marinæ vis.

Herba Kali alia à Tragio.

Kali seu Sedi marini descriptio.

Est autẽ herba in infima maris nostri crepidine, quàm Oceanus alluit, totoque Zelandiæ tractu copiosissima, quàm ego Vermicularem vel Crassulã, vel Arizoon vel Sedum marinum vocitare soleo, Caule palmari, erecto, firmo, tereti, geniculato, atq; internodijs distincto, vtrinq; multis agnatis cauliculis rotũdis, læuore perpolitis, atque in se compactis, quæ exemptiles videntur, vt equiseto seu caudæ equinæ, folijs, qui ex Caulæ singulari emergunt, eoq; stipati sunt, carnosis, crassis, succo turgidis, crassitudine arundinis, nobis Riet dicta, quæ in ambulantiũ pedibus moram inijciunt, ac gressum remorantur, sonitumque ac fragrorem in promouẽdis pedibus excitãt, radice exigua, gracili, tenuiter capillata. Tota herba ab ima sui parte ad cacumen vsq; elegãti ac pellucido virore perpolita est, quæ nec hibernis quidẽ mẽsib° exolescit aut emoritur, sic vt laqueáribus ædiũ affixa absq; ascititio vllo liquore diutissimè vireat, vt Aloë: est enim mirè succulenta, atque natiua humiditate affatim imbuta. Nostrates, quod Cancris infesta est atq; impedimento, Crabbequel vocãt, Nã quũ densius fruticetur, cursum illis remoratur, ac

Kali herba cancros remoratur.

diffi-

difficilẽ transitũ præbet, ita vt ægrè extra hanc se explicare queant, vbi homines illos venãtur, atq; ad escã expetunt. Herba hæc pecori ouillo gratissimũ ac saluberrimum pabulum est. Nam quum hæ pecudes cœli statu humido hydropisi ac tumoribus strumosis obnoxiæ sint, nostri den Bot vocãt, huius herbæ pastu recreãtur ac malum discutiunt. Est enim salsissima herba, vt quam aduentante Oceani æstu, continenter aqua marina irrigari cõtingat ac madescere. Quò fit vt subinde conspersa speciosius adolescat ac fruticetur densius. Qui autem hãc in cõdimenti vsum asseruare volunt, consulo vt modicè decoctam aceto minus acri potius, quàm muria aut salsugine condiant, aut rudi sale obruant vt portulacam: Cuius vsus pituitosis salubrior atque obesis, quàm biliosis aut macilentis. Subest huius herbæ solo, omnibusq; propemodũ agris maritimis. primum terra argillacea, lenta, tenax, glutinosa, quæ contrectata manibus adhæresci, nec fatiscit, aut facile excutitur.

Kali herbæ ouibus gratissima.

Salsæ herbæ medentur morbis ouium.

Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo.

Adeo vt vbi vestes cõmaculauit, ægrè eximi eluiq; possit, Cley nostri vocant, à lentore,

Geoeg. 2. Cley à verbo Cleuen deductum, quod inhærere est.

tore, Brabanti Leem, hanc sequitur bituminosa quædã concretio ac subterranea congeries, Darri, vt aliâs retuli, vocata, ex qua, tãquam fodinis, glebas eruunt indigenæ nigras ac pinguedine imbutas, quæ accensæ, vt aridi cespites, vrentissimos calores excitant, atque in cineres redactæ, saloque perfusæ materiam ac fomentum olim nostratibus præbuerunt conficiendi Salis. Sed is modus iam in dissuetudinem venit, ob maximam copiam quæ ex Gallijs atque Hispanijs ad nos conuehitur: qui tamẽ facilè in vsum reuocari posset, si externus Sal hostili odio denegetur, aut ex quauis alia causa, eius copiam nobis deesse contingat. Quocirca nõ omnino operam me lusisse puto, qui exoletum ac iampridem antiquatum hunc cõficiendi Salis modum in memoriã postliminio reuocârim: quo aliquando, si res poscat, instauretur. Cæterùm quum in maritimarum stirpium ac fruticum mentionem inciderim: de Alga nonihil inferendum. Siquidem hanc impensè à me sibi demonstrari optauit Rembertus Dodoneus Medicus Mechlienſis vir in illustranda re herbaria, arteque medica exercenda sagax & industrius. Eriguntur paſ-

Bitumen Zelandicũ Darri, salis materia.

Alga herba.

Rembertus Dodoneus.

passim locis maritimis moles ac propugnacula fluctibus opposita in ipso statim aditu, primoq; portus accessu, ex trabib°, sudibusq; rectis ac trāsuersis, quæ præter saxa immensi ponderis, stabiliendo operi iniecta, fascibus ac lōgurijs, cratibusqúe inter se cōtextis atq; implicatis fulciuntur, refert autem hæc machina eminētis promontorij imaginem, ac nauibus fidā tūtamque stationem præbet. Caput hāc structuram non solum nostrates, sed Itali quoque & Hispani vocant, siue arte constet, siue natura: eoque etiam nomine in Cosmographicis descriptionibus designatur. Huic Alga copiosē vndique adhęrescit, quę tametsi vilis sit & abiecta, quod præter Prouerbium Virgilius etiā annotauit.

Artificialis promontorij descriptio.

Moles & promontoria caput vocantur.

Alga vilior. Eglog.

Horridior rusco, proiecta vilior alga:

Aliquem tamē in Medicina vsum habet, siquidem dolores podagricos atq; articulares mitigat, expurgato primū corpore, inflammationes discutit, infrigidat atque exiccat multo efficacius, quam lens seu lenticula palustris, quæ est velut muscosum atque stagnantis excrementum, colore viridi, anseribus anatibusque gratissimum pabulum. Alga autem quum

Lēs aquæ quid.

Algæ descriptio.

plures habeat differentias, tum illa quæ nobis vulgaris est, ramosa spectatur, lubrica, carnosa, geniculata, bullis atque appendicibus prætumidis ac racemosis, quæ primoribus digitis compressæ crepitant, ac sonitum edunt, vt senæ folliculi. Quum autem Alga hæc membraneo folio existat, folliculis turgidis, flatuque distentis, lucidis, ac læuore perpolitis, magna parte fluitat, atque aquis supernatat, quibus destituta sessilis est, ac flaccescit, sarmentisque ac sudibus, seu pedamentis tanquam iners & ignaua incumbit. Color verò huic herbæ rufus est, obtusus, fulcus, ranus qui constat ex mixtura fusci & nigri inter cæsium & flauum, saturatæ vmbrosæque viriditati affinis: sarmentis verò ac palis qui munien dis aggeribus in littore adacti sunt, tenaciter adhæresci tanquam visco aut glutine (nullo radicis adminiculo illita atque implicata) ita vt ægrè auelli queat. Altera Algæ species quę marinæ aquæ subest, vt stagnis ac paludibus vlua, eaque stipata se fulcit, folio feniculaceo est in capillamenti tenuitatē extenuato, colore inamabili, muscoso quodam ac villoso concretu, nostrates VVoer, nonnulli VVeert vo-

Ranus color qui.

Secunda Algæ species.

vocant, quæ retibus ac ſagenis vnà cum gammaris ac minutis piſciculis, alijſque purgamẽtis ſubducitur. Phycos verò aut fucus marinus Algæ affinis eſt, illiq; forma atq; effectu par, vt Ariſtoteles ſentit, & illo poſterior Plinius. Muſcus autem aliud ab ijs ſtatui debet: Quorum vna ſpecies non ſolum littoribus, ſed etiam roſtratis nauibus adnaſcitur, vbi ex longa peregrinatione in portum ſunt delatæ, quibus non tam muſcus & alga, quàm teſtacea quæque, tum Echineis piſciculus adhæreſcit, quæ nauigia remorantur, ac curſum retardant: ob id noſtrates ſcopis aſperioribus defricant, & ferramentis vncis atque incuruis deradunt, quo carina vncta ac læuore perpolita feratur concitatius, totaq; velificatio perficiatur celerius. Eſt autem vulgare hoc muſci genus in Oceano Belgico copioſiſſimũ, colore vireſcente atque herbaceo, quod tamen in flauum aut ſubluteum elangueſcat, vt æſtate deſinente vitis pampini aut arborum folia, nulla radice fultum aut ſubnixum, tenacitate tamen quadam ſolo, cui incumbit, affigitur, vel extremis littorum oris ac marginibus, expanſum, emergente mari attollitur, ac ſubſidente

phycos.

Lib. 6. cap. 13. hiſtor. animaliũ.

Muſcus marinus fruticoſa concretio.

demittitur. Cæterùm muſcus maris qui à Dioſcoride deſcribitur, ab hoc prorſus diuerſus, ſiquidem ea herba cenſeri debet, aut fruticoſa concretio, ac villoſa cõgeries, tenuibus feſtucis, caniculis exilibus, ima parte lignoſis, folliculis capillaceis, criſpis ac cirratis, colore incano ac cinericeo, vetuſtate rubicundo, odore vt Abrotano, aut Abſynthio marino, cũ grauitate iucundo, verminoſis, & qui lumbricis infeſtantur, efficax & præſentanea, redacta in puluerem herba, eaq; denarij aut drachmæ pondere ex vino exhibita, eſt enim pari effectu cũ abſynthio Seriphio ſeu marino, illiq́ue affinis & cognata, vbi primũ emergit atq; emicat, ſi numeroſa folia, ac fruticãtes cauliculos, ſi cincinatas cirratasq; fimbrias ſpectes, Coralliną circũforanei vocãt, quoniã Corallio qui in mari Liguſtico, alijsq; littoribus retibus ſubducitur, adhæreſcat atq; implicata ſit. Sunt autem apud Zelandos Belgarum extremos, quos Matiacos Tacitus vocat à ſociali concordia, vt paulò poſt explicabo fuſius, longè lateq́ue exporrectæ planicies, atq; ab aggerum deſcẽſu, vberrima pecori ſaginãdo paſcua, in quibus ſe proferũt variæ herbarum ſpecies,

Corallina à Corallij amplexu herba.

Zelandi Matiaci dicti à ſociali concordia

Empe-

Empetrum, Crithum, Kali seu Sedum marinũ, Atriplex, Portulaca, Brassica marina, Halimus, Ononis seu resta bouis, flore purpureo ac ramusculis aculeatis atterendis calculis accommoda, Alga, Coralina fruticulus: Rhamnus vero arenosis dumosisque collibus familiaris est tricubitali altitudine, quibusdã locis arborescens, vt Paliurus, quæ minus fœcunda, ramis rigidis ac frangi contumacibus, oleæ folijs, sed angustioribus, supernè viridibus, ima sui parte qua terrã spectat, albicantibus, baccis seu acinis rotunditate ac magnitudine myrti aut pisæ Romanensis, in se numerosa congerie racematim compactis, ac ramis arctè implicatis affixisque perexiguo petioli appendice, colore flauescente ac luteo, maturitate crocato, sapore acido ac peracerbo quique affatim saliuam elicit, ac febricitantibus sitim cõpescit, vnico intus nucleo aut vinaceo, non lapidoso, vt corno aut oxycanthe, hoc est, spinæ illi acutæ quæ mense Maio, vbi omnia floreſcunt, spectabilis est & odorata, aut Crespino, quæ vulgo Berberis dicitur: quod vero dumetis atque arenosis locis peculiaris, zelandis duijn besyen vocantur

Herbæ in Zelandia cõmunes.

Rhamni descriptio.

Cõ sitim febricitantium.

sed qui dētibus facile atteratur: Adornātur autē apud nos hoc virgulto cœnacula ac triclinia ineūte autūno, quo baccæ luteo colore suffundi incipiunt, atque in multā hiemē spectaculo sunt, oculosq; reficiūt, atq; acido sapore nauseāti ac fastidioso palato gratificātur. Meminit huius fruticis Dauid qui multis locis appositissimis similitudines ad persuasionē profert in religionis negotio, ex naturæ rebꝰ concinnè petitas: Anteq̄ spinæ vestræ, inquit, adoleuerint, atq; obdurescant in Rhamnū, cōteret ac cōuellet vos Dominus, & liquescere faciet, vt limacē ac partū abortiuū. Quo designat improborū factiones, tyrannidē, minas, potentiā, conatus, molimina irrita fore, atque inualida, nec inferenda incōmoda, vllis viribꝰ instructa, à Rhāno desumpta similitudine frutice vbi adoleuit, aculeis infesto, nam ineūte vere tener est, mollis, tractabilis, ac minus noxiꝰ. Sunt autē in locis hisce maritimis complures herbæ ac frutices, quorū nōnullæ à littoribꝰ remotiores aurā quidē marinā cōcipiunt, at salo nō p̄fundūtur: aliæ subinde irrigātur maris aspergine, siquādo exundat Oceanꝰ, vt hibernis mensibus assolet Luna vel plena, vel

Psalm. 57.

Danidis locus explicatus.

vel primũ inchoata: quò fit vt oẽs ſtirpes maritimæ ſquallido ſint colore, atq; incano, tũ minus, quã hortẽſes, floridę, nec virore tã grato atq; amabili: quarũ tamẽ nõnullæ trãſlatæ, ac cultu edomitæ, ſpectatiores euadũt, ac frõdeſcunt virentq; ſpecioſius. Simile quiddã perſpicimus in cerdonibus, piſtoribus, qui furno adſtãt, carbonarijs, fabris ferrarijs, aurificibus qui argentũ inaurant, quod argento viuo perficitur, in ijs qui ſtannũ ęs, cuprũ, plũbum cudũt: qui omnes ſuo ſe colore produnt, ac non natiuum, ſed ex emanantib⁹ vaporibus ac circumfuſo aëre alienum atque aſcititium exhibent, ita vt pleriq; eorum colore buxeo, muſtellino, lurido, giluo, fuſco, fuliginoſo conſpiciãtur: qui ſi aliud vitæ genus aſciſcant, ac deſerto plebeio, patritio more viuere inceptent, confeſtim alius oris decor ac ſpecies, alia in facie ac vultu totoque corporis habitu dignitas elucere incipit, tametſi ferè quidam referant veteris opificij veſtigia, quibus olim erant aſſueti: quod ipſum etiam in ſeruis, ancillis, ruſticis obſeruamus, qui ad herilem dignitatẽ emergũt, in quibus fere aliqua elucet ac ſe profert plebeia conditio.

Maritimæ herbæ ſquallidæ.

Simile à ſordidis opificibus.

Opificia quædam colorem homini immutant.

LEVINI

LEVINI LEMNII MEDICI ZIRIZAEI DE NATVRAE DIGNITATE & præstantia.

LIBER QVARTVS.

DE VI EFFECTVQVE LVnæ, cuius motu impellitur Oceanus, & quid moribundis ac morbo deploratis obuenire soleat, vbi cum morte luctantur, atque è vita emigrare incipiunt, ex accessu recessuqúe Oceani ac Lunæ decursu, cuius vires efficacius, quàm cæteri, percipiunt atq; experiuntur maritimi.

Caput I.

Genes. 1.

QVa vi polleat sydus hoc nocti illustrandæ attributum, familiare nobis ac proximum, cuius vis animalium corporibus incumbit, atque humores agitat, superius demonstratũ est. Verum quum mirè sit efficax non solùm in

concitandis ciendisque tempestatibus ac fluctibus marinis, sed etiam in inferēdis exasperandisque morbis, nempe apoplexia, lethargo, stupore, epilepsia, paralysi, hydropisi, catarrhis, ac pituitæ fluxionibus, paulò accuratius de huius natura differendum, eoque magis quòd Belgæ Oceani accolæ eius vim efficacius percipiant, quàm qui ab illo sunt remotiores, quum enim proximè consistant, illoque sidere in Occidentem inclinato, propius illustrentur, nec vlla obstent vel nemora, vel montes: manifestè vim Lunæ concipiunt, ac humidis illius radijs affluentius madescunt atque irrigantur. Nam vt Plinius ait, Luna fœmineum ac molle, nocturnumque sidus, humorem mouet quidem: at vt Sol, non attrahit, cunctaque humifico spiritu implet, ac turgida efficit, quo fit vt qui regiones humidas frigidasque occupant, excrementis ac pituita scateant, ac subinde tussi, raucedini, coryzæ, multisque alijs fluxionibus ac catarrhis obnoxij sint ac infestentur, præsertim otiosi, ignaui, sedentarij, & qui rarius exercitationi aut labori insistunt, in quos propter humorum redundantiam Luna potentius vim suam exe-

Luna vis quos morbos acuat.

Plinij Lib. 2. cap. 100.

Otiosi catarrhis obnoxij.

exerit,ita vt isti præ cęteris eius motibus effectibusque sint expositi. Nam baiuli, nautæ,vectores,agricolæ,complureſque alij laboribus assueti,qui excitato auctoque calore natiuo excremẽta siqua aceruata sunt,cõficiunt, minus huius sideris incõmodo afficiuntur,nec magnoperè illius vim percipiũt. Cæterũ vt quæ lõgo à me vsu atque experiẽtia obseruata sũt, proferã quam vim naturæ parẽs qui vsibus nostris omnia accõmodat,Lunę attribuit,præter nocturnam illã facem ac clariſſimã lucem, qua mutuato à Sole lumine,mortales illustrat, præter ea quæ cõchylijs,ostreis,piscibns,satis,herbis,arboribus incrementa cõfert, obiter indicabo. Plinius ex Aristotelis sententia,Nullum animal in Oceano Gallico, nisi æstu recedente expirare aut extingui asserit cuius sententiam vt non ausim contẽtiosè improbare aut refellere: ita hoc cuiq; testatum esse volo, non exactè omnia illius opinioni respondere:quum nonnullos deprehenderim,ex decursu aspectuq; Lunæ,Oceani accessu,atq; aduẽtãte æstu expirare:pleroſq; in recessu ac subsidẽte fluxu opprimi.Siquidẽ in maritimo Belgicæ regionis tractu,pro humorũ redundan-

Otiosi lunæ effectibus expositi.

Libro 2. Hist. cap. 98.

Plinij Aliorq; Explicatq.

Error Plinij.

dantia ac defectu, diuersam obseruo emi grandi conditionem ac modũ. Alij enim ex Lunæ decursu, cuius impulsu fertur Oceanus, intumescente fluctu, alij subsidente, vel intereunt, vel conualescunt, humoribus scilicet spiritibusq; motu atque aspectu sideris, vel agitatis vel sopitis. Sic in pronuncianda Crisi, hoc est, deferendo iudicio quod vel mortem vel salutem denunciat, omnes quos morbis tentari obseruo, qui in humorum plenitudine consistunt, ceu pulmonis inflammatione, pleuritide, angina, apoplexia, lethargo, morbisq; pituitosis atque intercutaneis, quibus corpus intumescit, atque hydrope suffocatur, Luna plena atque orbiculata, æstuque exundante extinctũ iri pronuncio, aut saltẽ plerosq; eorũ pro morbi ac corporis cõditione ac natura, manifestã alterationẽ subituros subsequente subita sudoris vel sanguinis eruptione, vel ex quauis parte aliqua humoris redũdãtis euacuatione ac profluuio. Hecticos vero, hoc est, tabe, marcore, siccitate, nutrimẽti defectu obnoxios, deniq; silicernia, decrepitos ac capulares senes, silenti luna, fluctuq; subsidẽte, interituros denũcio. Et quò plenitudinis aut defect° causa ma-

Obesi in æstu maris accedente periclitantur.

Crisis.

Ægrotantes ex humorũ plenitudine plerũq; in plenilunio extinguũt.

Sicci & aridi in Oceani defluxu moriuntur.

in Communione Vel Nouilunio.

maior aut minor in corpore consistit, eò vel serius vel citius morte sopiuntur. Ita qui aquis distenti sunt, qui corpore opimo existunt, atq; obeso, si ancipiti dubioque morbo, & qui ex humorum redundantia contrahitur, corripiuntur, statim accedente æstu ac vergente in Plenilunium aut nouilunium sidere opprimuntur. Nonnulli vbi fluctus iam medium obtinent: alij quum in summo constiterit Oceanus, vitæ finem imponunt. Ediuerso qui sicco sunt aridoque corpore, macilenti, strigosi, squallidi, exangues, extenuati subsidente labenteque æstu, atque in Occidentẽ cõuerso sidere sensim placideque obdormiscũt. Eorum nõnulli pro viriũ defectu, defluxu medio: nonnulli extremo, portuque vacuo. Nec solum ægrotorum corpora ab externis hisce causis afficiuntur, sed etiam qui inculpata sanitate fruuntur Lunæ vires effectusque percipiunt, verum quò quisq; magis ab optima temperie deflexerit, eò promptius doloribus infestatur, atq; auræ Lunæque mutationibus fit obnoxius præsertim vbi huiusmodi corporibus vitiosi putridique humores subsunt. Sic luna vel inchoata primum, vel plena, atque in

Sani æquæ ac ægroti lunæ vim percipiunt.

in orbem circinata, flanteqúe vento rigido, muſculi, membranæ, nerui, pãnieuli, tendines rigeſcunt, ac contracti contortiqúe doloribus acrius concitantur. Hęc de Lunæ vi atque efficacia, motuqúe Oceani nemo vt vana aut anilia figmenta reſpuat, quum nihil illo certius, nec veritati magis conſentaneũ, ſiquidem huic rei fidem facit experientia, illiqúe ratio ſuffragatur etiam in ijs quę inanima ſunt & ſenſus expertia. Nam pelles cetoſæ ex vitulo marino ſeu phoca detractæ, rigeſcunt, ac pili eriguntur accedente maris æſtu: rurſus demittũtur ac flacceſcũt, eo ſubſidente, quod & Plinius non ſubticuit. Tale quiddam etiam in terreſtrib⁹ quadrupedibus obſeruamus, quarũ pleræque in arboribus victum venãtur, nam Sebellinæ atq; Armelinæ pelles ſi in imo arcæ reponantur, illaſqúe veſtibus impoſitis oneres, poſt triduum plus minus in ſummum emerſiſſe videbis, præſertim Sebellinas, vulgo Sabel. Quum enim animal id agile ſit & inquietum: non diſſimilis ferè mobilitas tegmini detracto inhæret, præſertim vbi Aquilonio flatu, hi berniſqúe ſiccitatibus ac gelu rigido auulſum eſt. Nam ſi vlli animantiũ pelles.

Pellium quarundã natura in erigendis pilis.

Pelles quãdo animãtibus detrahendæ.

æstiuis mensibus detraxeris, cuniculis, pantheris, leopardis, lyncibus, hyenis, felib⁹, vulpeculis, sciuris, mustelis, & quas Martes, vinerras vocant & foinas, tũ plerisq; alijs, ex quibus in hibernos vsus tegumenta conficimus, magna ex parte pili defluunt, quoniam illorũ radices non fixè inhæresc unt, hiante scilicet laxaque cute, quo fit vt huiusmodi pellibus suffultæ vestes, à blattis ac tineis citius infestentur, quod intempestiuè, nec opportuna anni parte à corporibus exemptæ detractæq; sint. Quocirca incõsultè faciunt qui æstiuis mensibus, flanteq; Austro vel Africo, culcitras, lodices, tegeticulas, aulęa ac tapetas, vestesq; cultiores in feriarũ festorumq; dierũ vsum repositas, ac decorẽ asseruatas, quas nuptiales Matthæus vocat, Australi potius auræ, quàm Aquilonari ventilandas exponũt, aëriq; humido obijciunt, quum frigore ac siccitate cœli obdurescant tegmina, & indumenta quæq; melioresc ant, tali siquidem ratione vermiculos, teredines, tineas, blattas quæ vestimẽta depopulãtur, ac vel corrosione vel attritu vitiant, exaresc ere contingit & aboleri. Frigida siquidẽ & sicca asseruandis rebus accõmoda,

Quando vestes aëri exponendæ.

Cap. 22.

Quid vestibus tineas innasci prohibeat.

moda,tũ crebra concussio ac conquassatio,quæ puluerulenta quæq; ac sitũ mucoremq; discutit. Nã quæcunque immota arcis ac loculis concludũtur, nec perflari contingit,aut flatibus agitari,putẽt, sordescunt,olida efficiuntur,ac detrimẽta cõcipiunt, atq; in dies efficiuntur deteriora. Nec etiã nocturno tempore cubili imponi debent,aut lecto admoueri, nã sudor qui ex tepente madidoque per nocturnã quietem corpore emanat atq; expirat,in vestes atq; induměta,cõtectasque chlamides assumitur, sic vt tepore quodã ac corporis exhalatione imbuta ac perfusa, materiã corruptionis concipiant. Calida enim & humida progenerandis sordidis animalculis idonea, quò fit vt æstiuis mensibus,auraq; subtepida, conclauia,ædes,cœnacula,triclinia,arcę, cellæ,prõptuariæ, horti limacibus, cochleis,vermiculis,cimicibus,muscis, culicibus,erucis,crabronibus ,vespis , scarabæis,corpora verò pulicibus, ac pediculis lẽdibusq; scateant, quæ hibernis mẽsibus minus conspiciuntur , aut infesta sunt. Omnes itaq; hirsutæ illæ crinitæq; bestiæ,tũ quę tenera molliqúe lanugine cõtectæ sunt , ex quibus sumptuosæ pel-

Tepor lecti pelles deteriores efficit.

Quæ qualitas vermiculos progignat.

Æstate ædes & corpora bestiolis scatent.

les ac tegmina cõficiuntur, in frigidis potius, quã calidis regionibus degũt, eoq; minus patiuntur pilorũ defluuiũ quod contractior sit cutis, ac cõdensa astricta-que frigore pellis: quo fit vt pilos tenacius amplectatur, nec cito defluãt, aut in auras diffusi euanescãt. Sic apud Zelandos in ipso propemodũ Oceani aditu immensa conspicitur vis cuniculorũ, qua tota Brabãtia post solstitiũ autumnale vsque ad veris initium alitur: nec leporum exiguus numerus magnitudinis inusitatæ, carne non minus salubri quàm suaui, & quæ (vt ridiculi quidam nugantur) nõ salsescat. Oberrant autem in monticulis ac collibus arenosis nonnulla sui parte Septentrioni, aut Occidenti solstiali, nõ arte sed natura oppositis, ita vt ex aëris frigiditate, atq; arenæ siccitate saluberrimi existant, ac mirè agiles, multò magis quã in caueis pasti ac saginati, præsertim si sanguine humano alantur, vt Chirurgos quosdã factitasse audio apud pleraſque nationes, qui sanguinẽ quẽ hominibus nõnunquã morbidis incisa vena adimunt, huiusmodi bestiolis obijciũt: quo quidẽ mirè saginantur & pinguescunt, sed alimento insalubri, atq; hominibus noxio

Zelandia cuniculis fœcunda.

Leporum in Selandia fœcunditas.

Cuniculi humano sanguine pasti insalubres.

noxio. Syluestres itaque, inquieti, exercitati, instabiles, palātes, esui salubriores, quorū etiā pelles ac tegmen densius est, multisque crinibus fixius inhærentibus magis obsitum.

DE ZELANDIAE INSVLIS, ac gentis huius natura, conditione, moribus, origine: & quantū commoditatis atq; emolumenti huius regionis fundus ac soli vbertas exteris adferat, compendiosa ac dilucida descriptio, in qua obiter refricatur rerum gestarum memoria, multæque naturales causæ explicantur.

Caput II.

QVum tā multa proferat Zelandię regio, quæ exteris etiam ad vitæ vsum ac commoditatē conducunt ac sunt necessaria: miror à plerisque hanc tam abiectam despicatam censeri. Nam præter insignes atque immensum fastigiatas lauros (vt à telluris beneficio exordiar) perpolitis maturitate baccis onustas, quæ Brabantis denegatæ sunt: præter efficaces & salubres herbas, quum medendis

Laurus in Zeelandia.

Zelandici soli vbertas.

morbis, tum esui accommodas: præter Sal candidissimum, quod ciuium industria conficitur: præter Rubiã, garansam Gallis, nostris Meedecrappe nominatã, adornandis pannis, ne color defloreſcat, eumq; intimè concipiãt, necessariã: præter triticum quo nusquã gentium candidius aut magis ponderosum: præter tot salsamenta ac vento induratas saperdas: præter immensam piscium copiam quæ quotidie recens aduecta, in omnes Europæ partes distribuitur: vrbes exhibet eleganter extructas, atque in ijs ædificia splendida, re domestica ac supellectile concinnè exornata, ita vt omnia passim nitida conspiciãtur, culta, expolita, quod vnicè nuper admiratus est illustrissimus Hispaniarum Rex Philippus Belgij princeps, & quibus stipatus erat, proceres Aulici. Accedunt his omnibus portus commodi, fidæq; ac tutæ nauium stationes, omni nationi expositæ, atq; ad frequentandas remotissimas regiones, quocunque terrarũ cursum instituere libeat, aptissimæ, nec illi negotio desunt exercitati naucleri, ac viri nautici, quibus omnes Oceani recessus sunt explorati. Quãta verò soli vbertas, quã pingues ac glutino-

Rubea radix & alumen durabili colore pannos imbuit.

Regi Hisp. Philippo grata Zelãdorum mũdicies.

tinosæ glebæ, quàm feraces ac fœcundi agri, quàm numerosi armẽtorũ pecudũque greges, non facile vlli fidẽ feceris, nisi propius illi sint conspecta, vti etiam vberrima saginando pecori pascua nõ solum intra exporrectos aggeres ac ambitus, sed etiam extra littora, in ipsa Oceani crepidine, in quibus oberrant pecudũ aliquot myriades maximo negotiatorũ emolumento, quæstuque vberrimo, non solum supra vulgarẽ magnitudinẽ, sed saporis etiam delicati atque exquisiti, soli ac graminum beneficio, quod saluberrimũ ijs pabulũ suppeditat, adeo vt exteri quoque summoperè ijs delectentur, ita vt Vitilitigatores, hoc est, qui sectãdis litibus dediti sunt, nullis donarijs (modo aurum demas) aduocatis ac procuratoribus melius gratificentur, quã si villosas huiusmodi oues ac Zelandicos verueces illorũ culinę inferant, tum demum enim res illis cordi esse incipit, ac causæ insistunt: quibus si accedat caseus ouillus vi rore perfusus inusitatæ magnitudinis, atque immensi ponderis, nihil adferri potest ad rei cõmendationem gratius. Tali siquidẽ condimento iritari solent ad potũ ac repotia etiã saturi, ac vino affluen-

Aduocatis muneribus afficiuntur

Caseus viridis appetentiam acuit.

tiore paulò ante perfusi. De aëris autem Zelandici clemẽtia nõ ausim multa polliceri, vt qui in nõnullis partibus sit paulo asperior, & quã vicinarũ gentiũ minus salubris, præsertim ęstate ob paludum, & stagnorũ graues halit°, & quòd regio arboribus minus consita. Hoc tamẽ habet commodi, quod cõtagioni ac pestiferis morbis minus sit obnoxius, ac serius inficiatur: at infectus immaniter in hominũ corpora grassatur, nec facilè cõquiescit. Vt enim lignum durũ ægrè quidẽ ignescit ac flammã concipit, at incensum difficilè restinguitur: ita corpora Aquilonijs flatibus ac marina aura indurata minus promptè virus concipiunt, peste verò correpta ægrè hanc excutiunt. Aqua quoque putealis in insulis non ita pridẽ ex mari vindicatis, parum sapida est aut salubris, ac vel salsæ qualitatis, vel vliginosi fundi, saporiq; ingrati particeps. Tametsi in Ciuitate Zirizea putei, existant qui ne aquę quidẽ fluuiatili cedãt, aut liquori pluuio sint inferiores. Regionem hãc maritimã veteribꝰ olim nõ fuisse incognitã ex Cornelio Tacito colligi potest, nõ hoc equidẽ, quo nũc innotescit, nomine, sed ex vsu ac vulgata alloquẽdi con-

Aër Zelãdicus qualis.

Zelandiæ aër quur serius inficiatur.

Simile ab ignitis rebus.

Aqua in Zelandia qualis.

Zirizea puteos salubres habet

Zelandia an veteribus cognita.

Saxlandi olim Mattiari dicti.

cõsuetudine ac cõpellatione, qua populares atq; indigenæ inter se sunt vsi, itaq; Mattiacorũ illos nomine designat, quũ inquit: Est in eodẽ obsequio Mattiacorũ gens, Batauis similis, nisi quod ipsi terræ suę solo acriꝰ animãtur. Quo indicat, tametsi Batauis siue Hollãdis à cauitate terræ sic denominatis vicini sint ac finitimi, ita vt inter illos referri debeãt, vulgari tãtũ nominis appellatione discretos, atq; Oceano propriores magis feroces esse, vt reuera sunt, ac viribus, ingenio, solertia, versutijs, calliditate, fallacijs, captionibus, negotiandi peritia, ac conquirẽdi industria superiores. Quod autem Mattiaci nominentur, nõ à loco aut duce aliquo, sed à populari appellatione, atq; vsitato loquendi more enatum est, nempe à Maet, quę vox in quotidiano sermone ac congressu familiari, omnium apud nos actionum, contractuum, periculorum, ac totius voluntatis, consilij, laboris socium comitemque sonat, omniumque rerum quas inter se exercẽt participem ac consortem, Ita omnes gregales, venalicij, cõsodales, & quotquot inita societate, fido firmoque animorum consensu facultates ac copias suas in commune conferunt

Lib. de moribus Germanorum.

Zelãdi calliditate & industrij.

Vnde Zelãdi Mattiaci dicti.

emolumenti ac quæstus spe, ex nautarum consuetudine, quorum maxima in ijs regionibus copia, Maet voce gentilitia ac vernacula nominantur, hoc est, coniuncti ac sociati. In magistratu vero, aut dignitate aliqua illustri, vel Consulari vel Senatoria, omniq; munere publico, quæstura, ædilitate, pupillorum tutela, testamentorum procuratione, alijsq; functionibus Veynout sese vocant etiã qui apud nos consulatu funguntur, quod Latinis collegam sonat. Ex vetusta itaque cõsuetudine ac vulgato loquendi more, quem inter has gentes obseruabant Romani, quum in ijs regionibus versarentur, illasque terras sibi vectigales ac tributarias facerent, aut in societatem ac tutelam Romanæ potẽtiæ assumerent, Mattiacos vocabant: vt qui apud Germanos Herman nominatur, Arminium, atque apud Cæsarem in Commentarijs, Ambachs heeren, Ambactos. Eò enim nomine designãt Belgæ illustres aliquot viros, penes quos est summa rerum, atque in Colonię alicuius seu municipij ambitu, vlloq; territorio, dominatus. Nam Zelandiæ nomen recens est, ac veteribus incognitũ, à terra ac mari conflatum, quasi dicas terram

Collega quo nomine Zelãdis dicitur.

Li. 4. belli Galli.

Ambacti qui Zelandis.

ram ac solum maritimum: mari enim vndique cingitur, multisque insulis distincta est nempe quindecim, tametsi paucis abhinc annis magnam cladē huic regioni Oceanus intulit, cuius sæuitia atq; immanitate magna Zelandiæ pars, diuulsis ac dissipatis funditus aggeribus, salo oppressa est, atque mari æquata: subsistunt tamen insignes aliquot insulę, quarū tres præcipuæ cum Oceani æstu continenter luctantur, atq; immēsis sumptibus (quod non facile Principi, aut qui illius vices obeunt, persuaderi potest) aduersus barbarum hoc atque indomitum elementū ægrè se tuentur. Inter has primum ex alto in portū delatis se offert Vuallachria vel ab eius cultore sic denominata, vel vt conijcio, à Gallis qui hanc oram frequentabant, qui Belgica voce etiā nūc VValē vocantur, impuberes eorum VVaelkens, aut ab ea Britanniæ parte, in qua versus Occidentem consistunt Vualli apud Anglos præcipuæ nobilitatis viri, à Gallis etiam oriundi, quod idioma illorū adhuc indicat. Insula hæc ab ortu Brabātiæ obuersa est, à meridie Flandriæ, ab Aquilone Batauiæ siue Hollandiæ, ob occasū æquinoctiali Britāniæ in quàm breuissimus

Zelandiæ insulis fœcunda.

Vualachriæ vnde dicta.

VValachriæ situs.

Waalen

mus est traiectus, & à qua parte primus in Oceanum ingressus quocunque terrarum visum sit, nauigationis cursum dirigere. Præbet enim Arnemuda Metelliburgi municipium, tutissimum omnibus portum, fidamque nauium stationem, nã hic præcipuè classis quamlibet numerosa instruitur, in quemcunque Oceani tractũ velificatio perficitur. Quum autem hæc insula præter fundi aliquot appendices serius illi annexas (Polders nostri vocãt) octo miliarium ambitũ conficiat, vt etiã Scaldia, cui intra cẽtum annos iugerum tria milia auulsa sunt, cultissimis aliquot pagis ac villis distincta sit, tum vnum habet emporium negotiatorum frequentatione celebre cum primis ac illustre Metelliburgum à Metello præcipuæ nobilitatis ac Consularis dignitatis apud Romanos viro id nomen, vt plerique opinantur, consequutum, quũ ego à Burgo, hoc est, munito atque eminẽte castro, aut arce rupeque inaccessa, quale apud Romanos Saxum Tarpeium, denominatum putem, quod in insulæ huius meditullio, ac velut centro consistat. Quæ loca occupare solent, ac præsidio munire duces præfectique regionum, quò ex editiore loco tan-

Arnemuda portus.

Metelliburgum Emporium.

Quid Germanis burgh.

tanquã è ſublimi ſpecula, ac velut in excubijs collocati omnia ſpectarent, atque incurſionibus hoſtium obſiſterent. Hinc enim apud Belgas emerſit Burgimagiſtri, & Burgrauij dignitas, quod penes hos ſit ſumma poteſtas, & loci illius præfectura. Nec tamẽ diffiteor, quin ad huius Conditorem referri poſſit, à quo tali loco hoc propugnaculum contra hoſtiles impetus ſit erectum. Diſtat autem à Metelliburgo verſus Africum ſeu Occaſum hibernum, interuallo ſexdecim ſtadiorum quæ bis mille paſſus conficiunt, aut bina miliaria Vrbecula exiguo quidem murorum ambitu, ſed arte ac natura munito qua parte mari obuerſa eſt, quæ ſtrenuis piſcatoribus atque exercitatis naucleris quos Pilotas vocãt, referta, Filſſinga nominatur, non Vlyſſea ab Vlyſſe vt quidam nugantur producta origine, ſed ab vrceo aut lagena potius, quod poculi genus fictile, ſupernè anguſtioris eſt, ne imprudenter liquor effundi poſſit, in medio, diſtento ac capaciore ventriculo, qui circa imum gracileſcit ac ſenſim extenuatur, Belgis een Fleſſche nominata. Cuius imagine, Ciuitatis huius vexilla ac manipuli quos etiã nauium malis in vertice erectos conſpicimus,

Burgimagiſtri & Burgrauij vnde dicti.

Fliſſinga, Ciuitas.

Miliaria Zeelandiæ.

Flissinga.

flagg.

Lagena quale poculi genus.

cimus, insigniti sunt. Quum autem loci huius incolæ suauiter se poculis reficiãt, nec ab ijs etiam abhorreant fœminæ, aliquando in hoc certamine viris robustiores, ab amplexu lagenæ qua singulariter afficiuntur, eamque identidem exhaurire gestiunt, nomẽ hoc consequuti sunt, aut idipsum sibi à potandi consuetudine asciuerunt: quæ quidem inter hos inoleuit, non vt inebrientur, sed inter se exhilarescant, atque animi nebulas discutiant. Sũt enim complures in hac regione tetrici, mœsti, supercilioſi, melãcholici, qui affectus à Brabantis ac Flandris sunt alieni, vt quos non triste Saturni ac Martis, sed letum & salutare Iouis & Mercurij sidus informat, eoque fit vt Zelandi qui percipiũt excutiẽdas illas animi molestias, Geniales esse studeat, atque affluentiore potu has animi carnificinas opprimere. Versus ortum æquinoctialem Scaldiæ opposita, Abest à Metelliburgo pari propemodum distantia ac totidem passibus Campoueria, Ciuitas, peranguſto mœniũ ambitu, paucis abhinc annis Scotorum frequentatione celebris, nomen id à freto obtinet, quod ab ea littoris ora in vlteriorem Campæ ripã ac sinum qui Noert-

Nomẽ à re inditum Eliſinga.

Zelandi cur poculis addicti.

Veria Ciuitas.

Veria Ciuitas vnde dicta.

beue-

beuelandiæ annexus est transferri homines soleat. Primus enim portus, ac nauiũ cymbarumque statio, à qua conscẽsa naui aut scapha traijcimus, Veer Belgis dicitur, alijs Vaert: Latinè traiectus & transuectio. Huic Aquilonẽ versus aut ab ortu solstiali opposita est Scaldia à prætera-labẽte Scalde flumine sic nominata, quæ quum multis populosis pagis ac Colonijs distincta sit, plurimas exhibeat rusticanas villas, pleraque vrbana atque antiquæ nobilitatis prædia ac palatia, vt Haëstedium, & Reniſſæ affinem Moermondã tum præter Brouersauiam non ignobile municipium, Ciuitas Zirizæa hanc insulam præcipuè exornat, quæ anno redempti orbis. 849. imperante Lothario primum in formam Ciuitatis ædificari cœpta, ac mœnium ambitu muniri, ex paruis initijs in eũ splendorem adaucta est, vt nulla clarissimarum Ciuitatum sit inferior. De qua hoc citra omnem ambitionem, aut immodicum erga patriã affectũ, ausim testari plurimis illã viris eruditis, præclarisque ingenijs fœcundam esse ac feracem, negotiatoribus prouidis ac sagacibus refertã, quibus ex re frumentaria ac lectissimo tritico, ex niuei cãdoris sale,

Scaldia insula à flumine sic dicta.

Zirizæa quando prẽ mũ erecta.

Zirizæi literis afficiuntur.

le,ex rubio seu garansa, salsamẽtorum ac piscium copia, armentorum pecudumq; immensa vi quæstus accedit vberrimus. In re familiari ac domestica,omnia elegãtia,nitida,expolita: mẽsa frugalis ac moderata,nec vnquã prodigaliter sumptuosa:in mercatura exercẽda nemo non ciuium solers atq; industrius,lucri auidus, ad rem attentus,in tenuiores tamen atq; inquilinos inopia pressos liberalis ac beneficus, in cæteros verò hospitalis, blandus,comis,affabilis, cãdidus,atque absq; omni simulatione ac fucata specie, nulli nõ obuius & expositus:in pietate ac Dei cultu religioni quàm superstitioni propior. Quod verò ad populares ac loci huius indigenas attinet, nusquam gentium tam dextri,tãtaque sagacitate in odorandis explorãdisque impostoribus, captiosis,fraudulẽtis, subdolis, insidiosis assentatoribus, quãlibet scitè adulentur, palpent, blandiantur, aures titillent ac scalpturiãt, adeò vt non facile horũ technis, fucis, fallacijs, versutijs decipiantur, sed illas euestigio depræhendant, Dinoscere cauti.

Zelandi æstuti.

Pers.Sat.5. *Quid solidum crepet, & pictæ tectoria linguæ,*
Nequa subærato mendosum tinniat auro:

Vt

Vt assolet ijs quibus aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum. Ab hac dijudicandi peritia emerserunt in Belgas aliquot (exhibita aliquãdo populari Comœdia) hæc vulgata dicteria, dictãte motione, nequis offenderetur: Brabãtus hilaris, festiuus, ridiculus, in scenicis Comicisq; moribus immodicus: Flãder mulierosus, salax, intẽperans, libidinosus, petulcus, lasciuus. Hollãdus simplex, improuidus, incautus, infacetus, iners, segnis, somniculosus, stolidus, ac minimè astutus. Zelandus callidus, vafer, versipellis, astutus, subdolus, captiosus, versutus. Qui affectº etiã ingraueſcẽte ætate ac senectute vires cõcipiunt, seseq; efficacius proferũt, nisi domita naturę propẽsioˊ, atq; institutione aliter cõdocefacta ad meliorẽ frugẽ perducatur. Siquidẽ infimæ plebis ista sunt vitia, ac gẽtilitij mores, nõ patriciorũ aut virorũ illustriũ qui liberaliter educãtur. Quum autẽ omni nationi sui adsint affectus ac vitia, mores, propensiones, studia, hoc est, instituta quibus se quisq; applicare solet, tum huic quoq; gẽti, à qua nihil humani alienũ, nõ desunt genuini insitiq; affectus, ad quos naturæ inclinatione feruntur, partim ex circũfuso aẽre qui

Belgarum inferiorũ aliquot propensiones.

Mores gentilitij plebi peculiares.

Omnis natio suis vitijs imbuta.

manifestò corpora afficit, partim, vt alimẽta prętereã, ex parẽtũ natura, auitisq; moribus, ac vulgari vitę cõsuetudine, quę aliquando, ita inoleuit ac mẽti infixa est, vt vix eximi queat: quò fit (si patricios demas, qui nusquã nõ cultu ac doctrina expoliti sunt) vt gregaria ac promiscua multitudo passim inhumana sit, rudis, agrestis, ferox, crudelis, indomita, atq; à ciuili vitæ consuetudine aliena, quascunq; etiã nationes excutias. Verũ quò inueteratus error, ac deprauati mores qui ab incunabulis ac prima infantia inolescere animis nostris incipiunt, ita vt eos velut cũ lacte nutricis suxisse videamur, eximãtur: progenitorũ munus ac officiũ est (quod nostrates nũc sedulo præstare enituntur) vt ex se prognati liberaliter instituãtur, eũq; animo cultũ ac fomẽta adhibere curent, vt exuta natiua insitaq; feritate, ad omnia humanitatis officia inclinentur. Vt enim siluestres arbores cura atq; industria hominum miteſcũt: immanes belluę officio ac molli tractatione mansuescunt ac cicurãtur: ita quoq; humanꝰ animus nõ prorsus ferreus aut adamantinus flecti potest atq; ad artes humaniores, ad probitatem, decus, virtutẽ, pietatẽ, religionẽ informari.

Patriciorũ cõditio diuersa à plebeia.

Infantia à maioribus instituẽda.

Simile à feris & arboribus siluestribus.

ri. Quę res effecit apud nos, vt piſcatores gens rudis ac pelago aſſueta, quorũ apud Zirizæos ſupra quingentos eſſe conſtat, præter hos qui nondũ ſatis adulti, in huius negotij tirocinio verſantur, paulò poſt in nautas ac veteranos aſſumendi, ea ſint morũ ac vitę integritate, vt nunquã inter illos vllæ cõtentiones, iurgia, ſimultates, diſſidia exoriãtur, nec vnquã inter ſe lites cõſectentur, aut iure cũ æqualibus cõtendant, ita vt magiſtratus nunquã niſi in vrgentiſſimis cauſis ſe horũ cõtrouerſijs interponat, ſed omnes inter ſeſe coactis comitijs dirimũt ac cõſopiunt. Nullũ inter ſuos gregales tolerãt mendicũ, ac probro ducũt, ſiquis ex cõſociatis oſtiatim ſtipẽ emẽdicet, aut quid aliud eblãdiatur, quin ipſa Piſcatoria ſocietas, & qui inter illos eſt primarius, quẽ Decanũ vocãt, ſingulis quibus res domi anguſta eſt & cõtractior, quàm vt familiam alant ac ſuſtentent, ex communi ærario ſuum dimenſum conſtituit, ita vt non deſit quo famem frugaliter ac liberaliter ſolẽtur. Quum autẽ tã numeroſa multitudo piſcatu ſe exerceat, ac paulò longius in Oceanum progreſſa, victum in mari venetur, ſiquãdo parcè & malignè piſcari contingat, nullus vnquã

Zirizæa piſcatoribus fœcunda.

Nautarum apud Zirizæos vitæ conditio.

Decanus piſcatorũ.

horũ se vexat aut excruciat, nec cuiquam malè precatur, sed omnia placide ac sedatè perfert meliorũ spe atq; fiducia. Ista autem animi moderatio in hominibus tam incultis, nõ præscriptis legibus, aut sapiẽtũ doctrina, mentibus illorũ impressa est, sed instinctu ductuque naturę, ac rationis iudicio cõcepta, quo discernũt, quæ honestati ac decoro deseruiũt, quæque illi sunt aduersa. Cæterũ vt ad Scaldẽ recurrat oratio, Eluuius hic in Veromãduis vetusto adhuc nomine cognitus, geminis fontibus progressus, per Neruios, nunc Tornacos, per Gandauũ vrbẽ celeberrimã, quæ mihi prima tirocinij rudimenta cõtulit, reliquosq; Flãdriæ tractus diffunditur, ac mox Antuerpiã delat°, vrbis męnia alluit, portũq; inibi insignẽ, ac clarissimã nauiũ stationẽ exteris exhibet, deinde paulò longius progressus, bipartito cursu Brabantiã ac Flandriam à Zelandia discriminat, siquidẽ siniſtra in Austrũ cõtortus ac deflexus, Flãdrię oras ac littora persequitur, alioq; nomine insignitus, de Honte à latratu ac fremitu vocatur, quo per Suytbeuelandiam ac Vualachriã in Oceanũ occidentalẽ patet aditus, ac rursus in has oràs accessus, Dextra verò relictis

Piscatorũ apud Belgas affectuum moderatio.

Ductus naturæ quid efficiat.

Scaldis fluuij origo et decursus.

Gandauũ studiorum alumna.

Antuerpiã Scaldis exornat.

Scaldis per Flandriam decursus cur de Hõte dicitur.

ctis Brabãtiæ finibus cõtinuato cursu, ser uatoq́; veteri alueo per Scaldię insulę littora violento vastoq́; gurgite in Oceanũ deuoluitur, atq; ex vetusta appellatione Scaldis nominatur Belgis vsitato nomine Scelt, Gallicè le Scault, vnde insula hæc Scaldia denominata, vulgo Schouvve. Cuius fluuij pręcipuũ alueũ, profundũq́; gurgitẽ (Canael nautæ vocãt) quẽ naues cõsectari debẽt, ne vadis inhæreãt, ac sisti cõtingat, etiã hac tẽpestate indigenæ exactissimè exploratũ habent, suoq́; illũ nomine designant, cõmonstrato loco à quo ante multos annos Oceani ostia subire solet, ac fluctibus marinis immergi, ita vt ne intẽpesta quidẽ nocte, nostrates nautæ ab hoc deflectant, aut in diuersum rapiãtur, vt aliquãdo vsuuenire solet velificandi imperitis, insigni mercium ac vectorum detrimento. Exaudiuntur autem hisce locis fragores ac strepitus horrendi vel subsidẽte in imum fluctu vel vbi rursus æstus aduentare incipit, ac ventorum violẽtia exasperatus Oceanus fluuio obnititur, quod ipsum potissimè vsuuenire solet, vbi post Aquilones, Austrini flatus ingruunt, ita vt accolæ percepto plusquã miliaris interuallo Oceani ac Scaldæ fremitu,

Cæsar li. 6. Comment.

Zirizæi exercitati nautæ.

Scaldæ fremitus quãdo tempestatem denunciat.

Tempestas ex Ventis pdicit.

mitu, tempestatem imminere ante triduum pronuncient. Quum autem angustiora olim essent Oceani ostia, minusque vasti ac patentes in continentem aditus, conspectius in mare Scaldis ferebatur, siquidē incrudescente quotannis æstu marino, ostia faucesque dilatari contingat ac sinus laxiores effici, vt gulosis assolet qui immodico potu se proluunt, quò fit vt flumen hoc affluentiori salo obruatur, nec facile decursus eiūs quo in Oceanum effunditur, conspici, queat. Non desunt qui nominis affinitate decepti, eam speciē Aselli piscis, qui mihi aliquādo Plinij visus est Callarias, ex hoc fluuio nomē obtinere credāt, atque à Scelt Sceluisch denominari, quod in Oceani ostijs in quę flumē hoc se exonerat, vel hamo vel retibus subducatur: quum à squamis potius, vulgo Scellē (nā Scelpē testaceis attribuūtur, nō piscibus) appellatū censeā, quibus dēsius cōtectus obductusque est, ac velut lorica munitus: eoq; fit vt, quū elixandus est, (nā torreri recusat) cultro deradi debeat ac desquamari, secus q̄ Asellus, vulgo Cabbeliau, læuore perpolitus, cuteq; molli nec squamosa nec etiā in ipsis Oceani faucibus, quas influit, capitur, sed in alto lon-

Simile à gulosis, quibus fauces dilatantur.

Sceluis piscis vnde denominetur.

Asellus piscis Cabbeliau.

to lõgeq́; remoto mari. Tametsi nõ ignorẽ pelagios aliquot pisces aliquãdo flumi nis ostia subire, dulcis aquę illecebra, qua mirè pinguescũt, vt Salmones qui ex Britannico Scoticoq́; sinu, aduerso amne in Rhenũ ac Mosam penetrãt, vt etiã Trissę, alosæ, lucciæ vulgo Elsr, mugiles Harder acipẽser vel sturio. Anguillæ verò contra quàm marini pisces, salsam aquã appetũt, qua gustata mirè agiles efficiuntur, minusq́; lubrici, atq; esui salubriores, quò fit vt circa Catarhactas (nostri Sluscn vocãt à claudẽdo) quæ apertis valuis aquã, qua hibernis mẽsib⁹ agri opprimũtur, violẽto impetu in mare profundũt, inusitatæ magnitudinis anguillæ nassis ac sagenis eximãtur, verum de his aliquando vberius, vbi Conrardo Gesnero viro cumprimis erudito paria fecerim, atque hostimenti loco Compendium de piscium triuialibus nomenclaturis illi dedicatum absoluero. Cæterùm flumen hoc qua parte Scaldiæ oras attingit, atque hinc in Ocea num illabitur, Orientales regionis huius insulas ab Occidẽtalib⁹ discriminat quarũ quę ad Ortũ spectant, Beoesterscelt indigenis vocãtur: quę verò Austro ac Flandriæ obuersæ sunt, Bevvesterschelt, quasi

Salm pisris Vnde in Rhenũ veniat.

Anguillæ salsa aqua delectãtur.

Conrardus Gesnerus laudatus.

superiorẽ ac inferiorẽ, aut citeriorẽ atq; vlteriorẽ dicas quorũ alij cis Scaldã, alij trans Scaldã cõsistunt. Designantur autẽ his nominibus duæ insignes Quæsturæ, quibus prætoria etiã dignitas, ac Dictaturę potestas attributa est, sic vt harũ prę fectis ius fas sit tota passim regione (præter ciuitatũ municipia quæ cõsulũ tutelæ ac prędidio subsunt) Regio dominatu faci noros os coërcere, vagos ac palãtes corripere, nebulones ac inẽdicos validos, sicarios oppressores in vincula conijcere, ac tormẽtis exploratos in iudicio capitis arcessere, quo omnia passim quieta sint & pacata, & nequis iter ingressus, aliquid hostile metuat. Obiuit hoc mun° multis annis inculpatè, eoq; præclarè ac magna laude funct° est nullius offensione Illustr. vir Hieron. à Seroskerka, Equestris ordinis Heros, multisq; alijs nominib° suspiciẽdus. Adauget verò soceri decus & amplitudinẽ pari generis splẽdore ac nobilitate magnificus vir Iudoc° à Vueruia, rei agrariæ in insulę nostrę ambitu prędectus non sine maxima amplissimarũ dignitatũ expectatione. Excitauit elapsis aliquot retro sæculis fluuij hic decursus inter Zelãdos qui in eodẽ sunt cũ Batauis comita-

Zelandia in duas quæsturas diuisa.

Hieronymus à Seroskerka.

Iudocus à Vueruia.

tu,

tu,& Flādros,acerrimās contentiones ac cruētas pugnas.Appellat autē atq; veneratur vtraque natio ſuos Principes Comitis nomine adiectis aliquot ſpecioſis titulis:qui Dominat° hinc emerſit, quòd præcipuę nobilitatis viri Imperatores ac Cæſares in adeundis periculis comitarētur, ſuamque operā ſedulo illis præſtarent,vulgo Grauen.Sic qui apud Brabātos ac pleroſque alios poteſtate Regia exiſtunt, Duces vocantur à deducendo in hoſtilem agrum exercitu, vulgo Hertoghen,quaſi dicas exercitus ductores. Quum autem Flandriæ Comes Guido Dampetra proferendę ditionis eſſet auidus,ad occupandas aliquot Zelandię inſulas animum induxit,itaque primò Vualachriam ſibi ſubijcere ac vectigalem facere meditatur, inductoque in hanc ditionem exercitu (nam facillimus erat traiectus (illam incurſionibus,incendio, (igni,ferro depopulatur ac vaſtat, tandem Metelliburgum obſidet, ac per fecialem (Harault noſtri vocant) ad deditionem ſolicitat,quum in id non admodum paratos promptoſque ſentit ciuium animos, admotis arietibus,factoque vno aut altero inſultu Ciuitatem expugnat. Guliel-

Comites vnde dicti

Duces vnde nomen ſortiti.

Guido Dāpetra Flandriæ Comes

Metellibur gum expugnatur.

Vexilla Zirizea quur rubra.

mus Batauorũ ac Zelãdię Comes ei° nominis terti° quũ Ciuitati ſubſidiũ adfert Zirizæis ſtipatus quibùs maximè fidebat, duobus vno die prælijs victus, ſanguine madidis vexillis (vnde emerſerũt Zirizęę Ciuitatis inſignia ſanguinolento colore pfuſa) Zirizęã qua nulla tũc munitior, aut Principi magis deuota, propere cõtendit Guido victoria elat°, relicto intra Metelliburgũ pręſidio, in Zirizęos omne belli robur cõuertit, quos dũ ſeſquimẽſem obſidione premit, maximis dãnis afficitur. Siquidẽ oppida vi cõtinua eruptione, magnã ſtragẽ Flãdris intulerũt, multoſq; captiuos in ciuitatẽ adduxerũt, tãdẽ impetratis vtri° cõſenſu inducijs, cõceſſaq; ſex hebdomadis belli mora, Guido in Batauos expeditionẽ molitur. Elapſis inducijs ziri zęi collecto milite, inſtructaq; claſſe in V-

Zirizæi Metelliburgũ expugnatũ Comiti reſtituunt.

ualachriã cõfeſtim traijciũt, cæſiſq; ac profligatis Flãdris, Ciuitatẽ in poteſtatẽ redigũt, ac perexiguo accepto incõmodo, in ſedes ſuas ſe recipiũt. Princeps Batauorũ ac Zelandorũ Guilielm° ei° nominis terti° percepta tã inſigni victoria, Ciuitatẽ Zirizeã maximis honoribus afficit, multiſque priuilegijs, cõgiarijs, donatiuis muneribus exornat. Guido verò Flãdrię Co-

Zirizæis virtute parta priuilegia.

mes

mes re apud Batauos male gesta, accepto que vulnere in Zelandiã secedit, deinde paululũ recreatus ad oppugnandos Zirizęos, à quibus ereptũ Metelliburgũ indignatur, animũ intẽdit. Itaq; coacto numeroso exercitu tametsi vltra sesquimẽsem bis ab hac esset repulsus, atq; infecta re decedere sit coactus, rursus illos lacessit, atq; arctissima obsidione pressos cõtinenter oppugnare nõ desinit, quũ autẽ oppidani in extremis essẽt cõstituti, atq; in sũma difficultate, in maxima rerũ inopia versarẽtur, nullis tamẽ vel blandimentis, vel minis ad deditionẽ impelli potuerũt tametsi iã septimũ mẽsem præter incẽdia atq; immissas in Ciuitatẽ faces, omni tormentorũ genere, arietibus, catapultis, testudinibus, fundis, balliſtis, alijsq; machinis quarũ illo sæculo frequẽs vsus, terra mariq; oppugnarẽtur. Quũ itaq; in angusto res essent cõstitutæ, omniq; præsidio destituta Ciuitas, opportunè Rex galliarũ Philippꝰ cognomẽto Pulcher nulla interposita cũctatione aut mora Ioannẽ Payderosum ducẽ præfectũq; maris, ac Reginerium Grimaldum Genuensem instructa classe, atque adornatis aliquot longis nauibus, quę quòd remis frequentius

Francorum rex Zirizæos subleuat

tius quam velis incitantur, triremes vocantur, Zirizęam amandat, vtque obsessis subsidio adsint ac maturè subueniant cohortatur, illi nihil cunctati Regis mandato obsequuntur, omniaque euestigio perficiunt, quos vbi in excubijs constituti, è sublimi atque eminente specula, à qua in mare latissimus prospectus, aduentare, nec procul abesse denunciant, confestim Guilielmus Batuaiæ ac Zelandiæ Princeps, Regis sororius conspecta primum naue prætoria, deinde numerosa longo agmine classe, quas ipse in eum vsum instruxerat naues, illis adiunxit, collatisque copijs atquo vnita classe Flandros adoriri atque opprimere statuunt, oppidanis etiam re insperata in spem victoriæ erectis, qui redintegratis viribus longa obsidione attritis, rursum in hostem animantur. Quum autem stat in procinctu acies, ac classis omnibus armamentis accuratè instructa in hostem incitanda, è statione moueri incipit: Flandri (vt nulli desunt astus militares ac stratagemata) nauem quandam sarmentis, fascibus, scandalis, stramentis, stipulis, alioque fomite atq; aridis nutrimentis quæ cito flammam concipiunt, constratam, oleo, pice, sulphure, seuo,

Triremes vulgo Galeyen.

Stratagema.

seuo, adipe perfundunt, eamque accensam æstu ac vento secundo in aduersam classem dirigunt. Quum autem nauis flãmis coruſca hinc inde hæreret, ac subinde vadis implicita lentè progrederetur, ita vt Oceanus propemodum in summo consisteret, ac iamiam refluxum meditaretur: ecce de repente (quod singulari Dei prouidentia factum credi par est) vẽtus mutata statione in Aquilonem impellitur, aç remeante maris fluxu flamnifera nauis retorta, Flandrorum classem inuadit, omnique ex parte incendia miscet: complures, ne flammis absumerentur ac concremarent, in mare desiliunt, ac periculum periculo commutant, vitãque natandi peritia redimunt. Turbatis hac clade Flandrorum rebus, nostrates remis velisque in illos irruunt. Illi nihilo facti segniores, restincto, qua licet, incendio, reliquas naues flammis intactas, omneque exercitus robur acriter hosti opponunt. Certatum est initio ancipiti dubioque Marte à meridie ad emergentem vsque Solem, ita vt ne nox quidem, quæ ea parte anni, nempe Idibus Augusti sub lustris est, prælium dirimeret. Nostrates æquo loco constituti, ventoque ab ijs auer-

Nauale prælium.

Flandrorũ virtus.

uerso ac subsidente Oceano, igni, ferro, faculis, accensisq; sarmētis ac sudibus hostibus terrorē incutiunt, multosq; ardētes globos ac faces in hostium naues ijs comburendis prouoluunt. Interim oppidani reseratis portis factaque eruptione maximam illis cladem inferunt, ac Flandrorum impetus in nostros retardunt ac reprimunt, mulierculis etiam in hostem ita efferatis, vt non minus fortiter & animosè, quàm viri, se illis opponerent. Tātus in eo conflictu fragor, strepitus, clamor, vociferatio, vlulatus fuisse perhibetur, vt pleriq; testati sint, plusquā trium miliarium interuallo, horrendos illos clamores fuisse exauditos. Quod nemini supra fidē videri debet, quū in mari editus sonus, aut excitatus fremitus incredibili distantia percipiatur, præsertim tacita silenteq; nocte. Quum enim nihil obstet, vel nemora, vel montes, aut in cœlum erecti scopuli: clangor per æquoris planiciem, velut patentem atque vndique exporrectum campum, longè lateque se diffundit, ac per aëra voluitur. Quum autē tota nocte miseranda strages, ac cædes horribilis sit edita: diluculo rebus desperatis, victi fusique Flandri in hostiū potesta-

Nocte omnia latè exaudiri.

In mari sonitus lōgissimè exauditur.

statem rediguntur. Desiderati in ea pugna Flandrorũ octo plus minus milia, capti præter gregarios milites quorum nõ facile numerus iniri potest, Guido Dampetra Flandriæ Princeps, ac cum illo innumeri proceres Aulici: direpta signa militaria, pelles, tentoria, manubiæ, multaq; opima spolia atque exuuię cum Principe ac captiuis in ciuitatem relata sunt. Tota autem classis quę illis numerosa erat, suisque armamẽtis affabrè instructa, vel quassata & conuulsa, vel incendio absumpta: reliqua in hostium potestatem redacta. Hac itaque memorabili clade afflicti Flãdri documento Principibus esse debent, qui alienæ ditionis sunt auidi, ac finitimorum possessioni inhiant, non tentandas bello vicinas regiones, vbi nulla subest legitima causa, aut iusta belli origo: quæ etiamsi existet, prętstat omnia potius experiri, nullasque non conditiones pacis admittere, quàm arma in manus arripere. Cæterum soluta iam Ciuitatis Ziriczææ obsidione, confectoque bello, quod euenit anno Domini 1303 Idibus Augusti, qui dies erat Laurentio sacer, ne parta ex tam atroci ac cruento bello victoria, annorum decursu obliuione obrueretur, aut

Guido Flãdrorum Comes captus

Non temerè suscipiẽdum bellũ.

Nõ inuadẽdas aliorũ ditiones.

aut ciuium animis excideret, decretę ſũt ſolennes, atque anniuerſarię ſupplicationes Deo immortali, eaſque Senatus quotannis eodem quo hæc peracta ſunt, die, ac periculo exempta Ciuitas, in ſempiternam rei memoriam continuari voluit, quod à poſteris nunquam intermiſſum eſt: Quin & impuberes qui ſcholas publicas frequentant, atque in palęſtra literaria verſantur, hunc diem feſtum habẽt, ac feriantur permiſſa ijs ludẽdi licentia: ita rei geſtę recordatio poſteritati tanquã per manus traditur: quò cuique ciuium innoteſcat, mentiąue fixius inhæreat, in quanta anguſtia, vitæque diſcrimine verſati ſint olim progenitores, dum pro aris & focis, pro coniuge ac charis liberis acerrimè decertant, ſuoque Principi ſtrenuam fidamque operam præſtare conantur. Interim hanc præcipuè doctrinam exhibet poſteris, eoſque commonefacit rei huius annua continuatio, vt rebus afflictis ac deſperatis, ad Deum opt. max. mentem erigant, atque ab eo ſalutem, patriam obſidione liberam, proſperos rerũ ſucceſſus, victoriam incruentam ſummis votis exoptent: quod vnicè factitaſſe legimus Abrahamum, Moſen, Dauidem,

Aduerſa quæ acciderunt, aliquando animo repetenda.

Eze-

Ezechiam, Iudith, complureſq; alios, qui huiuſmodi præſidijs victoriam ſunt conſequuti. Cæterùm quum Scaldia, in eaq; ſita Zirizęa frequentius ab exteris laceſſita ſit, ac bellis quaſſata, tum inſularum nulla minus Suytbeuelandia, quæ à ſolo Auſtro oppoſito ſic denominata eſt, ſpatioſiſſimo amœniſſimoque verſus Flãdrię ac Brabantiæ oras tractu exporrecta, tametſi paucis abhinc annis maximam iacturam paſſa, dimidio iam ſit auguſtior. Ab hac auulſa eſt Ciuitas non ignobilis Romerſualla, quã nullis excultam agris, nullis exornatam pomærijs, Oceanus vndique alluit, ita vt vnica ſalis negotiatione ſubſiſtat. In Occidentali verò inſulæ parte ſita ĕſt Gœſa ciuitas, perexiguo quidem murorum ambitu, at ſplendidè atq; affabrè extructa, ciuibus morum ciuilitate perpolitis. Eſt præter hanc inſula quædam Brabantiæ contermina, exiguo tantum freto diſcreta, in qua conſiſtit Toletum à vectigali & portorijs ita appellatũ, vetuſtum oppidulum: à quo non procul abeſt Martinianus agger, Principis Auraſienſis municipium, locus amœnus atque arboribus vndique conſitus, in quibus maxima alitûm, præſertim ardearum

Suytbeuelandia inſula vnde dicta.

Romerſualla Ciuitas.

Goeſa Ciuitas.

Toletum Zelandiæ Ciuitas.

Martiniana Ciuitas

copia nidulatur. Sunt præterea minutæ aliquot insulæ, minusque celebres, vt Duuelandia à Columbarum frequentia sic denominata, Gœreda à fida nauium statione, Plateſſa, tum pleræque aliæ non ita pridem ex mari vindicatæ, quarum descriptionibus inhærere superuacaneum puto quum edita nuper Zelandiæ Topographia singula exactè exhibeat, quæ spectator curiosus per otium oculis poterit demetiri. Quod vero ad gentis huius originem spectat, constans fama est, atque indigenis per manus tradita, à Gothis ac Danis hanc profluxisse, præsertim ab illa insula Cimbrica quæ in Dania Zelandiæ nomine inscripta est, in qua spectatur celeberrimum Emporium Hafnia, vulgari nomine Coopmanshauen, à portu negotiatoribus frequentata, qui hanc terram cultoribus vacuam, oppositis erectisque aggerum molibus in insulas redegerunt, atque extructis primum casis, minutisque atque angustis tugurijs, semēti ac pascuis reddidêre idoneam. Erat enim Cæsaris ætate, magna terræ huius pars, quæ non aliud quàm Batauiæ appendix est, inculta nec vnquam ad serendi vsum vomere prosciſſa, aut fossione subacta, sed æstua

Zelandorũ origo.

Zelandia apud Danos.

Hafnia Coopmans hauen.

Zelandia Batauiæ appendix.

rijs

rijs ac paludibus impedita, ita vt etiã nũc Hollandia plurimos vndique lacus exhibeat, adeo vt pedestria passim itinera illis concisa, cymbis omnia transigenda sint: quod ipsum etiam Zelandis vsuuenit in æstuarijs, quæ nihil aliud sunt, quàm loca extra intráque littora marinis fluctibus exposita. Siquidem effuso in ipsa mediterranea salo, aquam affluenter concipiunt, ita vt hibernis mensibus omnia inuia sint, nec nisi scaphis ea loca adiri queant. Quod verò solum extra aggeres ad maris vsque crepidines atque extremas oras multis iugeribus longè lateque exporrigitur, ex alluuione coaceruatum, crebris fluctib⁹ æstuque tunditur, ac nõnunquam extumescente Oceano, vt assolet Luna vel plena, vel primum inchoata, fluctibus obruitur: subsidente vero, rursus emergit, ita vt loca paulò editiora, & quæ eminent, suauissimo pabulo pecudes reficiant. In huiusmodi receptacula se olim conferre solent impuberes ac mulieres, omnisque ætas ad bellum inidonea, vbi Romani Belgicam incursionibus infestarent, erat enim tutissimum ibi perfugium, quòd aditus accessusque esset difficilis. Sunt enim ea loca quę nostri Stel-

Æstuaria quid.

Æstuaria in bello Belgarum perfugia.

len, vel potius Stallen, hoc est, caulas ac pecorum stabula vocant, nostro etiã tempore multis incuruis voraginibus, ac verticosis fossis, per quas Oceani æstus voluitur, (nostrates Creken vocant) impedita adeo, vt equitem armatum, si imprudẽter atque incautè in illas inciderit, absorberi atque obrui contingat, quò fit vt loci huius viæque ignaris istac penetrare pernicioſum sit. Sunt autem multis Zelãdiæ locis herbidæ planicies ac viridantia floridaque prata nullis cincta aggeribus, quarũ vsus in ijs regionibus nunquã defuturus est: quũ quę à parte vna abradi auelliq; contingit, alteri alluuione adijciãtur, ita vt nunquam extruendarum insularũ materia huic regioni deesse possit. Horum quædam à virenti gramine ac leta pabulatione Garzen indigenæ vocãt, quæ verò parcius gramine viresçunt, nec vberem adhuc pabuli copiam suppeditant, à pascendo vellendoque Scorren vocant. Ex his vbi aliquot iugerum milia conglobari contingit, insulas efficere nostrates tentant, ac quum vetustæ tum recentiores ope humana ex ijs rudimentis coagmentatę sunt ac coaluerunt. Multi olim soli huius vbertate, atque agrorũ specie

Voragines Zelandicæ, vulgo Creken.

ſpecie illecti, expulſis veteribus colonis atque inquilinis, terram hanc inuaſerũt, eiuſque poſſeſſionem armis ſibi vendicârunt. Non defuerunt atauorum memoria, qui Batauis ac Zelandis infeſti has inſulas in ſuam ditionem ac poteſtatem redigere ſunt aggreſſi, ſed duæ iſtæ nationes inter ſe conſociatæ, ſemper hoſtibus fortiter reſtiterunt, quo fit vt ad hanc vſque ætatem vtraque gens eodem vtatur dominatu, eiſdem legibus, eadem iuris æquitate, eodem ſit in hoſtes animo. Fuiſſe hanc gentem quæ Zelandiæ nomine inſignita eſt, Batauis confinem ac proximam, eiuſque regionis partem atque appendicem, ex C. Cæſare præter alia, ijs verbis colligi poteſt: Moſa ex monte Voſeno profluit, ac parte quadam Rheno recepta, inſulam efficit Batauorum, neque longius ab eo milibus paſſuum in Oceanum influit. Rhenus autem ex Lepontijs qui Alpes incolunt, oritur, ac longo ſpatio citatus fertur, atque vbi Oceano appropinquat, in plures diffluit partes, multiſque ingentibus inſulis effectis in Oceanum influit, quarum pars magna à feris barbariſque nationibus incolitur, quæ piſcibus & ouis auium viuere exiſtiman-

Bataui Zelandis cõſociati.

Com. belli Gallici 4.

Moſæ origo

Rheni origo & decurſus.

tur,à quibus Rhenus multis capitibus in Oceanum influit. Quibus verbis mihi graphicè describere videtur Batauos Oceano viciniores, tum illis conterminos Mattiacos seu Zelandos,quorum insulas & qui in Occidentali Belgica eadem sunt cum ijs conditione ac natura,paulò post his verbis designat: Pars in syluas, pars in continentes paludes profugit: qui proximi Oceano erant,hi in insulis se occultauerunt, quas æstus efficere consueuerunt: quæ reuera nullæ aliæ sunt quàm Zelandicæ. Quotquot enim sunt in Belgio Oceano circumfusæ insulæ, tali modo conflatæ congestæque sunt,ita vt primum natura consistant, deinde arte muniantur,ac paulatim cultura atque industria hominum in fructiferos fundos ac speciosos agros, cultaque noualia redigãtur. Ea est autem apud nos rerũ vicissitudo, vt minimo annorũ decursu ac temporis interuallo magna incrementa hæc regio suscipiat, rursus maximam iacturã ac detrimenta patiatur,nec vlla res vices rerũ humanarũ,aut varios instabilesq; motus melius cõmmonstrat, quã Zelandiæ insulæ, quarũ prosperi successus ac res secundæ æstuario fluxu & refluxu nũc huc nunc

Com.li.6.

Zelandia mutationi obnoxia.

nunc illuc voluuntur. Nulla est apud vllas nationes annona, aut res frumẽtaria etiã lectissimi tritici vberior, ita vt bina iugera Zelandica plº emoluměti, cultori ac colono adferant, quã quatuor Brabantica, minº tamẽ tuta est fidaque apud nos huius rei possessio: quũ singulis momẽtis præsertim hibernis mensibus, flãte Coro & Circio, ex maris sęuitia periculũ immineat. Vnde enatũ Prouerbiũ ab ijs, qui optimè rebº suis consultũ cupiũt, atq; ijs tuto frui exoptãt, Laudari Brabãtici aëris clementiã ac soli stabilitatẽ, Zelãdici verò fundi reditº atq; annonæ prouentum: quod ita efferũt vulgari sermone, Brabãt sche lucht, Zeeusche rentẽ. Nostra siquidem & auorũ memoria centũ plus minus iugerũ milia in insulæ formã redacta, atq; aggeribus vndiq; cincta, dissipatis cõuulsisq; in immẽsum cõgestis molibus inundãte Oceano nõ sine maximo incolarum interitu, sálo oppressa sunt. Rursus indigenæ erectis nouis insulis, quod nostrates crebro factitãt, vbi herbidi ac graminosi campi se proferũt, semẽti ac culturæ sedulo insistũt, ita vt paucorũ annorũ spatio, affluẽti omniũ rerũ copia, supra quã credi possit, ditẽtur. Sic apud Zelãdos in-

Prouerbiũ Belgicũ de Brabantia. & Zelãdia

sultibus marinis continenter expositos, nihil stabile, firmũ, diuturnũ, & cui tuto posses fidere aut inniti. Siquidẽ loca portuosa quæ nauibus fidã tutamq; stationẽ olim præbuerũt, vadosa efficiũtur, ac vel arena vel limo oppleta, ne minima quidẽ nauigia admittunt. Rursus littora nullis portubus distincta, nullisque nauibus frequentata, facta eluuione commodissimos portus consequuntur, facilesq; aditus atq; accessus nauibus exhibẽt, quò fit vt negotiatio hominumq; concursus & frequẽtia non vni loco perpetuo sit addicta, sed aliquando ob portus commoditatem, ac loci situm aliò demigret ac transferatur. Sic Zirizea, nostra etiam memoria, numerosa classe instructa, non solum onerarijs nauibus, sed rostratis & quę ex Homeri appellatione, Holcades voce Belgis vsitata, nominantur, præter Hispaniarum ac Mauritaniæ oras, longinquas versus Aquilonem regiones frequentabat, nempe, Noruegiam Daniam, Riualiam, Rigam, Gedanum vulgo Dansijc, Stocholmiam illustrissimi Sueciæ regis ERICI auspicijs nunc celebrẽ: quæ nauigatio, vt sunt vices rerum humanarum, Hamsterodamum modo translata est.

Magna apud Zelandos rerũ vicissitudo.

Holcas genus nauigij vastũ vulgo Hulck.

Holmia sueciæ regia.

Quan-

Quanquam Ciuitas Zirizæa rebus omnibus ad commoditatem atque vsum vitæ necessarijs, cumulatè fruitur, non minus affluenter, quàm quum exteris negotiatoribus esset celebris, ac cõmeantium vltro citroque multitudine frequentata, siquidem exterorum hominum concursus, nundinatio, mercatus, locorum celebritas, aliquando improuisò dilabuntur ac concidunt, vel exortu hostili externoque bello, vel concitato populari tumultu, aut ciuium seditione, confestim enim quotquot alieni sunt ab eo loco, se subducunt atq; incolumitati suæ consulunt. At ea negotiatio, quæ excluso omni fœnore inter ciues & domesticos perficitur, facto etiam ab exteris vel inquilinis compendio, quæstuque liberali, stabilis est, firma, solida, minusque inuidiæ exposita. Quod si aliundè calamitas ingruat, quum ciues & domestici, intrepidè infractoque animo subsistunt, nec facile patrias sedes, aras, focos, coniugem, charosque liberos desertos patiuntur, aut suis finibus egressi, se suaque alienis cedunt. Videntur autem Zirizæi in tanta rerum humanarum mutatione, atque ex alia in aliam vicissitudine quę diuina prouiden-

Mediocritas felicitatis laudanda.

Prouidētia diuina omnia administrari.

tia perficitur, commodis suis solerter cōsuluisse, atque incerta certis commutasse. Quum enim populares velificādi sint peritissimi, vbi non satis succederet negotiatio illa nautica quæ transmarinis mercibus perficitur, mutata nauigandi ratione, piscatu se exercere ceperūt, vberrimo quæstu, ac nemini damnoso, adde nullo prorsus naufragij metu, nulla rei familiaris iactura, nullaque fœnoris aut vsurę infamia. Reliqui verò ciues cōpendia quæstusque honestos ac minimè inuidiosos sectātur, ex ijs quæ terra in vsum hominū cumulatè atque affluenter effundit, quibus illi neutiquàm defraudato Genio, liberaliter fruuntur, ac pręter laudabilē institutionem, amplissimam liberis hæreditatem, paterniqúe nominis ac memoriæ patrimonium relinquunt. Cæterùm vt exteris innotescat qua terræ cœliq; parte constituta sit Ciuitas Zirizæa, & quantum ab elcuatione poli digrediatur, Dimensi sumus polum Arcticum siue Boream supra Zirizeæ horizonta extolli vno & quinquaginta gradibus & quadraginta septem minutis, in eamque altitudinē verticem illum produci, Longitudinem verò perfici viginti quinq; gradibus, quo effici-

Elevatio poli Ziriz Zeæ.

Longitudo loci.

efficitur vt cum sol non adeo auersus sit, nec longius ab insula digrediatur, sed duobus æquinoctijs ac totidem solstitijs illam moderatè illustrat, Indigenæ solis beneficio minus stupidi, obtusaqúe ingenia sortiãtur, verum faceta, vrbana, festiua, pleraque ex auræ marinæ afflatu salsa & vitiosa quadam dicacitate contaminata, qua de re suauiter nuper philosophatus sum cum Hiobo Nicolaide viro sagaci atque industrio qui quum strenuè Reip. functionibus incumbit, illamque summa ope fulcire nititur, integros incorruptosqúe Ciuium mores exoptat, Et si quid vitij ex Oceani halitu & salsuginosa vicinia cõtraxerint, institutionis industria corrigere.

QVI FIT VT SENES AC prouectioris ætatis homines, quum minus robustos, tum tetricos plerumq; liberos progenerent, vultuque tristi atque inamœno, & qui rarius exhilarescant.

Caput III.

Qui

QVi inclinata vergenteque ætate, vbi iuuenilis ardor deferbuit, matrimonio se addicunt, magna ex parte liberos procreant mœstos, morosos, tetricos, tristes, inamabiles, taciturnos, vultuque toruo ac facie minus blanda: quod non eadem ratione in Venerem incalescant, eaque operam impendant procreandis liberis, quàm iuuenes succulenti ac vegeti. Siquidem ætas feruida ad peragendã huiusmodi Comœdiam instructior. Quũ enim flaccidæ sint senibus vires, spiritus exiles, corpus humoribus sanguineis exhaustum, facultates naturales languidæ, eaq; vis quæ ab illis promanat, ac diffunditur in excitandæ prolis vsum, inefficax atque inualida, modicisque viribus imbuta: fit vt minus viriliter connubiali officio perfungãtur, ac multa in ijs progenerãt, desiderentur: quod indicatur in ea disceptatione, quam cũ Esdræ Genius habuisse describitur. Interroga, inquit, genitricem, vt tibi expediat, cur quos nunc parit, nõ sint eis pares qui ante te nati sunt, sed statura minores. & dicet illa tibi, alios vigente ætate conceptos editosque esse, alios deficiente vtero: quò fit vt qui senectutis tempore producuntur, graciles exi-

Iuuentus succulenta.

Ratio.

Senes aridi.

Esdræ. 4.

existant, tenelli, imbecilles, inualidi, improceri, & qui minus virium, minusq; roboris obtineant, quòd naturæ vires senio collapsæ sint, ac naturales vitalesque spiritus imminuti, quo etiam euenit vt animus demissus existat, & deiectus, mẽs minus agilis, viuida, alacris, erecta, quoniam omnia parcius contractiusque sunt consequuti, nisi forte genitores blandi atq; hilares, ac moderatè vino concalefacti progenerandis liberis operã impendant. Visi sunt enim seniculi aliquando inter se iuuenari ac lasciuire, suaq; habere blandimenta, ac vernis mẽsibus in amplexus ruere. Siquidem ea pars anni equis etiam effœtis (vt habet Prouerbium) hinnitum extorquet, quo Belgæ indicant neminem tam deuexę ætatis esse, quin in amœnissima illa anni parte, qua se omnes naturæ vires exerũt, aliqua errectioris animi indicia proferat, quo efficitur, vt si in congressu Geniali mulierem cõceptu impleri contigerit, exactis nouem mẽsibus infantem edat blandum, elegantem, suauẽ, floridum, generosum, viuacem, agilẽ, gesticulosum. Quod si progenitores etiam in ætate iuuenili, mente nubila, minusq; placida (vt plerique morosi factitãt) procrean-

Quur nonnulli minus validi.

Cur nõnulli deiecta mente.

Prouerbiũ ab equis effœtis.

Ver spiritus etiam effœtos erigit.

Affectus parentũ in fœtum transit.

creandis liberis operam impendant, omnia in deterius deuergunt, omneſque affectus,& qui inter coniugatos exoriri ſolent tumultus, & intemperies in fœtum deuoluuntur, ita vt conceptus, geſtatio, partus,nutritio non decenter nec naturę ordine perficiantur, ac pueri multa corporis vitia,mentiſque errores ex perturbatis animi motibus cõtrahant, quorum omnis culpa in parentes trãſferenda, qui huic naturæ prauitati cauſam præbent ac ſeminarium. Quocirca qui liberorũ ſuorum incolumitati optimè conſultum cupiunt,atq; illos tractabiles eſſe exoptant, moribuſque placidis ac ſedatis : hoc imprimis efficere curent, vt in coniugij ſocietate & amplexu maritali omnia moderate tranſigantur,nequid incidat aut ſuboriatur quod vllas intemperies, turbas, tumultus, nebulas excitet. Omnia enim in pullulantem fœtum recidunt, atq; infantem ad ſimiles mores informant, parentumque notas ac veſtigia imprimunt. In ſimiles cauſas refero,quod proles (vt vocant) naturales,hoc eſt, qui extra legitimum ac connubialem torum ſunt procreati,diuerſa exiſtant ab alijs natura,cõditione,moribus: quorum qui à generoſis

Puerorum malitia parẽtibus imputanda.

Affectus in fœtum tranſeunt. Naturales proles quas vulgus vocat.

sis parentibus ac patricijs profluxerunt, animo ferè excelso cõspiciuntur ac sublimi, multisqúe ac magnis dotibus exculti, mira ingenij sagacitate, prudentia singulari, iudicio exacto, præsertim quibus parentes subsidio sunt, atque ad liberalẽ institutionem adiumento, sic vt aliquando columen familiæ in his consistat, atq; omnibus qui illis vel sanguine vel affinitate coniuncti sunt, decori atque ornamento. Cui rei ea ratio mihi subesse videtur, quod omnia large atque effusè ex paternis lumbis ac visceribus sunt consequuti, nec in furtiuo illo ac clandestino concubitu parcè, ieiunè, tenuiter, sed affluenter naturæ munera illis infusa sunt. Quũ enim vterqúe auidè se explere libidine gestiat, ac prodigaliter in amplexus atque oscula proruat, totisqúe viribus ac profusè in propaganda sobole incumbit, fit vt omnia quæ in conceptu necessaria sunt, cumulatè perficiantur, nec quidquã in hoc negotio desideretur, eoque euenit, vt quum nati parentum indolem exprimãt, ac multa ab ijs sunt cõsequuti, incredibilis sit vtrobiq; amor ac propẽsio, ac singulariter erga se mutuo afficiantur. Ex qua vi etiã emergit in hac sobole ala-

Cur filiu turales quos vocant, alijs erectiores.

Amor parentum in filios, & è diuerso vnde emergat.

lacritas, mentisque erectio, tum generosus quidam affectus animi, quo tales indignantur extra decus limitesque matrimonij se esse prognatos, ac deesse sibi aliquid præ cæteris quod ad honores ac dignitates publicasque functiones attinet. Quæ res effecit, vt se modis omnibus extra contemptum vindicare nitantur, atque illam notam, quam imprudẽtes quidam impingunt, quibus aliquando fœdior atque adulterio contaminata propagatio, probitate vitæ ac morum integritate aboleant. Qui verò huius status ac conditionis homines, plebeijs modicisque parentibus orti, educationis subsidio destituti sunt, rei familiaris inopia non facile ad præclara eluctari possunt, atque humo se attollere, Siquidem, vt is ait,

Sublimis animus ad summa enititur.

Non facile emergunt, quorum virtutibus obstat
Res angusta domi.

Iuuenalis Saty. 3.

Tametsi enim paupertas sapientiam sortita sit, vt habet Prouerbium, multarumque artium inuentrix, clarissimis tamen ingenijs obest, quò minus ad summa prouehantur.

Paupertas sapientiã sortita.

QVI

QVI FIAT VT LAVRVS, quam nonnulli Zelandiæ denegatam asserunt, nulli quàm huic regioni speciosior existat, & qua ratione effeceris, vt contra gelu atque hiberni frigoris iniuriam, intacta subsistat nec emoriatur.

Cap. IIII.

MIrantur plerique in maritimis oris eaque parte Zelandiæ, quæ à præterlabente fluuio Scaldia denominatur, tam speciosas immensasque Lauros frondescere: quum regio frigida sit, atque ipsa arbos algentes frigidosque tractus respuat. Cui naturæ miraculo eò magis obstupescunt, quòd non solùm omnium horti ijs scateant, ac perenni virore, perpetuaque fronde in maximam proceritatem assurgant, sed baccas etiam proferant oblongas, colore nigro perpolitas, non minus efficaces ac salubres in discutiendis flatibus, ac dissipandis humorum collectionibus, quàm quæ à calidis regionibus huc adferuntur. Sentit quidem laurus aliquãdo cœli iniuriam, atq; hibernis mẽsibus sub aspero intensoque gelu, frigore peri-

Laurus quibus natalibus delectetur.

Lauro frigus inimicũ, præsertim radici.

clitatur, sic vt folia, caudex, rami aliquando arescant atq; emoriantur: at radix nihil sentit incõmodi. Quocirca laurus supernè emortua, radicitus extirpari, eruique non debet, sed detruncari, nam ineũte vere, ac paulò etiã maturius rursus reuiresci t. Quod autem in eam altitudinẽ ac fastigium in hac regione assurgat, efficit terræ vbertas, atque incredibilis soli fœcunditas, densique ac compacti fundi natura, quæ ex pingui tenaci; gleba constat, adeo vt ob Telluris soliditatẽ, frigus per gelicidia ad radicem penetrare nequeat. Nihil autem stirpibus nocentius, aut magis deleterium, quàm nix aut glacies liquefacta, siquando soluto gelu, eorum stillicidio radices perfundãtur, præsertim vbi defluẽte humore, rursus frigus exasperari, fluidumq; liquorem cõglaciari ac congelascere cõtingat. Sic enim terra relaxata algidissimũ humorem combibit, quo radix imbuta marcescit atq; emoritur. Ne autem huiusmodi incommodo stirpes afficiãtur, nec frigoris iniurijs sint obnoxiæ, superficies soli in quo consitæ sunt, stramentis insperso; cineribus muniendæ, fouent enim insita caliditate terram cineres, ac gelu rigidum penetrare pro-

Laurus dẽ sum solum exigit.

Nix liquefacta stirpibus noxia.

Cineres herbas à gelu tuentur.

prohibet. Siquidem, ut acetum & fex vini ita carbones ac cineres igneæ qualitatis sunt participes. Cæterùm quod Brabantis reliquisq; Belgis laurus vel denegata sit, vel parcius apud hos frutiçetur, nõ aëri cuius mira clementia ac salubritas, sed solo asscribendum, quod aridum est, sabulosum, lene, inane, ita vt facilimè frigus admittat, nec arbori solidũ alimentum quo pingueſcit, conferat, eoqúe efficitur, vt in ijs regionibus laurus humilis sit & improcera, tũ baccis destituta: quũ in ciuitate Zirizæa Telluris beneficio in eam proceritatem assurgat, vt duarũ decempedarum altitudinem superet, densa circa radicem fronde, multisque emergẽtibus stolonibus seu fruticibus, quibus stipata à frigore se tuetur ac munit. Quocirca illa fruticatio & quę ab radice frondescit ramosa propago adimi aut resecari non debet, illo siquidem munimento fulta, non facilè frigus concipit, nam foliorum iactura ineunte vere instauratur, modò radix illæsa persistat, ac frigore geluque intacta.

Aceti & fecis cũ cineribus comparatio.

Laurus cur Brabantis negata.

Stolones vvater schoten.

DE CORPORE NEVTRO, hoc est, quod nec sanum, nec ægrotum statui possit, sed vacillanti dubiaque valetudine existat, atque inter vtrumque fluctuet.

Caput V.

Medicinæ tres partes.

MEdendi artem olim à veteribus in tres partes fuisse diuisam in confesso est. Primò in eam quæ præsentem sanitatem fouet ac tuetur, omniaque aduersæ valetudinis incommoda sedulò propulsat. Secundò in eam quæ rationem complectitur, qua præmuniri ac præseruari corpus possit, ne facile in morbos collabatur. Postremò in illam quæ morbos corpori infestos ac quibus vrgetur ac premitur, discutit: Tres quoq; statui in humanis corporibus constitutiones: quanquã superuacaneæ his de rebus inter Medicos contentiones, Vnam valetudinis secundæ, quum corpus inculpatè degit, atque inoffensa valetudine fruitur, illique nihil vitij subest, aut vllum morbi vestigium: Alteram valetudinis aduersæ atq; inclinatæ, quum discutiendis morbis remedia sunt adhibenda: Tertiam quæ anceps

Tres conditiones corporis humani.

ceps & ambigua, in qua ſpecies quidem ſani hominis ſe profert, vt improbis fucata vitæ integritas, ſed cui affectio quædã ſubeſt, ac deliteſcit, quæ procliuem facit propenſumqúe ad decumbendũ. *Simile ab hypocriſi.*

¶ Cuius habitus duas obſeruo conditiones inter ſe diuerſas: Vnam eius qui iam morbum diſcuſſit, ab eoqúe eluctatus eſt, ſed tamẽ debilis exiſtat, inualidus, exhauſtus, gracilis, extenuatus, eneruatus, fractiſqúe mẽbris: quæ valetudinis incommoda, neglectis medicamentis, ſomno, atque appoſitis alimentis inſtaurari poſtulant. *Valetudinarij alij lecto affixi, alij inambulantes.* ·I·

Simile enim quiddam huic euenit, quod viatori qui è latronum manibus elapſus adhuc palpitat ac contremiſcit, nec prorſus ex tanto metu ac vitæ diſcrimine, in quo paulò ante verſatus eſt, reſtitutus ſit, aut ad ſe redijt, ſed amicorum ſolatio recreatus, ſenſim reuiuiſcere incipit, ac patiorem pedetẽtim menti excutere: ita ægrotus tametſi depulſo morbo, expatiari inceptet, omniaqúe mitiora exiſtant, tamen nonnulla morbi veſtigia adhuc corpori inhærent, nec quæ comitari ſolent accidentia, penitus exempta, ſopitaqúe ſunt. *Simile à viatore in itinere oppreſſo.*

Altera huic affinis conſtitutio, paulò eſt deterior, qua quidem in ſpeciem, ·II·

primaque fronte homo sanus apparet, nec omnino valetudinarius, sed qui corpus circumferat vitiosis sordidisque humoribus oppletum. Quocirca Galenus victum statuit eorum qui sunt sani, qui ægroti, ac qui reualescere incipiunt. Est enim conualescentium victus ratio media inter eam quæ sanorum est propria, & ægrotantium. Siquidem ijs diæta seu victus ratio præscribitur tenuis, parca, frugalis, moderata, ita vt temperantiæ limites non excedat, quum ne leuissimum quidem errorem perferant, secus quàm validi ac robusti, qui ne maximis quidem offenduntur. Sic infantibus ac impuberibus alimenta quidem administramus, sed non ea ratione ac modo, quo adultis ac prouectioribus, qui succidiam ac bubulam, solidosque cibos non respuunt, vt ætas tenera, cui vt amictus corpori, calcei pedibus, ita pro corporis modulo, victus & medicamenta accõmodanda. Et quanquam recentiores quidam in re Medica non minus, quàm nonnulli in Religione superstitiosi, corpus neutrum sustulerunt, nec id statui patiuntur: aliquid tamen de hoc commentari visum est. Siquidem tale quiddam natu-

Thera. 7.

Natura cuiusque adnotanda.

Corpus neutrũ admittunt nonnulli.

natura rerum, quotidianus vitæ vsus & consuetudo, congressusque familiaris, atque amicorum colloquia designant. Hinc enim emerserunt sodalium istæ ac congerronum voces, siquando sciscitantur, qua quis sit valetudine, qua fruitur sanitate, vt corpus constitutum est, quo loco, statu, conditione res nostræ consistant, quem habent successum, satin omnia salua, prospera, felicia? Quibus, totidem verbis responsa dari solent: vtcunque, Sic satis, Minus commodè, Valetudo vacillans est, inclinata, ambigua, fluctuans, instabilis, parum firma, Non satis pro voto, aut animi sententia, Aliâs rectius, Spero meliora, Vt possumus, quando vt volumus, non licet. Quibus loquendi formulis singulæ nationes vltro citroque se compellare solent, siquando de rebus amicorum soliciti, qua sint valetudine aut successu, percontantur. Tametsi autem horum plerique morbo sunt defuncti, alij, quibus hic imminet, nõdum culcitrę puluinisq; affixi, non tamen vel inter sanos vel ægrotos referri censerique debent, sed quũ vtriusq; sint participes, in neutrum, hoc est, duorum extremorum medium:

Formulæ percontandi de valetudine.

Vt valet? Aduerbialiter bene et male.

Simile à coloribus & pubertate.

vt fuſcus color qui ex albi nigriqúe mixtura conſtat, vt pubertas inter puerilem ac virilem ætatem, media. Quum enim ſani hominis more, naturæ munera ac functiones minus cumulatè obeant, nec ex ægrotorum cõſuetudine lecto incumbant, membrorum vſu ac miniſterio deſtituti, non poſſunt vel ſani hominis, vel ægroti nomen promereri, ſed ex populari ac vulgata conſuetudine Neutri appellatione deſignari, proferunt in ijs ſe nonnullæ naturæ facultates ac munia, ſed languidè, oſcitanter, remiſſè, incedunt enim atque inambulant, ſed tardè, greſſuqúe ſubinde labante atque inclinato, ita vt ob virium imbecillitatem vel ſcipioni ſit innitendum, vel vllius humeris incumbendum, vt ijs, qui quum

Simile à natandi vſu.

ſint natandi imperiti, corticis aut ſuberis ſubſidio vtuntur. Pari modo de ſomno ciboque ratiocinandum, ſiquidem accumbunt, ac ſe appoſitis ferculis reficiunt, at non ea appetentia atque edendi auiditate qua validi, quibus optimum condimentum fames: dormiunt ac ſomno rèfocillantur, verum minus placido, profundo, diuturno, vt ſani qui exercitatione defatigati, totam noctem quie-

te

te transfigunt. Est autem eorum conditio qui à morbis reuiuiscunt, atque humoribus noxijs sunt liberi, potior atque optabilior, illorum quibus aliquid latentis occultique vitij subest, ac corpus vel ex Veneris contagio, vel alia vitæ intemperie, intus & foris fœdis fico sisque tumoribus contaminatum, qui in speciem, primaque fronte sani apparent, ac pro ijs se ostentant, quum humoribus vndique prauis scateant, atque omni ex parte morbidi sint. Quin isti in seipsos crudeles, atque in alios iniurij, morbum dissimulant ac diffitentur, ita vt omnibus se sympos ijs ac sodalitijs ingerant, atque aliorum poculis labra rancida admouere non vereantur, suaque nulli non obtrudere, ac ebibenda offerre, hac, opinor, ratione permoti, vt si omnes eodem succo perfusos esse contingat, eadem scabie inquienatos, nemo ab illorum consuetudine ac familiaritate abhorreat. Huiusmodi homines morbosos, qui simulata fictaque sanitatis specie obuijs imponunt, his versibus Persius perstringit,

Morbosi & debilis dispar conditio.

Morbo gallico correpti.

Morbillosi sanos inficere gestiũt

——— *Ilia subter*
Cæcum vulnus habes, quod lato baltheus auro
Protegit, vt mauis, da verba, & decipe neruos. *Sat. 4.*

Rursus alia Satyra, assumpta medici

persona, hunc notat qui morbum dissimulat, nec sustinet inter valetudinarios referri, sed cum medico rixatur atque illius consilium non sine contumelia respuit, illiquc tanquam deteriori morbo implicito insultat,

Sat. 3. *Heus bone tu palles, nihil est, videas tamen istud*
Quidquid id est, surgit tacitè tibi lutea pellis.
At tu deterius palles, ne sis mihi tutor,
Iampridem hunc sepeli, tu restas: perge tacebo
Turgidus hic epulis, atque albo ventre lauatur,
Gutture sulphureas lente exhalante mephites.
Sed tremor inter vina subit, calidumque trientem
Excutit è manibus dentes crepuere retecti,
Vncta cadunt laxis hinc pulmentaria labris.

Cuius conditionis homines hac nostra ætate nusquam non obuij sunt, quibus quum in facie, vultu, oculis, totoq; habitu se morbi proferant, illos medendi peritis non detegunt, sed magno valetudinis dispendio, fouent ac nutriũt: qui quũ alté radices egerunt, ac penitus infixi sunt, ægrè extirpantur. Quocirca salubriter vnumquemq; commonefacit Sapiens, vt maturè remedia morbis adhibeat, Satius enim principijs mederi, quàm fini. Quò spectat illud Persij,

Eccles. 18.

Sat. 3.

Principio obsistendũ. *Helleborum frustra, quum iam cutis ægra tumebit,*
Poscentes videas. Venienti occurrite morbo.

Quod ijs sedulo inculcari debet, qui quum nutanti atq; inclinatæ valetudini tar-

tarditate quadã ſupina, ac damnoſa procraſtinatione non proſpiciunt, eamqúe fulcire negligunt, ploratis morbis implicantur. Quamobrẽ qui in confinio morboſæ affectionis conſtituti, non prorſus integra ſanitate fruũtur, ſed corpus neutrum, hoc eſt, nec prorſus ſalubre nec inſalubre conſequuti ſunt, ſed inter ſanitatẽ & morbum, medium, accuratè incolumitati ſuæ inuigilent, facilimus enim ad deteriora lapſus. Cæterũ quæ de corpore neutro diſſeruntur, præter alia etiã ad aëris ac cœli conditionẽ referri poſſunt. Aura enim aliquando ſalubris, peſtilens, mediocris: cœlum modò ſerenũ, modò nubilum & tempeſtuoſum, modò tolerabile atq; inter vtrumq; conſtitutũ quod etiam in ventis mariniſqúe fluctibus ſpectari poteſt. In affectibus quoq; humanis, atq; animi motibus tale quiddam obſeruare licet. Sunt enim illi moderati, vehementes, turbulenti, concitati, mediocres, remiſſi, ſedati, ita vt non omnia ſemper curſu, atque eodem tenore volui verſariqúe contingat.

DE

DE VIDENDI RATIONE atque oculorum acie, & quur nonnulli remotissima quæque acutè cernant, quũ ad proxima cæcutiant atque hallucinentur: alij propius admota exactè videant etiam minutissima, longius verò sita etiã eminentes moles ęgrè perspiciãt. Et quur oculus dexter magna ex parte sinistro obtusior, minusq; lucidus, obiter de coloribus oculorum, ac plerisq; alijs, quæ animi argumenta proferunt: obiter hebescenti visui remedia.

Caput VI.

Mentis præstantia

INter multa magnaque naturæ munera ac dotes amplissimas, quibus homo à Deo opt. max. cumulatè exornatus est, nihil mente præstantius ac magis diuinum, cui quum omnes sensus inseruiant ac famulentur, tum pręcipuè loquendi videndique ministerio vtitur, vbi vires suas explicare visum sit. Hoc enim potissimè ferís præstamus, quòd sensa mentis dicẽdo expromere ac consilia verbis explicare liceat, ita in oculis non prorsus sita cernendi vis, sed duæ sunt velut fenestræ animi,

Videndi origo à cerebro.

mi, à sede mentis ad oculos perforatæ, quarum intentione ac remissione, mobilitate ac constantia, animi motus, mentisque conceptus ac cogitata indicantur. Consistit quidem videndi facultas in oculo seu pellucido humore illo cristallino, qui vt ab aqueo liquore irrigatur, quem albugineum ab oui albo vocãt: ita vitreo innatat atque insertus est, ipsamq; pupillam, hoc est, aciem qua cernimus, radianti fulgore illustrat non secus, quam insignis ac lucida gemma annulum, itaque oculis visio attribuitur, non vt loco primario, sed vt instrumento atque organo, nã cerebrum per neruos visorios illis spiritus infundit, quibus videndi facultas perficitur. Læso enim affectoque cerebro (nullo etiam consistente in oculis incõmodo) hebescit visus, atque acumen oculorum offuscatur: quod ebrijs, deliris, febricitantibus peculiare est. Hac itaque ratione oculis qui ex tribus humoribus, quatuor membranis constant ac conflati sunt, videndi functio ascribitur. Siquidẽ illi cerebro ac menti, penes quas summa potestas, obsequuntur, ab ijs enim dimanant ac profluunt per neruos opticos seu visorios, spiritus lucidi, puri, defecati, te-

Simile à gemma auro illustrata.

Caput læsum visui officit.

Cerebro regia potestas.

tenues, ſplendidi: quibus, modò ne officiat aër caliginoſus, ac deprauata oculorum conſtitutio, exactiſſima viſio perficitur. Quòd ſi illi imminuti ſint, obſcuri, turbidi, exiles. obtuſa efficitur, minuſque acuta oculorum acies, emergũt autẽ ex horum temperie varij vidẽdi modi ac rationes. Siquidẽ cui ſpiritus copioſus eſt, & adamuſſim purus, terſus, nitid⁹, atque vt ſpeculũ, perpolitus, is ea quę eminus conſiſtunt, perſpicuè videt ac diſcernit. Vbi enim is humor exactè elaborat⁹ eſt, tenuis ſynceruſq; ex hoc halitus, ſeu lucidus ſpiritus emanat, quo potiſſimè viſio perficitur, ac diſtantiſſima perſpici queunt. Siquidẽ quũ mult⁹ ſit & copioſus animalis ſpiritus, ſubtilis, tenuis, æthereus: longiſſimè producit oculorum aciẽ, omniaq; acutè cernit, nec facile obtutu continuo, aut fixa intentione defatigatur, qua vi pollet calidus & humid⁹, vulgo ſanguineus. Cui verò paucus ſubeſt ſpiritus, ſed tamẽ purus nec nebulis obduct⁹, is res quidẽ propius ſitas, clarè videt & dijudicat, certũq; delectũ habet at diſtãtes, pauloq; remotius conſtitutas minus dilucidè perſpicit. Paucus enim modicuſq; ſpiritus facile diſſoluitur atq; eua-

Viſus cui exactiſſimus.

Sanguineus fortis viſus.

euaneſcit, nec in longinquũ proſpectum producere poteſt. Quo fit vt quibus videndi organũ lucido quidẽ, ſed modico ſpiritu imbutũ eſt, minutiſſimos etiã literarũ apices inoffenſè obſeruẽt, at paulò remotius diſſitas moles, aut eminẽtes è mari ſcopulos minus exactè perſpiciãt, quod calido & ſicco corpori ſeu bilioſo euenit. Quod vero nõnulli propius admota tenuiter vidẽt, remota verò nihil prorſus, ex ſpirituum inopia & craſſicie prouenit. Vbi autẽ ſpiritus copioſus exiſtit, & craſſus, pauloque dẽſior, diu quidem homo intendit oculorum aciem, atque abſque vlla fatigatione fixè & incontinenter in res obuias oculos defigit, eaſque primo obtutu cernit quidẽ, ſed non ad vnguem ac diſtinctè diſcernit, nam craſſicies acutæ viſioni officit, quod in frigido & humido habitu, ſeu pituitoſo obſeruari poteſt. Cui verò humidus eſt & modicus ſpiritus animalis qui videndi inſtrumento inſeruit, is nec exactè propiora, nec prorſus remotiora videre poteſt, nam pauci ſpiritus cito euaneſcunt, & diſſipantur: craſſi vero videndi functionem impediunt, quum radij qui ab oculorum lumine pro-

Bilioſis acutus viſus.

Spiritus craſſus quẽ viſum efficit.

Spiritus humidus & modicus qualem viſum efficit.

promanant, in obiecta non deferantur, nec ſpecies rerum quæ foris in oculũ influunt, ab eo concipiantur. Rarus autẽ ſpiritus, tenuis, exilis, tenebroſus, qualis eſt ſeniculis exhauſtis, ac morbo extenuatis, debilem viſum efficit, aut prope nullum. Quocirca conſultè faciũt, quod conſpicilijs hebeſcenti viſui opitulantur ijs enim omnia maiora apparent, ac ſpiritus viſorij inſtaurantur, atque in vnũ collecti, minus euaneſcunt aut diſſiliunt: verum non conſulo vt viri plus ſatis maturè illis aſſueſcant, ſiquidem illis deſtituti, prorſus cęcutiunt. Quod enim hi caligãt ac cæcutiunt, ex ſpirituum inopia ac defectu euenit. Quocirca & ſpecula viſum reficiũt, quoniã reflecti ac retorqueri radios contingit, ac ſpiritus robur concipere, nouis ſubinde à cerebro eò ſe conferentibus. Sunt autem præter iam enumerata complura alia, quæ caliginem oculis offundunt, ac viſionem vel vitiant vel impediunt, nam ſi pupillam à ſua ſede dimoueri contingat, aut plus ſatis dilatari, contorqueri, cõtrahi, imminui: vel ex illata plaga, inflictoque vulnere, caſu, vel contuſione, tumor atque inflammatio oboriatur, videndi facultas inſigniter affici-

Spiritus rarus & tenuis viſui officit.

Conſpicilia quando viui.

Specula viſui opitulãtur.

Quàm multa viſui officiunt.

afficitur: oculi quoque emissitij ac prominentes, quique immoderatè protuberant, vel denique vbi profundius cõstituti sunt, nonnullam visioni iacturam inferunt, nam prominentiores ab externo lumine afficiuntur, ita vt in lucido aëre & solis splendore minus exactè obiecta conspiciant, immodica enim luce offenduntur: sublustri vero cœlo, aut nubibus obducto, melius ijs visus perficitur, ita fit vt quæ cominus posita sunt, perfectè videant: eminus autem sita, obscurè, ijs vero quibus profundi sunt oculi ac delitescunt, minusque extra palpebras se proferunt oculorum orbes, contraria obueniunt, illi enim propius admota, minus perspicuè: distantia vero, inoffensè cernunt, quo fit, vt vbi remotiora oculis dimetiri visum sit, conniuẽtibus ac semioccluſis oculis id perficiamus, ita enim coacti ac conglobati spiritus, longissimè radios suos diffundunt. Hinc vsuuenit, vt clauso cõpressoq; oculorũ altero, ac protenso velamẽto quod splendorẽ arcet, atq; aërem opacũ efficit, intentius ac fixius aciẽ in obiecta dirigamus: quod in tractãdis ballistis, sclopetis, arcubus obseruare licet. Siquidem

Oculi, prominentes, & recondi ti caliganter.

Reconditi & protuberantes oculi ratione diuersa vident.

Ex sagitta rijs vidẽdi ratio erata

occluſo ſiniſtro oculo, ſpiritus affluentius in dextrum confluunt, viſumque efficiunt intentiorē, ita vt hac ratione ſagittarij colliment, & quem intuētur ſcopum, aſſequātur ac configant. Quò ſpectat illa Perſij ironia,

Sat. 1. ——— *Scit tendere verſum*
Non ſecus, ac ſi oculo rubricam dirigat vno.

Quur gemina videntur.

Quòd autem nonnulli gemina cōſpectare videantur, efficit oculorum in varias partes diſtractio. Quum enim oculorum radij non ad idem rei obiectę pūctum ſe dirigant, ſed in diuerſa rapiātur, ac ſpiritus qui temerè rerum ſpecies cōcipit, inordinato vagoque motu hinc inde fluctuet, dupla exhiberi videntur: feneſtrata autem diuulſa, diſſecta, rimoſa conſpici videntur, vbi papillæ pars ſuffuſo concreto humore offuſcatur, denſi quoque vapores ac fuligines è ventriculo in cerebrū delatæ, varias imagines ac ſpecies rerum viſui inferūt, ita vt aliquādo omnia in girū flecti, voluique ac rotari videantur, nōnulli feſtucas, culices, muſcas, ſcarabæos, araneas, lemures, ſtriges, ſpectra, obuerſari oculis imaginentur, quos affect° parit crapula, ingluuies, temulentia, humor melancholicus, quæ den-

Cur diuulſa ſpectantur.

Oculis cur abſurda obuerſantur.

densissimis fumis cerebrum obnubilāt. Cæterū quòd dexter oculus sinistro sit obtusior, in se quisq; experiri potest. Id efficit in adulta ætate crassior densiorq; spiritus, & quod ferè ex dextri lateris incubitu vapores nocturni eò deriuentur ac confluāt: in senectute vero magis siccescit oculus dexter, ac calor hepatis humores qui visioni adminiculātur depopulatur: sinister autem humidior est, nec in eo facile vel spiritus extenuātur, aut humorēs arescunt. Quū autem Cor vitę fons primum animari incipiat, aut vitale effici, tum postremo moritur, ac diu etiam corpori exemptum animantibus palpitat: Oculi verò qui postremo perfici creduntur, primo adempta mobilitate, mortis argumenta proferūt, atq; præ cæteris emoriūtur, quòd spiritus ingruēte morte extinguantur, atq; euanescāt, vel ab oculis ad Cerebrum mouendi videndiq́ue principium resiliāt ac retrahātur. Cæterum de causis colorum qui in oculis se proferunt, nonnihil huic argumento inserendum. Emergunt ij ex circumfusis humoribus, quorum qualitas, copia, defectus, tenuitas, crassicies, mistura, varias diuersasq; in oculis colorum spe-

Oculus dexter sinistro obtusior.

Cor primū viuēs, vltimū moriēs

Oculi primum moriuntur.

Coloris oculorum diuersitas vnde emergit.

ſpecies ac diſcrimina pariũt, nempe nigricantes, cæruleos, cæſios, glaucos ſeu caprinos, rufos, flauos, fuluos, pallidos, puniceos, luteos, virides, rubicundos, igneos, flammantes, ſanguineos, purpureſcentes, croceos, aureos, lacteos, albeſcẽtes. Proueniũt autem nigro colore perfuſi oculi, (quorũ aſpectus gratioſam venuſtatem, modo ſupercilia pari pigmẽto tincta ſunt, homini conciliant) ſiquãdo ſpiritus viſibilis debilis eſt, humor vero copioſus, dẽſus, ſubobſcurus, vmbroſus, ita vt aſtantis aciem ob humoris abundantiam ac profunditatem non trãſmittat, aut penetrare patiatur, nihil enim luminis, quod ex oculis noſtris emanat, in illius viſum qui nobis ex aduerſo conſiſtit, infertur, ſed radij velut repercuſsi ac retorti reſiliũt. Sic in fontibus ac ciſternis altiſq; ac profundis puteis, aqua nigranti colore apparet, ac ſpeculi vſum præſtat, retorta ob aquæ denſitatẽ, oculorũ acie, & in ſe rurſus deflexa, repellit enim viſum noſtrũ, eumqúe nobis remittit. Sunt autem nigricantes oculi eiꝰ cõditionis & naturę, vt interdiu acutè cernant, quoniam meridiana lux ſubobſcuris atq; vmbroſis oculis ſe ingerit, ac ſpiritus

Vnde nigri oculi emergant.

Aqua quur nigra in fontibus.

Oculi nigri qua viden di facultate.

rit° agitat, illoſq; lumine perfundit. Noctu vero obtuſè minuſq; acutè videndi munere fungũtur, quia externo lumine deſtituti ſunt, quo humores ac ſpiritus moueri debent, vt viſus acuatur. Quib° vero humor qui oculis ſubeſt, tranſparẽs quidem eſt, & pellucidus, ſed vnà cũ ſpiritu, paucus, exilis, debilis, ijs cæſij oculi ſeu glauci conſpiciũtur, hoc eſt, ex cęruleo & albo contemperati: quali colore ſunt laminæ corneæ tranſlucidę, ex quibus laternarũ conſpicilia cõficiuntur, tũ noctuæ & quorundã animalium oculi. Qui autem huiuſmodi colore oculos habent inſignitos, interdiu debiliter & cõfuſè cernũt, quia diurna lux ac Solis ſplẽdor, ſpiritus viſorios minus firmos diſſoluit ac diſſipat: noctu vero, quoniã videndi organa, genuina inſitaq;, luce illuſtrantur, coacto ac conglobato ſpiritu, obuia quæq; dilucidè vident. Scintillãt enim in tenebris huiuſmodi oculi, ac collucent, tũ velut aſtra micantia, radijs coruſcant, ita vt præter homines, multa animalia, non tã venandi ſagacitate, quã videndi facultate inſtructa, ex nocturnis tenebris nihil ſentiant incõmodi, aut vlla ſui parte afficiantur, quũ diurna lux il-

Oculi cæſij vnde, & qua functione videndi.

Laminæ corneæ glauco colore.

Qui oculi nocte ſcintillant.

lis officiat, ac visionē offuscet, quod in noctuis, nycticorace, vespertilione, felibus, soricibus, murib⁹, gliribus obseruari potest, quibus lux meridiana vidēdi functionem labefactat, nocturnæ tenebræ exacuunt, argumento, quòd si faces, cādelas, ac funalia illis noctu obijcias, obcæcantur. Quocirca nautę nocturnis nauigationibus non adeo intensum Lunę splendorē exoptant, sed subluſtre cœlū, modicisq; ac raris nubibus obductū. Sic enim longius se porrigit oculorū acies, ac radij à luminoso obiecto minus dissipātur aut euanescunt. Cæruleus verò in oculis color ex albo & viridi cōflat⁹, cæteris humidior est, sed min⁹ nitidus, tersus, perpolitus. Quò fit, vt ob crassiorē humiditatē qua perfusus est, atque exiguos spiritus, minus acuta visione sic affecti polleant, in aëre præsertim lucido, quo cūprimis offenduntur. Quod si humor & spiritus temperie quadā inter se moderata existāt, color inter albedinem & nigrorē clari⁹ elucet, quo exactissime vidēdi munus perficitur. Variātur autē pro ætatis ratione oculorū colores: pro humorū ac spirituū crassicie, tenuitate, copia, defectu: quod ipsum etiā in stirpium

Animalia noctu oculata.

Cæruleus oculorum color quē visum facit

Oculi & visus moderate constitutus.

Oculorum color & acies qua ratione variatur.

pium folijs perſpicuum eſt, quæ vbi primũ emergùnt, flaueſcunt: deinde maturitate virorem concipiunt: rurſus ſeneſcente ſtirpe, in cęruleum ac luteum demutãtur. Sic infantibus in lucem primũ æditis cæſij ſunt oculi, glauci, cærulei, vireſcentes: ætatis acceſſu ad nigredinem deuergunt: ſenectute verò, vt crines, albeſcunt vel ad ſubglaucum degenerant. *Simile à ſtirpibus in oculorũ coloribus.*

Medicamentis etiam diuerſos colores oculis induci, Dioſcorides ex aliorũ ſententia prodidit. Vſta enim auellanarum putamina atq; in cineris ſpeciẽ redacta, cæſiorũ oculorũ pupillas infantibus denigrãt, ex oleo ſincipiti infuſa atq; inuncta. *Lib. 1. ca.*

Oculorum colores medicamenta immutant

Vẽtus quoq;, aẽris aurę́q; cõſtitutio, regio, morbi, affectus ac perturbationes animi, immoderata Ven°, inedia, ſomnus & vigilia immodica, crapula, oculorum quum colores, tum ſpirituũ atq; humorum qualitates immutãt. Quocirca moderata victus vitæque ratio inſtituenda, ne vidẽdi organũ (quo nihil nobis ab opifice attributũ præſtãtius) aliquo incõmodo afficiatur. *Conſilium in oculis inſtaurandis.*

Quòd ſi ex humorũ defectu atq; ariditate caligare oculos ac cę cutire cõtingat, vel ſpirit° viſorij inedia, mœrore animi, fletu, vigilia, laſſitudine *Plenitudo aut inanitio obſeruanda in oculis fouendis.*

ſenio, imnodico concubitu, intempeſtiua lucubratione exhauſti ſint & attenuati: quæ vires inſtaurant, atque oculis fomenta miniſtrant, adhibenda: vt ſunt oua recentia, vina dulcia, vuæ paſſæ, amigdalæ dulces, piſtacea, caſtaneæ vel elixatæ vel molliter toſtæ, rapæ quarũ vis ob flatus copiam in cerebrum aſſurgit, ac mirificè ſpiritus viſorios euanidos, reficit: quod ipſum etiam præſtant alitũm cerebella quæ ſe volatu exercẽt; vt ſunt paſſerculi, miliarię, frigilli, Incõſultè faciunt qui citra delectum, nulloqúe adhibito diſcrimine, Rutam, Chelidoniam, vulturum, miluorũ, accipitrum fel, quæ mordaci ſunt & adurenti facultate, oculis adhibent, depopulantur ſiquidem ac depaſcunt ſpiritus & humores, quibus viſio perficitur: quum iſta non incommodè admoueri poſſint, quibus ex humorum redundantia oculi caligine ſunt offuſi, tum quibus ſuffuſiones & glaucomata viſum eripiunt atq; oculos deformant. Diſſoluunt enim concretos craſſoſq; humores, qui ſpiritus à Cerebro eò deferri prohibent: ita omnia quæ abſtergunt, atque extenuant, huic rei perficiendæ accommoda: vt ſunt raphamus ſeu

Oculos exhauſtos quæ foueẽt.

Ruta oculis aliquãdo noxia.

Ruta & Chelidonia quando oculis ſalutaria.

seu vulgaris radicula quæ appetentiam acuit, feniculi semẽ, folia, radix, eufragia, stechas, & quæcunque cerebrum à crassis vaporibus expurgant. Quocirca studiosis qui oculorum adminiculo suas lucubrationes perficiunt, allium, cæpe, porrũ, & quæcunque graui odore imbuta sunt, atque halitu viroso obuios feriunt, atque infesta sunt, sedulo eũitent, Officiũt enim hæc oculis, ac memoriæ, omnibusq; sensibus detrimenta adferunt. Qui verò laboribus indurescunt, atque exercitationi sedulo insistunt, nihil horum illi incõmodat. Foris autem quæ oculos recreãt, aspectuque grata sunt, obijciãtur, vt sunt viridia quæque, quorum innumeras species & discrimina campi, siluæ, horti, nemora suppeditãt: Ex lapidibus verò Smaragdi viror insatiabilis, & quo oculi exaturari nequeant, tum Prasius, Topasius, Iaspis, Cianus seu cæruleus, Eranos vulgo Turcosa, & Lazurium, quibus colligũtur, non euanescunt spiritus visorij, atque acumen oculorum exacuunt. Cæterùm quod ex oculorum obtutu, nonnulli animi propensionem, mentisque inducia eliciunt: non equidem improbo. Sunt enim horum indices, internosque affectus, co-

Raphanus & rapa oculis grata.

Allium & quæ virosa sunt, oculis inimica.

Viridia oculos fouent.

Smaragdi viror, vulgo amoraut, oculis gratus.

Oculi animi indices.

gitata, conceptus, etiam si linguæ cesset ministerium, foris proferunt: ita nonnullis comitas, modestia, mansuetudo, placabilitas, clementia, probitas in oculis vultuque elucet, multaque alia placidę ac sedatæ mentis argumenta se offerunt. Alijs fastus, arrogantia, superbia, ferocia, calliditas, versutia, iracūdia, inuidentia, odiū, ira, indignatio, formido, timor, elatio, lætitia, gaudium, mœror, desperatio, ex oculorum obtutu perspicitur. Medici quoq; in morbis studiosè oculorum cōstitutiones contemplantur. Si enim rubore perfusi sunt, aut sanguineis filamentis striati, ex cerebri inflāmatione furorem ac phrenesim indicant. Quod si liuescāt, aut plūbeo nigroque colore perfusi sint, caloris natiui extinctionem vitęque interitū denunciant. Instabiles autem, pernictātes, mobiles, inquieti, inconstantes, mentis alienationem & delirium designāt. Languidi, humentes, flaccidi, lachrymis perfusi, tenebrosi, tremuli, rigidi, vibrantes, tumidi, caui, conditi, obtusi, cōniuentes, præter diuersos animi affectus, in sanis, tum in ægrotis non sine vitæ pernicie, cerebri intemperiem ex humorum copia, vel defectu, caliditate aut frigiditate com-

Argumēta animi ex oculis.

Oculorū varia dispositio.

mon-

monſtrant, Luſci verò, pæti, ſtrabones, & qui obliquo, limiſqúe oculis obtuentur, præter contortos atque in diuerſum conuulſos muſculos, huius naturæ errorem conſequuti ſunt. Quod vitium quoniam circa Cerebrum mentis domicilium vel potius regiam conſiſtit, vt foris nonnihil oculos deformat: ita animum quoq; quibuſdam vitioſis affectibus imbuit. Sunt enim horum plerique quibus deeſt educatio, verſipelles, vafri, ſubdoli, captioſi, lubrici, ad circumueniẽdum aſtuti, ac miris ſtrophis inſtructi. Sic Belgæ, ſiquando vllum deſignant qui ijs notis inſignitus eſt, Een ſlim gaſt, Een loos ende liſtich ſchalck, Een boos vvicht, vocant, hoc eſt, obliquum, diſtortum, veteratorem hoſpitem, cui nõ tutò poſſis fidere, vt qui technis, dolis, fallacijs, captionibus, pręſtigijs, impoſturis, fũcis omnia ſua negotia perficiat, alterius diſpendio ac detrimento, ſuo verò luculento commodo. Cuius cõditionis ac naturæ ſunt participes quotquot ex præcipua ac primaria corporis parte aliquo vitio ſunt implicati, nempe capite, corde, hepate: de quibus in Phyſiognomia vberius tractatum eſt libri ſecundi cap. 36.

Luſci qua animi conditione.

Prouerbiũ ex oculorũ obtutu in nefarios.

RA-

RATIO QVVR NONNVLli mutilis truncisqúe ac decurtatis membris nascantur, alij geminis, quæque redundant ac superuacanea sunt nec vlli vsui inseruiunt.

Cap. VII.

Vbertas materiæ geminata profert.

NAsci quosdam geminis agnatisq; membris, nempe digitorum, pedum, brachiorum, capitum appendicibus articulatim nonnunquam distinctis, quotidiana exempla demonstrant. Vt autem deformes ac monstrosæ species ex vitioso corruptoqúe semine, atq; vteri praua cõstitutione promanant, astris etiam in huiusmodi partus vires suas conferentibus: ita ex humorum redundantia ac seminalis excrementi copia duplicatæ corporis partes producuntur, gignentis imaginatione in tale quiddam elaborando occupata. Siquando enim is sexus qui leuissimis affectibus concutitur, eosqúe infanti imprimit, aliquid animo menteqúe cõcipit, aut dupla oculis obuersari imaginatur, ex humorum concursu ac confluuio, qui in eas partes circa quas, versatur imaginum conceptus, decumbunt, gemi-

Partus deprauati vnde.

natas

natas ac ſuperfluentes particulas, aut alterius (ſpeciei emolitur) ac conficit. Iſtæ etiam abſurdæ imaginationes in animantibus obſeruantur, ſic nuper ouicula prodijt, capite Phocæ ſeu vituli marini, conſpecta marina bellua. Sic anno ſuperiore ouis, & vitulus gemino capite conſpecti ſunt, & ego gallinam vidi & contrectaui quatuor pedibus & totidem alis. Quum autem fœminis in conceptu, totoque geſtationis decurſu variæ ſpecies ac rerum ſimulachra, animo concipi ſoleat, ac nonnunquã dupla ſe offerre ex ſuffuſis craſſis vaporibus, aut quum diſtractis diuulſiſque ſpiritibus qui in pupillæ punctum dirigi debent, diffundi ac diſſecari cernẽdi aciem contingat, omnis affectio in pullulantem fœtum deuoluitur, ac nonnullis partibus affabrè elaboratis, ſecũdarias ac ſuperuacuas afficit. Tam efficax enim eſt imaginandi vis, vt ſiquãdo mulier oculos ac cogitationes in rem quampiã defigat, tota naturæ facultas, eaq; vis quæ formationi fœtus inſiſtit, cõcurſantibus vndique humoribus quos habet obſequentes, eò confluit, atque operi perficiendo ſedulo eſt intenta, quò euenit vt nonnunquam diuerſas inſolitaſque formas, membra

Partus monſtroſi.

Dupla quã do obuerſantur.

Imaginatio in muliere quid efficiat.

bra duplicata, particulas atque appendices ſuperuacaneos emoliatur, inſuetaque membra corpori affigat. Ex defectu verò humorum, atque alimenti fomentiq; penuria, aut vbi naturales facultates in elaborandis articulis ſunt inualidæ, ſuiſque viribus minus inſtructæ, imminutis mutiliſque membris produci homines contingit, aut quarundam partium vſu ac miniſterio deſtitutos. Et quanquam natura vberem nonnunquã propagandę ſobolis materiam ſit nacta, ſuiſque viribus ac facultatibus affatim exiſtat inſtructa, illam tamen ſubinde impediri contingit: quò minus omnia exactè perficiat, ac venuſtã corporis formam, decenteſque articulos exprimat atque effingat, ita vt infans aliquando in lucẽ prodeat parte aliqua trũca atque inelaborata, fit enim plerunque vt vterum conſequatur anguſtum, ſplenẽ induratum ac collapſum, coxẽdices eminentes, atque introrſus retortas, aliaſque obices & obſtacula, quę infantem adoleſcere prohibẽt, atque omnibus ſuis numeris abſolui, teneræ ſiquidem corporis partes ob tantas difficultates atque impedimenta dilatare ſe ac diffundere nequeũt, oblatoque alimento frui: ſed ſiſti cõtingit

Vnde mẽbrorum defectus.

Manus at pedes vnde trunca & mutila.

git & cohiberi, quò minus in ſpecioſam atque vtilem articulorũ formam excreſcant ac proferantur. Simile enim quiddã huic rei obuenire mente concipio, quod arboribus quæ in ſaxoſo ſolo cõſitę ſunt, ita vt radices ſe vndique diffundere nequeãt, ſed obſtaculo impeditæ retorquẽtur, atque incurueſcunt, repulſæque reſiliunt. Sic in corpore humano quũ infans effingitur vel loci anguſtia vel alimenti inopia, aut calli cuiuſdam obiectum obſtat, quò minus mẽbra articulatim diſtinctęque efformari queant. Sic puellam vidi non ignobilem trunca ac tuberoſa manu, quam quum contrectandam mihi exhibuiſſent parentes, deprehendi digitorum contactu articulos qui naturæ munere erepturi erant, intus conuolutos, atq; in ſe retortos, ita vt nullam digitorum effigiem exhiberent, ſiquidem omnes mẽbri huius partes, tum oſſiculorum ſeries & connexus quibus manus cõplicari vel expandi ſolet, intrò delituiſſe comperti ſunt, Stompen noſtri vocant. Ita errorem hunc ac naturæ vitium inde contractum pronunciaui, quòd ea vis ac facultas quæ formationi fœtus inſiſtit, omnibuſq; ſuis partibus conſummare hominem nititur, aliquo

Simile ab arboribus in ſaxoſis locis conſitis.

Rei geſtæ narratio.

aliquo impedimento prohibita sit, quò minus articulos potuerit perficere, atque in speciosam decentemque manus formã producere, quum enim mater splenis duriciei esset obnoxia, ac fœmellæ in id latus, nempe sinistrum declinẽt, ex affectu eius visceris cui partes illæ tanquam scopulo ac cautibus illisæ incubuerunt, informem atque indecoram speciem sunt consequutæ.

AN INDVSIA, VVLGO CAmisiæ, tegumenta lintea febricitantibus mutanda. Et an statim à morbo conualescentibus barbam radere, aut capillos adimere expediat: Tum in quibus morbis pedes abluere consultum sit. Cap. VIII.

In q. b. morbis tegumenta corporis sæpe mutanda.

SIquando in morbis contagiosis ac pestilentibus carbũculi ac bubones aliæque, vt assolet, pustularum eruptiones in extima corporis parte se proferunt, nunc eminentes ac verrucosæ, nunc planæ ac sessiles, pro humorum crassitudine ac tenuitate: colore modo plũbeo, lurido, nigro

gro, luteo, viridante, versicolore, quæ deteriores: modò rubicundo, florido, albescente, quæ securiores, quarum omnes species ac differentias, in morbillis ac variolis, Belgis Pocken & Maezelen denominatis, perspicimus: in ijs, inquam omnibus papularum generibus lintea, culcitras, puluinaria, tegeticulas, indusia, tegumenta subinde mutanda consulo, ac recentia substituenda, sordidasque corpori exemptas vestes vento atque auræ flatibus identidem exponendas, quò contagio & grauis halitus, quibus ex infecto corpore tegumenta imbui contingit & contaminari, discutiantur. Siquidem quum multi tetri ac pernicioſi vapores seu fuligines ex huiusmodi corporibus emanant, quæ vestimenta quibus ægrotus integitur ac fouetur, concipiũt, fit vt decumbentes circumfusum vndique aërem hauriant, imbibantque, ac singulis momentis noua recentique contagione ac labe inficiantur, volutantur enim in sordibus tanquam scropha aut lutulentus sus in volutabro cœni. Quod ipsum eatenus obseruari velim, quatenus morbi sæuitia mitescat ac sopiatur, ipsaque cõcoctio ac crisis peracta sit, hoc est,

Pustulæ vndequaque varij coloris.

In morbi augmento nihil innouandum.

certa atque indubitata se salutis indicia proferant, quæ commonstrant vires corporis morbo superiores, ac perexiguas intus residere morbi reliquias, tũc enim lintea atque indusia soli aut luculento igni exposita, valetudinarijs subijci iũbeo, aut ea vni ex domesticis salubri corpore biduo induenda præcipio, aut cubili eius insternenda, quò cõcalescant, nec ab humani corporis calore sint aliena, ipsaque innouatio aliquid incommodi ægroto adferat, aut vlla sui parte morbum exasperet, hac enim ratione aut errore potius efficitur, vt illa quæ consanuisse videbantur, recrudescant. Quocirca quum istis, tum alijs qui mitioribus etiam obnoxij sunt instanter præcipio, quò confestim affectus ad statum properet, ac primo quoque tempore insultus sopiatur, ne inquieti sint, iactabundi, instabiles, tumultuosi, nec aëri locoque frigido si identidem exponant, vt sunt qui in ancipiti ac periculoso morbo expansis brachijs, diuaricatis exporrectisq; cruribus hinc inde se deuoluunt, ac sudorem, pustulas, apostemata, vomicas, abscessus, tumores, reliquasque humorum collectiones quæ erupturæ sunt, repellunt

Motus & iactatio corporis ægroto noxia.

lunt ac referiunt. Siquidem frigidus aër corpori circumfusus fluxiones sistit ac reprimit, easque matureſcere prohibet: Calor verò ac fomenta calorifica, meatus ac spiramenta recludunt ac relaxant, vtque se fuligines ac vapores proferant ac discutiantur, efficiunt. Quò mihi non inconsulto facere videntur, qui contracta primùm morbi contagione, ac pestifero halitu, corpus luculento igni exponunt, vt vndique sudore madescant ac diffluant, citra tamen virium defectum, aut animi resolutionem ac deliquium, sic vt eodem momento expurgato infernè corpore, deiectaque aluo, ea intrò sumant quæ conceptam intra viscera contagionem dispellant ac discutiant, antequam radices agat, penitusque virus infixum esse contingat, atque ipsum Cor tum partes præcipuas occupet, eò enim malum confestim properat, Vt illi qui vrbem obsidione premunt, arces ac propugnacula, ac ducem exercitus primùm inuadunt, reliqua enim eueſtigio cedunt ac dant manus. Quum itaque corpus periculoso ancipitique morbo tentari occipit, Si res venæ incisionem, si purgationē expoſcat,

Ignis sudorē & cōtagia elicit.

Simile ab vrbe obsessa.

maturè illa adhibēda ſunt, ſic vt primum atque inter initia alui purgatio præcedat, mox ſubſequatur vęnę ſectio, deinde ea adhibenda quę cor propugnēt ac muniant, vt ſunt Theriaca, & mitridation ex vino aut ſyropo de fumaria, epithimo, violaceo aut alio quodam diluto, vt naturæ conditio expoſcet, aut exercitato Medico expedire viſum ſit, in quo mirè illum oculatum eſſe par eſt, nec à ſcopo aberrare. Ex decocto vero, præſentanea ſunt Scordium quod allij odorem refert, Zelandis copioſum, Caltha quæ ſudorem elicit, meliſſophillos, ſeu meliſſa, ficus, Cœpe rubicundum, Spondilij radix, quæ Angelicæ ac laſerpitio ſiue oſteritio, viribus ac facultate par: inter quæ principatū obtinet Zedoarię radix, non carioſa, caſſa, euanida, inodora, modò cum vuis paſſis, & quas Corinthiacas vocamus, tum momento glycyrrhiſæ dentibus attrita diglutiatur, hac enim ratione etiam ſe munire poſſunt, atque illæſos præſtare, qui morbo peſtilenti infectos adire coguntur, illoſque in ſpem meliorem erigere, ac metum animis eximere, tum fiduciam mentibus illorum inſerere, quales ſunt miniſtri Ecclę-

Purgatio venæ inciſionem præcedat.

Quæ à peſte præſeruant, eamque demoliuntur.

Qui morbo oppreſsis adeſſe coguntur.

cleſię, medici, chirurgi, obſtetrices. In huiuſmodi autem tumorum eruptionibus, quas expedit maturius proferri, non conſultum arbitror inter initia pauimenta frondibus ac vitium pāpinis aut capreolis, caricibus, roſis, myrto, ſalice, populo, virentiq́ue gramine conſternere, aut aceto aquaq́ue perfundere, niſi ex immodico ſudore virium ſit defectio, talia enim humores reſilire cogunt, ac cutem meatuſq́ue corporis denſant atque obſtipant, qui reſerandi potius ſunt, quò halitus contagioſi expirent ac diſſipentur, quod ipſum calida potius fomenta, quàm frigida præſtant, nonnunquam naribus admouenda quæ ſpiritus recreant, animamq́ue calore immodico languidam inſtaurant, vt ſunt roſæ, violæ, gariophili, Caphura, vinum, bugloſſus, borago, nymphea, ſuccinum, mala citria, Cotonia, quorum pleraque etiam intrò exhiberi poſſunt vino incocta, vel zaccaro perfuſa, aut in aliam condimenti formam redacta, adiecto croci ac cinamomi momento, quò illa odore ſaporeq́ue cordi ac palato magis gratificentur, & ſpiritus collapſos efficacius erigant. Quanquam enim medici non temere

In cōtagioſis morbis ſudor eliciendus.

Quando cœnacula fronde adornāda.

Odores ſpiritus inſtaurant.

quidquam circa ægrotos innouare soleant, ac ne latum quidem vnguem à ratione discedere, in nonnullis tamen ijs obsequuntur, vbi Crisis peracta est, hoc est, certa se salutis argumenta proferunt, magnaque humorum pars vel sudore excussa est, vel sanguinis aut alui profluuio commodè exhausta, tunc enim aliquando illis vel vina, vel aquæ frigidæ potionem haud grauatè admittimus, tunc stragula, lectulos, tegumenta, conclaue, triclinium mutari sinimus, quæ ante statum ac vigorem morbi, ante crisim ac concoctionem concessa, præsentaneam vitæ perniciem erant allatura. Siquidem lecti tepor, & quæ corpori adhibentur fomenta, febrilem calorem maturius euocant atque cliciunt, tum denique ad sudoris ac pustularum eruptionem sunt adiumento, ita vt viscera quæ intus fumis ac densis vaporibus erant oppressa, relaxata per calorem cute ac spiraculis, subleuentur ac respirent, hac enim ratione expeditè putredinem discuti, opilationem amoliri, febrem conquiescere ac sopiri, omniaque mitiora effici contingit. Vt enim in cœnaculo aut triclinio fumo oppleto, conuiuæ suffoca-

Medici aliquando ægrotis gratificantur.

Sudor quãdo maturius erũpit.

focari videntur, atque oculorum iactu-
ram perpeti, nisi reseratis ostijs, ac pa-
tefactis fenestris, fumus ac fuliginosi va-
pores dissipentur, atque in auras diffusi
euanescant: ita quoque in humano cor-
pore Cor strangulari videtur ex densis
nebulis & humorum caligine, nisi laxa-
tis meatibus ac spiramentis, fuligo &
vaporosi spiritus erumpant & foras pro-
manent. Et quemadmodum in elixan-
dis carnibus sordes & quæ ebulliunt stri-
gmenta (Broem nostri vocant) adimi
debent, omniaque accuratè despuma-
ri, ne edulia contaminari contingat at-
que inquinamẽtis quibusdam seu eluuie
pollui: ita inter initia per sudorem, vo-
mitum, venæ incisionem, alui profluu-
ium, congesti in corpore humores ex-
purgari debent, antequam se per vænas
diffundant, arterijsque penitus inhæres-
cant ac sint infixi. Tunc enim vt ma-
culæ quæ diu vestibus inhæserunt, æ-
grè elui possunt, nec ita facile extra sua
conceptacula, in quibus insederunt, ex-
turbari. De barbæ vero apparatu, nam in
eo viri decor & ornamentum consistit, &
qui in capite Capilli frutificantur, qui-
bus quoque robur quoddam virile ineſſe

Simile à fumosis ædibus.

Simile à despumandis carnibus.

Barbæ rasura aliquando noxia.

Iudicū. 16. testatus est Sampson, nec non omnibus sæculis pleriqúe alij, qui affatim criniti hirtiqúe sunt, hoc commonitos quosq; volo, ne etiam sani sæpius barbam ac capillos ad viuam cutem deradi sibi patiantur, aut caput lotione defatigari. Depopulatur enim nimius eius rei vsus vires atque homines effœminatos mollesque præstat: quin & spiritus ac calorem natiuum resoluit atq; extenuat, maximamqúe audaciæ ac confidentiæ partem in adeundis periculis Cordi detrahit, quanquam subinde Caput defricare aspero rudiqúe velamine, barbam demulcere ac liquamine aliquo absterforio macerare, oculis claritatem conciliat, mentemqúe reddit erectiorem, valetudinarijs quoque, aut qui paululum modò cõualuerunt, non consultum arbitror, statim à recuperata sanitate, nouaculam cultrumqúe tonsorium admittere, siquidem humorum fluxiones irritat, & siquæ fortè in corpore morborum reliquiæ resideant, illas mouet atque agitat, recentemqúe febrem, vt incendium sopitum exuscitat, ex huius enim rei innouatione, non minus morbi recrudescunt, aut febres residuæ postliminio ex-

Frictio capitis oculis confert.

ci-

citantur, quã ex cibi potuſqúe nonnulla intẽperantia, aut ſubucularum induſiorumq́; mutatione.

Eadem ratione in morborũ initijs pedes non abluendos cenſeo, præſertim in decocto herbarum qui vi attractoria pollent, vt ſunt arthemiſia, pullegium, Caltha, parthenium, vulgo matricaria, tanacetum, lauri folia. Nec balnea quoq; adhibenda, niſi expurgato corpore, morbi furor miteſcat, ac concoctionis ſigna appareant, ipſiqúe humores fluitantes excretioni ſint idonei, alioqui in partes aliquas principes irrumpunt, atque inſtabili motu hinc inde fluctuant. Quocirca quando pedes abluere expediat, obſeruandum, aut ab hoc negotio deſiſtendũ: in quo imperita multitudo magno ſuo periculo peccat, quum nullo delectu aut diſcrimine id factitet, atq; in ipſo ſtatim morbi inſultu lotioni pedũ inſiſtat. Nã ſi morbi ſupra ſeptum tranſcurſum conſiſtant, aut fluxiones è capite in pectus diſtillant, pedum lotio malum exaſperat. Ita ſiquem pleuritis infeſtat, pulmonis inflammatio, angina, tuſſis, dolor lateralis, Coriſa, branchos, raucedo, catarrhꝰ, à pedum lotione prorſus deſiſtendum,

Pedũ loto quando adhibenda.

Balnea quando adhibenda

Pedum lotio quando noxia.

nec vlla ratione hoc remedium tentare expedit,aut consultum est, defluit enim in subiectas partes humor,omniaque exasperat,ac sæuiora efficit.In morbis verò qui ab infernis partibus prodeunt, quas diaphragma disterminat, nempe stomacho,ventriculo,splene,hepate,vtero,vesica,renibus,intestinis,tuto magnoq; cõ modo id tentari potest, præsertim si ex ijs partibus vel animi defectus & deliquium, vel alius quiuis affectus suboriatur, in quibus etiam fricationes ac ligaturæ adhiberi possunt, tum coxẽdicibus cucurbitulæ affigi, aut si res venæ sectionem exposcat in pedis pollice, aut circa malleolũ,aut poplitẽ sanguis adimi.Hac enim ratione,vt in ouillo pecore,

Frictiones & ligaturæ quando viles.

Georg.3.

Profuit intensos æstus auertere, & inter
Ima ferire pedis salientem sanguine venam.

In tremore autẽ Cordis ac palpitatione,in Cardiaca syncopi,in anhelitus cõstructione,ac pectoris angustia,in gutturis ac faucium tumoribus, manus vellicari debent,ac digiti confricari, præsertim is qui infimo proximus est,atque auro vinciri solet, vena media in brachio incidẽda ea parte,qua dolor se porrigit, cucurbitæ scapulis ac brachijs affigendæ, cute

Manus quando vellicandæ

cute etiã profundius ſcarrificata atq; inciſa, modo corpus ſanguine & humoribus redundat atque oppletum eſt, nam macilenti, exhauſti, extenuati, fomentis, vino, ſomno, odoribus recreari debent ac refici, vt quibus nihil adimi poſſit aut decidi.

Macilentis nihil adimendum.

QVOD MIRA NATVRAE vi, atque incredibili efficacia ſingulæ herbæ ſingulis proprijſq; membris ac corporis partibus auxilientur, atq; aliæ in alias, vires ſuas peculiari effectu proferant.

Caput. IX.

QVò quiſq; magis erga Opificem qui ſingulari quadã ratione in vſum atq; vtilitatem hominũ omnia produxit, afficiatur, naturæq; ſolertiam quam ab illo conſequuta eſt, admiretur ac ſuſpiciat, commonſtrandũ duxi, quàm cõmode & appoſitè quamq; ſalutari effectu herbæ, quarũ aliæ medicamẽti, aliæ alimẽti, quædã vtriuſq; vſum obtinẽt, ſingulis mẽbris aſſcriptæ ſint & aſſignatæ, ita vt illarũ vires, ad eas corporis partes deferãtur, quib⁹ natura ſunt accõmodatæ. Itaq; ſtirpes hoc

Mirabilis Deus in operibus ſuis.

hoc insitum habent, eaque vi sunt imbutæ, vt natiua facultate nonnullis mẽbris subueniant, atque adminiculentur, sic vt præteritis alijs, ad illa se cõferant, quibus sunt destinatę, ipsaque membra auidè nõ solum nutrimentum, sed medicamentũ etiam sibi salutare & proprium alliciant, eoque fruantur. Sic aliæ, lateri, septo trãs uerso pectori, vocali arteriæ, siquãdo aliquo illa affectu oppressa sint, adhibẽtur: Aliæ spleni, iecori, renibus, intestinis, vtero, vesicæ, capiti, cerebro, oculis, naribus, auribus applicantur, ac medelã conferunt. Nonnullarum herbarũ effectus ac vires in neruos, ossa, medullas, musculos, lacertos, Chordas, membranas penetrant ac deferuntur, eximia quadam vi, eaque cuique membro peculiari ac propria, qua iuuandis firmãdisq; aut expurgandis ab excremento ijs partibus sunt imbutæ, ita nonnullæ herbæ certa membra respectant, illisque subleuandis dedicaræ sunt & attributæ. Siquidem affecto iecori Eupatorium agrimonia vulgo vocata, Cichorium atque seridis species inter quas vulgaris Scariola refertur, Sonchos, cicerbita, oxalis, hiecarium, vbi calida intemperies noxam infert, mi-

Herbæ singulis membris consecratæ.

Membra sibi salutaria alliciũt

mirificè auxiliantur : vbi verò frigida affectio huic viſceri ſubeſt, aniſum, abſynthium Ponti cum & vulgare, Caſſutha: Felli Rhabarbarum, Chelidonia, ſcamonium, quę flauam bilem deorſum, ac partem ad inteſtina, partem ad veſicam propellunt: Spleni qui velitibus ac curſoribus moram inijcit, vbi intumeſcit hæmiontis, aſplenium, philitis, hoc eſt, vulgaris Scolopendria, polypodium ſeu filicula, Capparus, tamaricę amigdalæ amaræ, nuclei perſicorum, in expurgãdis excrementis, ac conciliando huic viſceri robore adminiculantur. Stomacho ac ventriculo, mentha, macer, maſtiche, Zinziber, & quidquid ex his poſſit cõfici. Cerebro roſmarini flos, acorus, germana, vergiliana amaracus, Sampſuchus vulgo maiorana, & bethonica, Stichadis vtraq; ſpecies, nux muſcata, Peonię baccę & radix, fruticulus qui viſcus dicitur. Pectori ac pulmoni hyſſopus, ſatureia, tymbrea, marrhubium, tuſſilago, ſcabioſa vel pſora, glycyrrhiſa, ordei decoctum, vuæ paſſæ. Cordi crocus, cinamomum, margaritæ ſeu vniones, roſæ rubentes, citria mala, Corallium, hiacinthus, aurum, gariophili, ceruini cordis os, panis recentis etiam

Epati quæ conſerunt.

Spleni quæ conſerunt.

Cerebro quæ conueniunt.

Pectori amica.

Cordi quæ accõmodæ.

tiã odor, vinũ generoſum & meracũ, quo Cor exhilareſcit ac recreatur. Renib⁹ ſaxifragia, empetrũ, crithmõ, lythoſperma vulgo miliũ Solis, veſicaria, ſolani ſpecies acino in ceraſij ſpeciẽ rubenti atque orbiculato, daucus, apium hortenſe. Vtero vero parthenium vulgo matricaria quòd vuluam extergatà ſordibus, Sabina, Calamentum, pullegium, Cimula, tymbra, gallitricum vulgo Scerley. Sic quædam in remotiſſimas, intimaſque partes penetrant, atq; ad neruos deferuntur, Vt hermodactilus, verbaſcus odoratus vulgo herba paralitica, erythrodanum ſeu rubea, quæ oſſa pecudum ſandicino rubẽtique colore imbuit, ſiquando herbam virentem depaſtæ ſunt, intacta etiam radice quæ rutila exiſtit: quod etiam in elixis decoctiſque eius pecoris carnibus perſpici poteſt, & in ouis quæ rubicundo colore radicis huius decocto fucãtur, vt glaſto vulgo VVeet, cęruleo: Carthamo, croco, & ochra luteo. Sic quod ſuccinũ marinum vocant, aut ſperma ceti, vulgo VValſcot, oſſa fracta, rimoſa, fiſſa, hiantia ferruminat ſeu cõſolidat, cui medicamẽto eã vim ineſſe experior, vt ſolidas etiã pixides quib⁹ aſſeruatur, penetret ac roſido

Renibus quæ cõueniunt.

Vtero quæ apta.

Neruis quæ auxiliantur.

Succinum marinum.

Sperma Ceti.

sido quodã madore aut sudoriferis gutris irriget. Sic pissasphaltũ factitiũ, quod Arabes muniã vocãt, ad casus, plagas, ruinas, ad loca rupta, cõtusa, cõfracta, diuulsa præclarè adhibetur, siquidẽ resinata illa cũ carnibus ossibusq; humanis cõcretio, obstactes, myrrhæ, aloẽs, croci, aliorũq; aromatũ mixturã, qua obrui ac cõdiri Heroũ cadauera solẽt: quod in Christi corpore factitatũ legimus: solidandi astringẽdiq; vim cõsequitur. Sic ediuerso quædã diaphoretica, hoc est, discussoria vi humorẽ resoluũt ac sudorẽ prouocant. Nonnulla genuina insitaque facultate vrinam moliuntur, ac calculos atterunt, vt petroselinum seu apium domesticum vel hortense, daucus, seseli, ammi, lapis Iudaicus, sanguis hirci, ligusticum, compluraque alia. Quædam oculis vtsum acuũt, vt euphragia, feniculus, Chelidonium, ruta. Alia præsentanea venenis obsistũt, Vt Zedoarium, laserpitiũ, Scordium, allium, Theriaca, mitridaticũ, tum alia quædã Galeno miris encomijs decantata. Quædam vi specifica seu occulta proprietate, non elementari qualitate succum sibi familiarem expurgant. Sic radix pontica, vulgo Rhabarbarum, &

Munia

Munia fœturis apta

Quæ vrinã moliuntur.

Calculos

Quæ venena depellãt

Ad Pisonem.

Quæ bilem expurgant

Melancholiæ incommoda.

& Scamonium flauam luteamqúe bilem educit. Sena, polypodium, epithimus, helleborum atram, & ſuccum melancholicum, Cnicos vulgo Canthamus, agaricus, mercurialis, eſula, & ſeptem Titimalli ſpecies pituitam & aquoſos humores.

Quæ pituitam exurbent.

Sanguinẽ defecantiu.

Fumaria, Caſſia, Cylindracia, vulgo fiſtulares violæ, prima Damaſcena, bugloſſus ſanguinem à feculenta eluuie expurgãt.

Simpliciũ libro. 3.

Omnia autem medicamenta quę purgãdi vi pollent, ſimilitudine totius ſubſtantiæ, vt Galenus teſtatur, atque occulta proprietate formaqúe ſpecifica, hæc ipſa perficiunt.

Aus qualitatis in herbe eſſe ętus, eius ſubſtantiæ

Non enim virtus elementaris, quæ conſiſtit in calidi, frigidi, ſicci & humidi temperamento, efficit quod medicamentũ vomitũ excitat, ac vel hũc vel illũ humorem educit, ſed ſimilitudo totius ſubſtantiæ, quæ caloris impulſu accœleſti vi incitata humorem ſibi familiarem & affinem ad excretionem impellit.

Simile ſimili gaudet.

Sic Galenus attractionem, ſubſtantiæ ſimilitudine fieri aſſerit, qua indicat ſimilitudinem quandam ac cognationem ineſſe vtriſque ſubſtantijs, & eius quod purgat, & quod purgatur, porro quum quod purgatur, pituita ſit, id quod expurgat, pituitoſum ſit, neceſſum ſit, neceſſe eſt, quo

est,quo indicat inter humorem ac medicamentum similitudinem esse ac conuenientiam,naturæq; consensum, qui qualitatibus primis nõ asscribatur,sed substãtiæ.Alia itaq; ratione herbarum vires explorandæ sunt,quæ qualitatis vi,hoc est, caliditatis,frigiditatis,aut humiditatis ac siccitatis ratione aliquid efficiunt,& quę totius substantię proprietate, effectuque celesti , seu influxu siderum suam vim in corpus exerunt. Illæ enim quæ corporis qualitatẽ immutant , ratione ac iudicio explorandæ:illę vero quæ quantitatẽ atque exuberantiã humorum expurgant, experientia atq; vsu quotidiano eruẽdę. Ita in prioribus iudicium & delectus: in posterioribus experimẽtũ exigitur:quorum alterũ, vt Hippocrates ait, difficile, alterum fallax & periculosum.Sic purgãtia medicamenta & quæ humores è corporibus exturbant,aut denique venenata quæ corpori pernicioſa sunt & infesta quibus nonnullæ gentes,vt aliæ ferro,in corpora illorũ quos extinctos cupiunt, grassantur,vsu & experientia exploranda sunt, non enim caliditatis ratione id efficiunt,alioqui piper , Cardamomum tale quiddam præstarent , sed insita vi ac genuina

Ratio & experiẽtia exiguntur in artibus.

Lib de natur. huma

nuina proprietate: Cui ſententiæ Hippocrates aſſentiri videtur, quũ inquit, Pharmacum quum in corpus ingreſſum eſt, primũ id quod omniũ ſibi maximè ſecũdum naturã familiare, cognatum, ſimile, affine eſt, attrahit atque educit, deinde reliquos etiam humores agitat, eoſqúe ad excretionẽ impellit. Vt enim ſtirpes quæ ſibi maximè naturali propinquitate coniuncta ſunt, alliciunt, eoque ſucco fruuntur, atq; in alimentũ tranſmutãt: ita quoque medicamenta quæ expurgandis humoribus ſunt deſtinata, ad ſimilia deferũtur, eaq; vel per infernas, vel ſupernas partes exturbant. Quocirca nemo vt anile ac ridiculum reſpuat, quod aſſerimus, ſuo cuique membro peculiares herbas eſſe conſecratas atq; addictas: quũ Cantharides quibus eſt natura exhulceratrix ſi foris cuti admoueãtur, nullas partes internas, Galeno teſte, prẽter veſicã exhulcerent, adeo vt per ſtomachũ & ventriculũ inoffenſè ac citra læſionẽ deferantur, per hepatis meatus ad veſicam penetrẽt, nec vlli parti, præterquã veſicæ exhulceranti vi infeſtę ſint. Sic ſuccus papaueris nigri, & cinita Cordi ac Cerebro: Lupꝰ marinꝰ pulmoni perniciem adfert: quanquam

Simile à terra & ſemine.

Cantharides exhulcerant.

Ad Piſonem.

Cinta

omnia

omnia venena, nisi vomitu excutiantur, aut antidotis, retũdi atq; hebescere contingat, sensim ad Cor penetrant etiã foris admota, quod rabidi canis morsus & saliua quę vulneri inhęsit, commonstrãt: nam penetrabili vi, erosa primum cute, ad præcipuas partes virus deuehitur, ac rabiem concitat. In similes causas referri debet, quod magnes ferrum, gagates & succinum festucas & quisquilias, aliaqúe ventiludibria allicit. Sideruin quoque influxus in res sublunares infernasqúe vim suam efficaciter exerit. Sic Mars flauam bilem concitat, Saturnus melãcholiam exasperat, Luna pituitæ incremẽto est, Sol & Iuppiter sanguini dominatur. Planetarũ quoq; vis metallis: lapidibus, gemmis, herbis ac stirpibus, omnibusq; subterraneis incumbit, auro, argento, ęri, ferro, plumbo, stanno, & quidquid è terræ latebris vel in vsum & commoditatẽ, vel in luxũ & delicias erui solet, quorum quodque vires & incrementa à peculiari astro consequitur.

Venena etiam foris admota cor petunt.

Siderum vis humoribus incũbit.

Siderum vis metallis incremento est.

SEXVM INESSE STIRpibus, atque alias alijs affici.

Cap. X.

Amicitiæ & inimitiæ rerum.

VT homines non eodem sunt erga omnes affectu atq; animi propensione, tametsi id naturæ ordo ac communis vitæ conditio exigat, sympathia quadã, hoc est, mutuo consensu erga plerosque afficiuntur, illosq; habent deuinctiores: ab alijs verò latenti tacitaq; atque arcana discordia dissident ac diuellũtur, nec sustinent in vllam vel amicitiæ vel familiaritis partẽ asciſci: Sic stirpes & inanima quædã, insita occultaq; naturæ inclinatione, nonnulla fouent & amplexãtur, alia hostili odio auersantur ac refugiunt. Vt enim ex innumeris pauca referã: Argentum viuum auro ita afficitur, seseque illi sic circumuoluit, vt nullus ei° metalli color appareat, adeo vt nisi igne atque aqua forti eximi exteriq; possit, ac pristino nitori restitui. Magnes ferrum rapidè ad se allicit, nisi oleo oblitus sit, nam tũc ob læuorẽ respuit, nec eius vis in ferrum penetrat. Succinum, gagates, adamas attrahendis paleis ac festucis delectantur, omniaque prẹter Ocymum vulgo basilicum, ad se rapiunt. In animantibus Delphinus piscis incredibili erga homines, atque præcipuè impuberes est affectu, illis-

Argentum viuum auro afficitur

Magnetis natura.

Succini natura.

Delphinii in hominem amor.

illiſque colludere geſtit, ac miris blandimentis gratificari. Lacerta vulgo Aectiſſe, viridanti ac porraceo tergo, conſpecto homine, mirè geſticuloſa eſt, caudæque agilitate, ac crebro motu vt canis animal domeſticum, pueriliter blanditur atque à latitante in herba ſerpente tuetur. Elephantus hominis conſuetudine vnicè frui exoptat, illique in omnibus (modo blandius compelletur, nec acerbius inſtes) obſequitur, atque ad quiduis paratus eſt, aliâs calcitroſus & retrogradus. Ediuerſo lupus quum homini, tũ omnibus animãtibus inhiat, Crocodilus, de quo Prouerbium, Crocodili lachrymæ, homini inſidias ſtruit, ac deuoratum decerptumque deplorat. Hyæna quę inſidioſa calliditate atque aſtutia vocẽ hominis imitatur, eumque dilacerat. Ceraſtes corniculis armata belua tribui Dan diſſcripta, Draco, Hydra, Hyęna cui⁹ morſus, ſiti atque inexplebili bibendi auiditate hominem excruciat. Coluber, aſpis, Vipera, Scorpius, multæq; aliæ nocentes beſtiæ homini potiſſime inſidiantur, atq; venenatos morſus ac letiferos aculeos infigunt. Vtitur autem plerumque Deus horum miniſterio ad caſtiganda homi-

Lacertæ erga hominẽ ſtudium.

Elephanti in hominẽ obſequium.

Crocodili lachrymæ, Prouerbiũ.

Geneſ. cap. 49.

Deus noxijs beſtijs homines vexat.

num scelera, quum illius verbo ac volũtati minus obsequuntur. Cuius rei multa extant documẽta in Bibliorum historijs. Cæterũ herbis quoq; cõsensum inesse ac naturæ cognationẽ, deniq; dissidiũ ac discordiã plurimæ demonstrãt. Siquidẽ cucumeres aquã appetunt, eaque affluentius irrigari postulãt, adeo vt si paulo remotius ab hac absistant, eò repant atque enitantur: Econtra oleũ respuunt atque auersantur, eoque perfusi gracilescunt, atque emoriuntur. Vitis verò in oleæ confinio constitui gaudet, atque eius insitionem admittit, illique maritari exoptat. Quercus vero & Olea inter se aduersissimæ tanto & tã pertinaci odio dissident, vt si altera alterius ramos attingat, incurueſcant, ac retorti resiliãt, alioque se inclinant. Sic vitis à lauri vicinitate abhorret, quoniam hæc vmbrosa sit, suaque caliditate illius incremento officiat: pari est affectu erga Brassicam quæ Caulis nomine vulgo innotescit, quod succum terræ depopulatur, quo destituta vitis arescit, vtraque enim stirps humoris est præauida. Ita stirpes aliæ aliarum affinitate & cognatione delectantur, mutuoque ramorum aut coliculorum

Numer. 21 Deuter. 8 Ezechi. 5.

Herbis cognatio & affinitas.

Cucumerũ natura,

Vitis Oleæ amica.

Quercus Oleæ aduersatrix.

Laurus viti inimica.

Brassicæ viti inimica.

rum amplexu recreantur : aliæ auersæ se subducunt, nec vlla ratione vniri sustinent. Sic resinata quædam, & quæ pingui substantia constant, inter se consentiunt, hinc pix oleo eluitur, etiamsi vestes Sericæ, holosericæ seu villosæ, quæ flueta vulgo vocantur, denique coccineæ, ostrinæ, vermiculatæ, quæque purpura ac murice tinctæ sunt, ex ea næuos ac maculas contraxerint. Omnia enim huiusmodi inquinamenta ac sordes butyrum ac oleum tam nitidè eximunt atque emaculant, vt ne vestigium quidem vllius lituræ appareat. Sic Smegma & qui Sapo vulgo vocatur, quo lintea confricata lotione nitescunt, ex oleo, pingui fuligine, butyro rancido, cineribus piceæ arboris conficiuntur. Atqui vt inter tot stirpium genera tantus est consensus & conspiratio, vt inuicem se amplexari ac tetigisse gestiant: ita inter eiusdem speciei herbas, sexus discrimen deprehenditur. Est enim inter has coniunctio, & quasi quædam coniugij societas & communicatio, sic vt plantæ in alterius, cui afficiuntur, confinio constitutæ speciosius adolescant, ac sint, quum fructu, tum frondium pompa spe-

Pix oleo eluitur.

Butirum & oleum sordes eximunt.

Sapo vnde conficitur.

Sexus in stirpibus.

ctatiores: langueſcant verò & contrahantur, ac nonnunquam intercidant, quum ab ijs diuulſæ ſunt, ac diſſociatæ. Atque hinc emerſit, quòd herbæ quædam, aliæ maris, aliæ fœminæ nomine deſignentur: fœminæ quidem, quę minus habent virium ac roboris, frigidaque atque infœcunda humiditate imbutæ ſunt, quò fit, vt ſuo tmpore floreſcant quidem, ſed propter caloris inopiam aut debilitatem, fructu, baccis, acinis, ſemine deſtitutæ ſunt, ita quæ poſt floſculorum defluuium nihil tale exhibent, ſed exile quoddam atque inane fructus rudimentum, quod ob caloris penuriam, ac naturæ impotentiam non perficitur, in fœmineum ſexum referuntur: Maris verò nomine inſcribuntur, quæ magis ſpectabiles ſunt ac ſpecioſæ, pompaque atque apparatu foliorum ac frondium luxuriant, tum ſpectatiſſimè adoleſcunt, ipſaque maturitate, fructum ac ſemen proferunt, quo propagari poſſint, ac reuiuiſcere, quod ipſum alteri ſexui denegatum eſt, niſi forte maris vicinitate blandoque amplexu fœcunditatem aſciſcat, illique maritata in ſemen & fructum protuberet, atque

Quæ herba fœmina, quæ mas.

Frugiperdæ ſtirpes.

In herbis affectus Venereus.

atque intumescat, quod in palma perfici Plinius testatur. Siquidem fœmina afflatu halituque promanante à masculo, concipit, ac fertilis fœcundaque efficitur: nutante ac prona blandioribus comis, in marem fœmina, quæ sterilescit, mascula arbore excisa, itaque non sine maribus gignere fœminas Arabes confirmant, concepto flore ac lanugine, aut aliquando puluere insperso fœminis. Simile enim quiddam huiusmodi stirpibus euenit, quod gallinis quæ oua quidem absque galli opera edũt, sed quæ animari formarique in pullos nequeant, quantumuis gallinæ incubitu foueantur atque incalescãt. Nec dispar est ratio in mulieribus, in quarum vteri conceptaculis ex sanguine ac seminalis excrementi confluuio massas quasdam conglobari ac concipi contingit citra viri ministerium aut adminiculum, sed quoniam virile adiumentum desideratur, ac causa efficiens quę formam ac vitam ministrat, spirabilemque vim confert, abest, tota illa concretio ac cõgeries informis est, atque inanimata. Quocirca herbæ vegetãte vi præditæ non minus, quàm animantes, quæ lubrico vdoque semine se propa-

Lib. 3. c. 4.

Palmæ natiua vis.

Simile à gallinis & fœminis quibus mas deest.

Fœminæ informes massas edunt.

gant, generandi vim ac vitalem ſpiritum aliæ in alias transfundunt, mutuoqúe cõplexu ac concubitu fruuntur, atque id ipſum tacito quodam naturæ conſenſu, ac latenti occultate inſpiratione quã ab aëris ſoliſqúe calore conſequuntur, ac genitali mundi ſpiritu quo ſtirpes vireſcũt, fouentur, germinant, animantur, florent, ac ſemina fructuſqúe concipiunt & proferunt: quæ vis toti mundo, omnibuſqúe eius partibus infuſa eſt, qua cuncta continuata perenniqúe ſerie ſubſiſtunt. Scitè itaque Theophraſtus, tum alij rei herbariæ indagatores in marem ac fœminam ſtirpes diſcriminant, ratione qua ſemine fructuqúe fœcũdæ ſunt, aut effœtæ & ſteriles. Sic Pæonia maris nomine inſignita dehiſcentibus ſenſim corniculatis follicu lis ac ſiliquis, hic baccis atro colore perpolitis, illic rubentibus ac coccineis ſpectabilis eſt, atque oculos reficit non ſine præſentanea expurgandæ epileptiæ efficacia: quo blandimento fœmina deſtituta eſt. Mandragora quoqúe fœmina vel ſterilis eſt, vel fructu exili. Maſcula verò amabile blandumqúe atque odoratũ pomum profert, gallinacei oui vitello aſſimile, cuius auiditate atque illecebra Rachel

Spiritus mundi omnia fœcunda præſtat.

Li. 3. ca. 9.

Pæoniæ ſemẽ, ſpectatiſſimum.

Cantic. 7.

chael passa est Liã Iacobi patriarchę concubitu potiri, quò, vt ecclesiastici quidam scriptores opinantur, fœcunda effici posset & conceptu impleri: Cui rei nulla mihi naturalis ratio subesse videtur, nec verisimile est Mandragoram sterilitatẽ expugnare, quum insigniter refrigeret, nisi fortè calido atque æstuanti, torridoq; vtero, quem conceptui inidoneum vt etiam impensè humidum testatur Hippocrates, prodesse statuas, illumqúe ad temperiem reducere, vel etiam quòd somnifica vi ac soporata, retinendi seminis vim vuluæ conferat. Huiusmodi etiam sexus discrimen in lauro, palma, corno, olea, viola lutea, quercu, multisqúe alijs obseruari potest, quarum quæ maris nomine designãtur, floribus, fructu, semine fœcũdæ sunt: quæ verò fœminæ, sterilescunt, atque efœtæ conspiciuntur. Inter siluestres quoque & vrbanas seu hortensis cura atq; industria hominum excultas nusquam nõ tale discrimen spectatur, sic tamen vt siluestres & quæ sponte emergũt, cultu edomitæ in vrbanas ac domesticas transeant. Vt enim rusticus quamlibet impolitus & rudis, si in aulam transferatur, cultisq; vestibus adornetur, ac victui delicato assuef-

Genes. 30.

Aug. vsti nus in Genesim.

Mãdragora an cõceptũ perficiat.

Simile à rusticis.

fuescat, diutino vsu & cõsuetudine in aulicum, virumqúe generosum trãsit, licet, aliquando nonnulla rusticani incultiqúe hominis vestigia se proferant: ita quoque herbæ agrestem conditionem, naturamque siluestrem exuũt, culturæ beneficio, atque hominum industria. Econtra vrbanæ atque hortenses stirpes siluescunt ac degenerant, nisi diligens cura ijs adhibeatur, non secus quàm generosi aliquot proceres, qui inter rusticanos homines versantnr, frequenti inurbanorum cõmercio, ab auita nobilitate, à moribus ingenuis, à liberali educatione, ab heroica maiestate, à vitæ comitate desciscunt, atque ab humano ciuiliqúe cultu ad feram atque agrestem viuendi conditionem deuoluũtur. Et quemadmodum hortenses herbæ ac frutices spectatiores sunt industria cultuqúe hominum, atque magis nitescunt, quàm siluestres, ab istis, tamen emerserunt ac propagatæ sunt, ita vt in easdem rursus deficiant, nisi excolantur. Ex his coniecturã facito studiosè lector, quid quum in rebus omnibus, tum in homine potissimum momenti adferat cultus atque educatio, quid corporis ac tuẽdæ valetudinis cura, vt vtriusque partis salus

Simile ab Aulico qui in rusticũ degenerat.

Herbæ siluestres priores hortensibus.

Ab herbis ad homines reducenda cultura.

salus & incolumitas subsistat ac conseruetur, qua profectò nihil homini obtingere potest optabilius.

MVRENAE QVAS BELGAE Pricken vocant, in fumario exiccatæ, tædæ atque ardentis facis vicem, vsumque præbent, si accendantur. Cap. XI.

MVrenæ, Lampetris quæ à sugendis lãbendisque petris hoc nomine appellantur, forma figuraque corporis sunt affines, licet magnitudine impares, pisciculi lubrici, longo teretique corpore, minutis illis anguillis quæ Belgis Ael vocãtur (nam Palinck procerior est) assimiles septem foraminibus læua parte distinctæ. Porrigitur autẽ ijs pisciculis à capite ad caudam non spina vt reliquis, sed neruus carthilagine mollior, quo flexuosa ac viuaci agilitate se conuoluunt, agitant, intorquent, in gyrum flectunt, contrahunt, dilatant, subsiliunt, gesticulantur, prorepunt, ac serpendo progrediuntur. Nam spiritus vitalis in extrema caudæ parte con-

Lampetræ vnde nomẽ sortitæ.

Murenæ descriptio.

Murænis in cauda spiritus vitalis.

consistit, qua perimuntur potius, quã cõtuso capite. Belgis autem Pricken vocantur, quoniam acuminato rostro nauium tabulatis, nassis, sagenis, hominumq; corporibus mordicus adhæresçant vt hirudines, atque omnia, documento sæuitiæ, morsu appetant, pungant, stimulent, decerpant, dilanient, sic quod stimulos admoueant, atque aculeatos dentes infigãt, Pricken vocantur. Pisciculus hic experimentum nobis exhibuit, non cuiuis, vt opinor, obseruatum, cui etiam naturalis ratio subest, ac fidem factura est, si experiri libeat. Præbet enim pisciculi hoc genus, quod inuersæ cãdelæ formam ac speciem exhibet, faculæ aut funalis accensi vsum ac commoditatem, vbi in hypocausto aut vaporario exiccatur, vt mos est Belgis haleca seu trissas atque haringas, salmonem, succidiam, pernas, armos ouillos, coxendices, petasones, tomacula, farcimina fumo indurata, aut Aquiloni, rigidoque alicui vento exposita, in multam æstatem asseruare, itaq; admotus igni pisciculus, aut fomite aliquo accensus, vt sunt stipulæ aut stramenta quędã sulphure oblita, quorum commoditate candelas sebaceas, cereos, tædas, funalia accendimus,

Murenæ exiccatæ inardescũt.

dimus,flammam confestim concipit, atque inardescit, eoque tanquam face accensa, discussis nocturnis tenebris, ædes passim collucent in heri,ac familiæ,vernarumq; ministerium. Quum enim resinata quadam pinguedine imbutus sit, atq; ambiente adipe vndique perfusus ac cõstipatus, ita vt etiam in craticula tostus, anguillæ more, citissimè flammam concipiat,ac tractantis digitos deurat,in fumãti camino exiccatus,congestis bituminosis glebis & cespitibus,non minorem cõmoditatem,quàm candelę aut funalis accensi flamma exhibet. Quum enim nerуus qui spinæ loco illi per tergum produ citur, elychnij, hoc est, contorti funiculi vicem præbeat, cui tanquam basi erectæ flamma incumbit, illique fomitem ministrat concreta pinguedo ac seui ambientis incrustatio, fit vt igni aut flammæ admotus,luminosa face cœnacula illustret: tametsi propere liquescat, nec tam diuturnum eius rei vsum prębeat,quàm candelæ ex bubulo, ouilloque adipe confectæ, qui minus diffluunt, ac serius absumũtur. Quocirca vbi funalia,tedæ, cerei, faces, candelæ, lucernæ, aliaque luminaria desunt,in horum inopia,piscículi huius

Vrna in propria & q̃libet stricto Vel amilla sumit.

Murenæ spina nervus est, non os.

ius vsu & commoditate vti licebit, præsertim si eo tempore sint exiccati, quo adiposi efficiuntur & pingueſcunt, quod ineunte vere, ipsoque Martio ac Aprili fieri consueuit, denique appetente autūno, hoc est, duobus æquinoctijs, quibus nullus caloris aut frigoris excessus est.

Murenæ quo tēpore pingueſcāt.

DE OVO A GALLO EDITO, & qua ætate, atque annorum decursu id proferat: denique quid ex eo progeneretur, tum de lapide Gallinaceo & Aëtite gemma. Cap. XII.

GAllus inter cicures & mansuetas alites præ cæteris animosus atque erecta rubentiqúe crista in vertice insignitus, crocitante sonitu, plausuque alarum, leoni ferarum generosissimo atque impauido formidinem terroremque incutit, hic tanto virium robore creditur, vt non facile subigendis gallinis defatigetur aut lasseſcat, quamlibet id sæpius factitet. Et quum omne animal à coitu, peractaque Venere contristari soleat, atq; animo contrahi, solus hic exhilareſcit, ac cantu alacrita-

Gallus leoni formidabilis.

Venus omne animal mœstū efficit præter gallum.

critatem ſpiritus teſtatur, vbi verò decrepitus eſſe incipit, ac ſenectute confici, quod nonnullis ſeptimo, nono, aut ad ſummum decimoquarto euenit, pro viriū, vel robore vel imbecillitate, aut etiā concumbendi aſſuetudine, qua nulli non animātium naturæ vis deijcitur atque enerꝙatur, ouum profert æſtiuis menſibus, ac Caniculæ ſideris exortu, ex putrefacto, opinor, ſeminis excremento, aut humorum colluuie conflatum, forma non oblonga, vel ouali, vt gallinis aſſolet, ſed rotunda atque orbiculata, colore modo luteo, buxeo, flaueſcenti, verſicolore, lurido, ex quo produci Baſiliſcum, Latinè Regulum nonnulli opinantur, venenatam beſtiam, ſeſquipedali magnitudine, triplici frontis apice, tanquam regio diademate inſignitam, erecto infeſtoque corpore, atque oculis vibrantibus, quibus obuios halitus contagione conficit. Vulgus in tota Europa ea opinione eſt imbutum, vt ex hoc ouo Baſiliſcum prodire ſtatuat ſiquando à rubeta ſeu bufone fotum ſit: quod an fabuloſum & commentitium, non auſim certo pronunciare, hoc tamen experiētia comprobatum habeo, gallum incubatu id ipſum perficere. Ita

Gallus quo tēpore ouū edit.

Baſiliſci deſcriptio.

An à Galli ouo Baſiliſcus prodeat.

Rei gestæ narratio de Galli ouo.

nostra memoria in Ciuitate Zirizæa, atque insulæ huius ambitu duo annosi galli ægrè etiam fustibus abacti, ab oui incubatione abigi depelliqúe potuerunt: ita, quoniam ciues eam persuasionem cõcepissent, ex huiusmodi ouo Basiliscum emergere, ouum conterere, ac gallum strangulare visum est. Quòd autem gallus ouum concipiat, suoque tempore, hoc est, vndeuigesimo die rupta testa ex-

Gallo vnde concretio oui.

cludat, inquisitione dignum. Ego ex conglobata intus concretione putri, ac calore alitis circumfusa testa tale quiddam prouenire imaginor, præsertim quum à concumbendi vsu & consuetudine desuescit, tunc enim excrementum intus cohibitum coagulatur atque indurescit in ouum, quod vbi vel ab ipso gallo, vel alio animante foueri contingit, venenatus ex eo vermis, aut alia quædam virulenta bestia producitur, quam Basiliscí nomine designant, quod serpentis genus Aphricæ alijsque præustis ac siticulosis regionibus peculiare. Vt autem lumbrici & vermes humanis corporibus innascuntur, atque ex humorum putredine, caloris beneficio animantur ac viuacem agilitatem concipiunt:

Simile à vermiculorum natura.

vt

vt veſpæ, ſcarabæi, erucæ, muſcæ ex fimo bubulo, alijſque putridis humoribus enaſcuntur: curculiones in tritico: teredines in ligno glandæ, nucibus auellanis, caſeo, caloris atque ambientis aëris miniſterio ſcaturiunt: ſic ex hoc ouo venenoſus vermis, aut alterius generis nocens, monſtroſaque beſtia Baſiliſco non abſimilis erumpit, quæ contactu, afflatu, halitu, expiratione, ſibilo obuijs infeſta ſit atque exitioſa. Sic ex ſpinæ humanæ putrefacta medulla anguem progenerari memoriæ proditum eſt. Naturam autem ac conditionem Baſiliſci, qui ex venenato alimẽto nocendi vim concipit, clariſſimi quique ſcriptores depingunt, eoque accuratius, quòd viſu, halitu, ſibilo eminus infeſtus ſit, ac mortem inferat: quum alij ſerpentes niſi cominus contactu ac morſu, ſparſoque veneno corpus inficiant. Sic Lucanus quum multa ſerpentum genera deſcribat, tum Baſiliſci naturam his verbis proſequitur.

Anguis ex ſpina hominis.

Baſiliſci natura.

Ante venena nocens, latè ſibi ſubmouet omne
Vulgus, & in vacua Baſiliſcus regnat arena,
Sibilaque effundit cunctas terrentia peſtes.

Libro 9.

Quo indicat Regulũ viſu obuios quoſq;

percutere, ac venenoso halitu inferre mortem, antequam venenum corpori propius admoueat. Quod autem vulgus existimet, ac serio sibi persuadeat in nostris regionibus tam pernicioſum nocentemq; serpentem aliquando produci bufonis incubitu, ac nonnunquam in subterraneis antris ac specubus Basiliscos inferre mortem hominibus, siquando in ea loca se conferant, anile censeo: quum halitus virosi, pedor, situs, graueolentia, fœditas quæ à tetris horridisque locis emanant, spiritum intercipiant, atque hominem nonnunquam strangulent, quod etiam aliquando venenatas bestias quæ in huiusmodi latibulis delitescunt, perficere non est quod quis ambigat. Testantur scriptores quidam eruditi in Saxonia Basiliſci quoddã genus silueſtre passim conspici, capite acuminato, colore flauo, longitudine dodrantali, hoc est, trium palmarum, inusitata crassitudine, ventre maculoso, multisque candidis punctis insignito, tergo cæruleo, cauda turbinata atque incurua, hiatu rictuque oris, pro corporis proportione, immenso: qui serpentes an inter Basiliscos referri debeant, non ausim certò pronunciari, neque

Basiliſci silueſtres.

Basiliſci in Germania.

que enim impunè se illis opponerent agricolæ, qui intrepidè fustibus ac tridenti vel furca illos adoriuntur, nulloque percepto incommodo, aut halitus contagione conficiunt. Sunt autem aliquot serpentum genera quæ caulas & stabula funestant, atque armentis veneno infesta sunt, nempe Hydra, Aspis, Coluber, Vipera, Basiliſco nocendi feritate ac malitia affines, Quod Venusto hoc carmine expressit Virgilius:

Sæpe sub emotis præsepibus, aut mala tactu Georg. 3.
Vipera delituit, cœlumque exterrita fugit.
Aut tectu assuetus Coluber succedere, & vmbræ,
Pestis acerba boum pecorique aspergere virus:
Est etiam ille malus Calabris in saltibus Anguis
Squammea sublato conuoluens pectore terga,
Atque notis longam maculosus grandibus aluum,
Stagna colit, ripisque habitans, hic piscibus atram
Improbus ingluuiem, ranisque loquacibus explet.
Postquam exhausta palus, terræque ardore dehiscunt,
Exilit in siccum, ac flammantia lumina torquens
Sæuit agris, asperque siti, atque exterritus æstu
Voluitur ad solem, & linguis micat ore trisulcis.

Hæc & pleraque alia Serpentum genera non deesse Germaniæ existimo, vt etiam aliquam Basiliſci speciem, sed quæ non tam exitiali ac pestifero veneno imbuta sint, quàm quæ in Aphrica, torridisque regionibus nidulantur ac stabulant. Ab horum sæuitia atque immani-

tate, ſacratiſſimi olim vates multis locis appoſitiſſimas ſimilitudines deſumpſe-
Cap. 59. runt. Siquidem Eſaias ad Baſiliſci partum alluſiſſe videtur, quum inquit, Concepto facinore nequitiam pepererunt, oua aſpidum ruperunt, & telas araneæ texuerũt: qui comederit de ouis eorum, morietur, & quod confotum eſt, erumpet in Regulum. Quo indicat illos in re nihili, nulliuſque momenti anxiè laborare, & quidquid moliuntur, noxium eſſe ac damnoſum: doctrinam quoque eorum plenã eſſe virulentijs, ac venenato halitu perniciem adferre auditoribus: obiter quidquid ab ijs prodit ac promanat, vt à Baſiliſco ac venenoſis beſtijs exitiale eſt & pernicioſum. Prou. 23. Solomon quoque vini intemperantiam, quæ mentem in furorem ſubinde rapit, ac letalitet afficit, noxijs infeſtiſq; ſerpẽtibus comparat: Nõ intuearis, inquit, vinum, quando flaueſcit, & quum ſplenduerit in vitro color eius: ingreditur blãdè at in poſtremo mordebit vt Coluber, & tanquã Regulus venena diffundet. Vt autem lupus obuijs vocẽ adimit, aut raucedinem afflat, halitus qui ab eo promanat, contagione: ita quoque Baſiliſcus afflatu, ac ſibilo, tanquã emiſſo iaculo, paulò

Eſaiæ locus explicatus.

Simile à lupo qui vocẽ adimit.

lò etiam remotiores conficit, Nec ſolum homini, reliquiſq; animãtibus inſidiatur atque infeſtus eſt, ſed etiam fruges ac ſata contactu ſuo fœdat ac polluit. Nec eſt vllum animantis genus quod aduerſus hũc ſerpentem ſubſiſtat, niſi muſtela, quã Belgæ een vveſel vocant, quæ rutę eſu munita atque armata, intrepidè illum aggreditur, atq; extra cauernas ac latebras in quibus deliteſcit, protractum cõterit: & niſi muſtela demortuo ſerpente confeſtim ſe ſubducat, paſtuque rutæ rurſus reficiatur, ipſa quoque ex aëris ambientis cõtagione ac fœditate ſuffocatur. Quocirca non inconſultè faciunt, qui in cultura hortorum huic herbę præcipuũ locũ attribuũt, quũ præſentanea vi venenis obſiſtat, nec vllũ ſerpentis genus ſub huius vmbra ſe recõdat. Ita ſiquis mandragorã, cicutam, hioſciamũ, ceruſam, papaueris nigri ſuccũ, tũ pleraq; alia quæ immodica frigiditate ſtuporẽ inducunt, aſſumpſerit, Rutæ ſucco, eiuſq; ex vino decocto, reuiuiſcit, ac malũ diſcutit. Cicuta qũoq; qua Socrates extinctus legitur, aut ſiquę ſint algentis frigidæque naturæ, quale papauer, lactuca, portulaca, vim rutæ ſiquando affluentius aſſumpta fuerit, retundit ac

Muſtela baſiliſco hoſtis capitalis.

Plin. lib. 8. cap. 21.

Rutæ vis.

Ruta frigida venena obtundit.

reprimit: siquidem Ruta effectu feruido atque vrenti, corpori noxam infert copiosius assumpta. Sic obseruaui grassante morbo populari, ac sæuiente peste, quotquot rutam aceto imbutam identidem naribus admouerent, quò aëris contagia dispellerent, pustulas in suprema infimaque labri parte contraxisse, exhulcerat enim foris admota, atque vlli parti affricata, vesiculas excitat, quamobrem Carbunculis & bubonibus, alijsque tumoribus qui in peste se proferunt, commodè adhibetur, elicit enim virus, nec patitur intro resilire venenatos halitus. Sic ex fermento acri ac salito, cõtusa ruta, ficubus, cantaride, cæpe & scilla tostis, calce viua, sapone Gallico, ammoniaco, & theriacæ momento emplastrũ confici iubeo, quod affectæ parti maturè admotũ, cõfestim delitescẽtes ac recõditos tumores perrũpit: intro vero exhibitis antidotis quæ cõtagiosam fuliginẽ à cordè dissipant ac discutiũt, inter quæ præsentanea, Theriaca, & mitridaticũ, drachmę aut sesquidrachmæ pondere, pro ætatis ratione aut viriũ robore, ex vino propinatũ, aut decocto florũ Calthæ, quæ Belgis ab aurato luteoq; colore Goudt bloemẽ nominantur.

Ruta corpori admota adurit.

Emplastrũ ad tumores pestilentes.

Quæ Cor à fuligine liberant.

nantur. Cæterũ quũ mõſtroſus hic galli partus, ex cuius ouo Baſiliſcũ emergere vulgus opinatur, nullos nõ terret, ac formidine concutit, tum lapis alectorius, hoc eſt, gallinaceus omnes afficit, atque à nullo non expetitur, ſiquidem hoc geſtamen virile robur adauget, ac quũ fortitudinem, tũ in rebus aggrediendis cõfidentiam adfert, eximitur autem ex caſtrati galli, hoc eſt, capi cui teſtes execti ſunt, ventriculo, tenui membrana aut pellicula incluſus, quarto à quo in ſpadionẽ & eunuchum deſciuit, anno, gemma hæc colore eſt pellucido criſtilli ſpecie, magnitudine fabæ. Credo autem hanc ex ſeminali excremento concreſcere ac conglobari caloris naturalis adiumẽto. Quũ enim natura ſemẽ elaborare in hoc alite non deſinat, licet inefficax atque inualidum, ac vires deſint ad profundendum excoctum liquorem, in lapidem is dureſcit. Sic lac in mamillis lapideſcit, vbi nõ emungitur, atq; in apoſtematum collectionibus, lapidoſa quędam congeries ac concretio aliquando eximitur. Vt autẽ gemma alectoria viris fauorem cõciliat, atque apud mulieres gratioſos efficit: denique in proferendo virili robore, quod

Alectoriæ gemmæ quid præſtet.

Capo vnde gemmæ innaſcitur

Lac lapideſcit in vberibus.

Alectoriæ gemmæ vis in viros.

in congressu maritali, ac Geniali thoro exigitur, siquando procreãdis liberis operam impendunt, validos robustosque præstant: sic Aëtites lapis in aquilæ nido repertus, resonantibus intus minutis lapillis, fœminis lubricis concipiendi vim cõfert, alligatus pectori aut siniſtro brachio, per quod à Corde versus digitum annularem minimo proximum arteria decurrit: quibus partibus si toto gestationis tempore gemma incumbat, fœtũ fulcit, nec vllus est abortus, aut excutiẽdi fœtus formido aut trepidatio. Ediuerso parturientis femori admotus, expeditum facilemque partum procurat, nulla propemodum enitendi difficultate aut anguſtia. Quæ res mihi experimẽto comprobata est, quum enim heroina quædam toto gestandi vteri decursu, hoc à collo gestamine, commoda valetudine vsa esset, partuque instante gemmam adimere, atque à pectore amouere neglexisset, sensit ilico pariendi difficultatem, infantemque tardius desilire, ita detracta à collo Aëtite gemma, eaque admota femori, interna parte non procul à pube, leuem placidumque partum consequuta est, itaq; matronis salutarẽ eius gemmæ vsum

Aëtites lapis qua vi polleat.

Experimẽtum in matrona gemmæ Aëticæ

vsum indicaui,& quando vel pectori,vel fœminibus applicare cõuenit. Qua autẽ vi ista perficiat, siquis forte requirit, discendiq; est auidus:ego attrahendi facultate tale quiddã præstare censeo, eadem qua Magnes ferrum, Gagates & succinũ festucas ac paleas allicit, quod nemini absurdum videri debet,quum vterus exquisita sentiẽdi vi polleat,atq; rebꝰ odoriferis ita afficiatur,vt si eas naribꝰ admoueri cõtingat:assiliat ac sursum enitatur, adeo vt suffocatio mulierculis ac virgũculis maturis immineat, nisi confestim amoueãtur,nec infernis pudendisq; partibus applicẽtur,propere enim deorsum retrahitur, ac resilire incipit. Quocirca pregnantes & quæ gestãt vterũ,supernè fragãtissima quęq; exigũt,quò spiritus recreẽtur,& fœtus sursum enitatur:alijs autẽ quæ pruriũt, ac viri desiderio tenẽtur, graueolẽtia fœtidaq; naribus:pubi vero & femoribꝰ suaueolẽtia applicãda,præsertim vbi in vteri suffocatione strãgulãtur. Quòd si deorsum feratur vulua ac cõcidat, infernè quę tetri odoris sunt,alligãda,supernè quę grato suauiq; afflatu collapsos spiritꝰ erigãt. Quòd si secus ac præposterè ista tententur,exasperari malum con-

Vteri natura.

Quibus fœtida,quibus odorata admouẽda.

Suffocatio matricis, eiq; præcipitatio.

contingit, ac grauissimè hunc sexum afficiat, nisi viris subijciantur, sic vt præter acerrimos dolores animi deliquio periclitetur.

DE MVLIERVM NATVRA, conditione, moribus: & quur is sexus, vbi incāduit, acriores, quàm vir, iras cōcipiat, ac rixetur enormius, multisque alijs affectibus impotentius succumbat: Obiter quem sensum habeat illud Sapientis Hebræi, Melior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens. Cap. XIII.

Eccles. 42

Mulieres ab omnibus scriptoribus prosciduntur.

QVod non solum Comici poëtæ, Oratores, Philosophi à sincera religione alieni, sed etiam Sapientes ac vates Hebræi Dei cognitione affatim imbuti, mulieres passim insectantur, atque exagitat, quarundam improbitas promeretur & nequitia, quanquam non omnes eodem succo perfusæ, nec pari existunt acerbitate atque amarulentia, sunt enim matronæ quædam, quæ educationis beneficio multis magnisque naturæ dotibus exor-

nate

natæ atque insignitæ præstantissimis viris non cedant, nec sint inferiores: licet promiscua multitudo, ac gregaria mulierum colluuies, procax sit, stolida, ferox, etiam in reges imperiosa, lubrica, varia, mutabilis, & quod ad carnis illecebras, ac Cupidinis incitabula attinet, indomitæ libidinis, & quæ lassata non satietur, sic tamen vt aliæ alijs in hos affectus sint propensiores, ac magis pronę. Quum autem tam multa passim huius sexus vitia conspici soleãt, ac multi matrimonio addicti de mulierum natura & conditione quiritentur, multaque indignè perferre se ac perpeti apud alios deplorent, nõnullis occasionem præbent, vt ab hoc vitæ instituto abhorreant, atque à fœminæ societate, intimáque consuetudine se subducant potius, quàm morosam, querulam, amarulentã, atrocem, acerbam perferre cogantur, illiusq; imperio ac minis subijci. Verum quum naturæ ordo, vitæque necessitas, tum propagandæ successionis amor & propensio hominem impellat, vt posteritati consulat, vt sociam atque adiutorium asciscat, consultò faciunt qui matrimonium adeunt, quò indiuidua societate ac mutuo animorum

Esdræ 8. cap. 4.

Matrimonij incommoda.

Deus cur coniugium instituit.

co

corporumq; consensu, vitæ cursum placidè ac suauiter transigãt. Id enim exigit humanę vitę conditio, nisi prorsus natura repugnet, nec aliud suadeat corporis habit⁹ & cõstitutio. Quò spectat illa Metelli Numidici apud Romanos laudata cõcio, qua ciues (ne Respublica cõcidat) exhortatur, vt vxorem sibi quisque deligere pergat, Si enim (inquit) sine vxore vita transigi posset, non inuiti omnes ea molestia atque incommoditate liberari exoptarent: sed quoniam ita natura comparatum est, vt nec cum illis satis commodè, nec sine illis vllo modo viuere possimus, saluti perpetuæ potius, qua Reipublice incolumitas subsistit, quàm breui voluptati consulendum. Quòd si fœminæ ministerium in negotio domestico, ac rei familiaris administratione magnum vsum ac commoditatem sanis ac validis præstat: profecto valetudinarijs illius opera cum primis vtilis est & necessaria. Siquidem, Sapiente teste, vbi non est fœpes, diripitur possessio: & vbi deest mulier, ingemiscit ægrotus, qui aliena ope indiget, atque alterius fulciri debet ministerio. Fida enim vxor strenuè officio suo fungitur, illiq́ue rerum dome-

Gell. libri 1 capit. 6.

Metelli dictum de vxore ducenda.

Eccles. 36

domesticarum ac familiæ cura sedulò incumbit, tota mente & cogitatione in maritum assiduè defixa, adeo vt siquid incommodi conceperit, siqua clades illata est, si morbi vrgent, si animus mœret ac deiectus est, maximam calamitatis partem in se transferre cupiat, illius enim incommodis non secus, quàm proprijs, condolescit, atque afficitur. Quod ipsum efficit mutuus animorum corporũque consensus & conspiratio, qua ex geminato in vnum ac velut singulare corp⁹ homo coalescit, ac cõglutinatur. Hinc scitè Horatius.

Matrimonij cõmoda.

Genes. 2.

Lib. Carm. 1. ode 13.

Felices ter & amplius.
Quos irrupta tenet copula, nec malis
Diuulsus querimonijs
Suprema citius soluet amor die.

Cæterum mulieres omnibus affectionũ ac perturbationũ generibus esse obnoxias, illasq; immane incandescere atq; efferari, etiãsi leuissima causa subsit, quotidiana exempla testantur, ita vt non minor sit mulieris furor & intemperies, quã cœli atque aëris, vbi tempestatibus, fulmine, tonitruis exasperatur: quod prẹter alios sapiẽtiæ assectatores Hebræos, etiã quotidiano vsu ac vitæ cõsuetudine habuisse exploratũ, illorũ scripta abunde te-

Mulieris intemperies tempestati similis.

testantur, opinor enim domestica illos ac familiari intimáque necessitudine expertos esse & condocefactos, quid improba ac malitiosa mulier, siquando irritata sit & lacessita, moliri soleat, quas Tragœdias excitare, quàm effusè efferuescere, atque æstuare. Sic enim quidam illorum inter cætera concionem suam prosequitur, desumpta similitudine à venenatis, infestisque belluis: Summum vulnus est animi tristitia, summaq; malitia, nequitia mulieris: quoduis esto vulnus, dum ne sit vulnus animi, quęuis malitia, dum ne sit mulieris rabies & nequitia. Nullum, colubri capite nocentius, nulla ira muliebrem iram superat. Commorari leoni ac draconi magis expedit, quàm mulieri nequam atque improbæ. Quum autem mulier à viro emerserit ac producta sit, animal placidum, mite, blandum, mansuetum, molle, imberbe, cutæq; glabra ac læuore perpolita, & quod tractari à viro gestiat, illique subijci, mirari subit, vnde illi tanta ferocia, ac rixandi libido, affectusque tam enormes atque effrenati. Ego verò hæc omnia ex animi impotentia, mentisque ac iudicij imbecillitate in hoc sexu euenire conijcio: quo fit vt mu-

Eccles. 25.

Mulier quale animal

Mulieris fragilitas vnde.

vt mulier ira accẽsa sibi excidat, atq; extra potestatẽ cõstitùta, cupiditatib⁹ suis moderari nequeat, aut perturbatos animi motus minus coërcere, aut ijs ratione, mentisq; iudicio obsistere, more pueri aut infirmioris ætatis, quæ quum sit rationis ac consilij inops,

——— *Gestit paribus colludere, & iram*
Colligit, ac ponit temere, & mutatur in horas. *Horat. in Arte poët.*

Siquidem mens mulieri minus, quàm viro robusta, aut fortitudine fulta, animus prudentia tenuiter stipatus, oblata leuissima, nulliusque momenti occasione frenum rationis excutit, sic vt rabidi canis more, decori, suique oblita, indiscriminatim, nulloque delectu notos ignotosque adoriatur ac laceret. Quod siquis naturalem rationem exigat, hanc ego huius rei causam refero, quòd mulier molli sit carne, laxaque ac fluida, sic vt bilis incensa confestim se per corpus diffundat, ac sanguinis circa subitam ebullitionem excitet. Vt enim ignis leuiores stipulas citius corripit, ac sublimem flammam excitat, sed quæ cito conquiescat ac sopiatur: ita quoque mulier celeriter ira inflammatur atque ignescit, miriisque modis tumultuatur: verum fre-

Mulier quur subitò incandescat.

Simile ab ignitis rebus.

Mulier citò irata, citò placabilis.

mitus ac vociferatio in corpore minus forti atque animoso, tum etiam humido confestim mitigatur ac reprimitur, omnisque ardor & ira effusis lachrymis diluitur, ac velut infusa aqua deferuescit: quod in quibusdam etiam viris effœminatis perspicimus, quorum magnanimitas ac ferocia puerili more, in lachrymas ferè desinit, vbi aduersarius acriter se illis opponit. Quod siquis propius rei huius causam explicari velit, ac rationem magis exactam exigat, Ego nullam propiorem excogitari posse video, quàm humorum virus ac colluuiem, quá singulis mensibus ex lunæ decursu congerit atque expurgat. Vbi enim illam iritari contingit, vt leniſſime assolet, tota illa humorum sentina agitata effumat, ac per corpus diffunditur, sic vt Cor & Cerebrum huius fuligine ac fauillis affici contingat, ac spiritus tum vitales tũ animales, qui ijs partibus deseruiunt, inflammari, eoque fit vt mulieres iritatæ, iuniores præsertim (nam aniculæ effœtę, pacatiores ob menses resides) rabiosè latrent ac vociferentur, complosisque manibus indecoros gestus ac fremitus proferant, & quum ratio in ijs minus vigeat, iudi-

Mulier cur irata lachrymetur

Viri qui ciò in lachrimas proni

Furor muliebris vnde emergat

Anus minus irritãtur.

iudicium debile sit & exile, mens inualida, acrius efferantur, nec prorsus impetus animi cohibere possunt. Et quò quęque in eo sexu vilior est, eò magis tumultuatur atque efferuescit ira implacabili. Hinc plebeijs & prostitutis (nam patriciæ aliquando decoro inseruiunt, tametsi plerumque corrugatis naribus obmutescant, nec viros responso dignantur, Proncken Belgæ vocant) quoniã corpus ferè obtinent vitiosis humoribus contaminatum, summa impudentia pari malitia coniuncta est, ita vt velut furijs agitatæ, nec consilio, ratione, pudore, monitis, blandimentis, quibus etiam feræ miteſcunt, coërceri possint, quò minus fremant, atque ab insanis clamorib° desistant, adeo,

Neque ius, neque bonum, aut æquum sciunt,
Melius, peius, prosit, obsit, nihil vident,
Nisi quod libido suggerit.

Terent. Heaut. scen. 1. act. 4.

Sic sui oblitæ fidem, decus, pudorem, famã, probitatẽ, pudicitiã, existimationẽ vilem habent, ac periclitari patiuntur. Quò spectat illa de humana conditione Solomonis inuestigãtio: Reuocaui animum meum ad ea eruenda quæ ratione & iudicio atq; experimento assequi possunt, quo exploratũ haberem improbita-

Eccles. 7.

tem hominum,illorumque insaniã,furo-

Rara auis mulier bona.

rem,amentiam.Et inuenio amariorem esse ipsa morte mulierem quæ vna est instar venenatorum multorum,& cor eius simile retibus multis, & manus vinculis. Laboraui ad hanc vsque horam, vt mulierem aliquam bonam & cordatam inuenirem, nec successit, ex mille enim viris vnum tolerabilem inueni: ex mille autem fœminis nullam. Nec prorsus aliena est ab hac, illa in Prouerbijs, percontatio,Mulierem strenuam, industriam,fortem,sedulam,cordatam, quis inueniet? quasi dicat, non facilè in vlla regionis parte, in remotissimis terrarum angulis reperiri probam ac moratam fœminam, quæ si fortè se offerat, aut commonstrari possit,æquari eam preciosissimis gemmis nec vllas merces quãlibet raras ac sumptuosas huic conferri posse aut comparari. Cæterùm quoniam in hoc argumẽtum incidi,ac fœminæ conditionem excutiendam suscepi, obiter discutiendum,quid illud Sapientis designet: Melior est iniquitas viri,quàm mulier benefaciens. Cui sententiæ hunc subesse sensum interpretor, vt vir etiam ignauus, iners, somniculosus, negotiandi omnisque

Prouer. 31.

Solomonis locus explicatus.

Eccles. 42.

que mercaturæ ac rerum gerendarum rudis atque imperitus, paulò dexterius negotia sua perficiat, quàm mulier, præceps & temeraria, quæ inani sapientiæ persuasione, atque inconsiderata confidentia nihil non aggreditur, omnia quã vir, deterius perficit. Vir enim sui diffidens, cunctanter ac circumspectè, aliorum fultus adminiculo, quos in consilium asciscit, singula conficit atque exequitur, ita vt successum optatiorem consequantur, quàm si eadem à fœmina arroganti, ac sapientiæ opinione turgida, vt ferè conspici solent, tententur. Siquidem huiusmodi mulieris conatus & industria, magna ex parte in deterius deuergit, quod ita efferri solet vulgato idiomate, Het quaetste van een man is beter, dan het beste van een vrouvve, hoc est, Siquid operis muliebri industria absolutum, perfectumque sit, minus laudis promeretur, quàm viri rude & inchoatum, ob mentis scilicet & consilij inopiã, tarditatem, atque hebetudinem, ob caloris naturalis defectum, & quòd animus languidus humidæ materiæ incumbit atque immersus est; sic vt segnius se proferant facultates animæ, atque ad res

Sapientis Hebræi sententia excussa.

NB

Prouerbiũ Belgicũ in fœminas.

Cur fœmina minus ingenioſa.

gerendas sint inidoneę, parumque appositæ. Quocirca Romani quibus summa fuit ornandæ stabiliendæque Reipublicæ, cura, Matronas Cicerone teste, propter naturę infirmitatem in tutorum potestate esse voluerunt, nec vlla ciuili administratione fungi. Paulus quoque qui mentes hominum indefesso labore ad solidam fidem instruit, ac sedulò pietati informat, mulieri ob animi impotentiam, hoc est, affectum à temperantia ac moderatione auersum, in cœtu consessuque solenni silentium imperat, neç patitur vel concionandi munus obire, vel in Comitijs quæstionem mouere, aut suffragijs interesse, vllamque proferre sententiam. Quum autem tanta sit muliebris naturæ fragilitas, imbecillitasque, & imperfectio vt Plato non citra sexus huius contumeliam, ei ferè mentem adimat, ac vix hominis nomen promereri censeat, aut nominis huius honore dignetur, tamẽ Paulus, qui rerum domesticarum tranquillitati paterno affectu cõsulit, illi suum honorem exhiberi vult, nec prorsus despici, aut abiectam vilemque censeri, quum pari propemodum sit conditione ac dignitate, eiusdemque muneris, cum viro

Romanorũ lex de fœminis

Pro Murena.

Pauli de muliere præceptũ.

1. Cor. 14.

Platonis sententia de fœmina

1. Cor. 11.

ro particeps, nempe ex eo ab opifice desumpta. Ita vir imago & gloria Dei est, teste Apostolo, mulier viri gloria, non enim est vir ex muliere, sed ex viro mulier, quum non propter mulierem creatus sit vir, sed propter virum mulier. Cęterùm neque vir sine fœmina, neque fœmina sine viro in Domino, qui sic temperat ordinem vniuersi, vt mulierē subditam viro esse voluerit. Quemadmodum enim ex viro fœmina, sic vir per fœminam in generandi ratione, ac producendis liberis: ita vtrobique ostenditur societas subsidiaria, ac mutua vtriusq; opera, amor, consensus, conspiratio. Quocirca æquum esse Petrus censet, vt mulieres maritis sint obsequentes: illi vero se commodos præbeant ac faciles vxoribus, vt vasi infirmiori, leuiores errores condonent, offensiunculas remittant, ad multa conniueant ac mussent, non enim par est, vt vir plus satis in sexum fragilē, ferox sit, imperiosus, amarulentus, modò in officio persistat, nec vllam pudicitiæ iacturam sibi inferri patiatur, quę macula tametsi viro, vbi rescisit, plus indignationis, quàm dāni adferat, vt mœchi dictitāt, nunquā tamen ea labes in mu-

Genes. 2.

Ephes. 5.

Coloss. 3.

1 Petri. 3.

Adulterij muliebre indelebilis macula.

liere elui potest, aut illatum vulnus obduci, quanquam Christiana Charitas, ac maritalis amor nõ nimis rigidus esse debet, aut inexorabilis: quum penes Deũ sit recõciliatio, ac Diuinũ numẽ scelere, impietate, idololatria exasperatũ precib' ac pœnitẽtia placari soleat, atq; anteactę vitæ errores ignoscere, vbi ea animus resipiscens despicit ac detestatur cõcepto seruatoq; melioris vitæ proposito. Cęterũ magna molestiæ pars in hoc sexu ex gestationis tædio, ex lactãdi nutriendiq; molestia oboritur: non minima ex suppressa cohibitaq; mensiũ scaturigine: qui si stato fixoque tempore profluant, iracũdiæ atque acerbitatis æstus excutitur, auersa à Corde & Cerebro fuligine, tristique halitu discusso, qui sursum effumare solet. Quàm vero placidam ac blandam experiatur vxorem maritus, vbi Genialis torus identidem exornatur, ac cõcubitu amplexuq; frequenti hic fundus excolitur, ijs qui matrimonio addicti sũt, notius est, quàm vt multis verbis amplificari debeat. Quãquam autẽ verbosius, pauloque fusius Sapientis Hebræi paradoxum, hoc est, inopinatam, atq; alienã à communi sensu, vulgataque consuetudine

Mœchi adulteria ioco eludũt prouerbiali

Mulieres vnde morosæ.

Mulier quando pacatior.

Paradoxon

dine sententiam explicasse videri possim, aliam tamen interpretationem comminisci posse video, ita vt is sensus eruatur. Potior est nequitia viri, quàm proba quidem mulier, sed quæ postmodũ causa sit infamiæ, & cuius cõmercio nascatur dedecus, hoc est, præstat cum viro improbo contrahere, aut negotiari, quàm cũ muliere fucata rem habere, tametsi enim in speciem, primaqúe fronte probitatem ac decus præ se ferre videtur, nec aliquid fuci aut fraudulentiæ foris ostentare: postmodum tamen inconstantem experieris, versipellem, captiosam, lubricam, fallacẽ, fraudulentam, atque impostura intentã, ita vt si vir quispiam alicui imponat, aut in negotio quenquam defraudet, fraus & impostura viri, iustitia sit, prę mulieris nequitia ac fallacia. Similes loquendi formulæ passim in Biblijs obuiæ sunt. Sic Deus apud Ezechielem exaggerat Hierosolimæ scelera in immensum, & iustificatam Sodomam ac Samariam pronunciat ab ea: quo indicat ipsam sceleratiorẽ esse, illasque gentes superare improbitate, nequitia, nefandisq; sceleribus, ita vt Samaritani & Sodomitæ insontes videri possint, si illi comparentur. Sic in opinio-

Ecclesiast. locus explicatus.

Ezech. 16.

Ezechielis locus explicatus.

num prauitate, ac ſtabiliendo pernicioſo dogmate aut ſecta, alius alio nocẽtior ac magis pernicioſus, ita vt nonnulli hæretici, orthodoxi videri poſſint, ac ſalutarẽ ſanamque doctrinam præferre, ſi cũ alijs conferas, qui magis abſurdas, impias, blaſphemas, execrandas opiniones ſtabiliãt: quod etiam populariter efferri ſolet, Deſen is eẽ Goddelijc ende heylich man by dẽ anderen, hoc eſt, tametſi vterq; nequã eſt & improbus, tamẽ ſi ad æquitatis normam, ad iuſtitiæ amuſſim omnia exigere velis ac metiri, alter innocens ſtatui poſſet & abſoluendus, ſi cum alterius ſceleratiſſimis facinoribus conferatur. Ita etiã alius alio ſuperſtitioſior, atque à ſyncera religione, ac pietate, cultuque diuinitatis remotior, ac magis alienus,

Inter homines alius alio nequior.

Sic plerũque agitat ſtultos inſcitia veri, et
Falſum error certo de tramite pellit,
Ille ſiniſtrorſum, hic dextrorſum abit, vnus vtrique,
Error ſed varijs illudit partibus omnes.

Hor. lib. 2. ſermonum. Ignorantia veri errores parit.

Ita virum æque ac fœminam inuoluit error, nequitia, dedecus, improbitas, ſed iſtam magis deteſtabilis & execranda. Sic melior eſt iniquitas viri, quàm mulier benefaciens, hoc eſt, vt Belgæ dictitant, De duecht van een vrouvve is erger, dan eens mans boosheyt. Quo Prouerbio

Prouerb. Belgicum.

exag-

exaggerant malitiam eius sexus, vt si vitia vitijs componantur, ac fraudes, imposturas, fallacias, technas excutias, lõgè grauiora sint, ac præponderent quæ à muliere, quàm quæ à viro prodeunt.

CVR OVVM DVOBVS EXtremis verticibus, quibus oblonga atque angustiore sui parte (vt polus Arcticus & Antarcticus) subnixum fulcitur, digitis aut complicatis palmis comminui frangique nequeat, quamlibet premas. Et quur aceto acri maceratum, in tractabilem teneramque membranam molleſcat: denique idipsum aqua vitæ, hoc est, vino ardenti immersum, non secus, quàm ferrum ab aqua forti, consumatur.

Cap. XIIII.

SI ouũ in acerrimo aceto maceres quatuor aut potissimè septem dierum spatio, pro liquoris illius acrimonia, putamẽ eius seu testam in eam membranæ teneritatem attenuari experieris, vt per annulum qui humanis digitis gestari solet, adigatur. Pari ratione atque effectu ouum aquæ

Ouum in aceto liqueſcere.

aquæ vitę immersum absumi atque in nihilum redigi, experimento comprobatũ, sic vt etiã aceto perfusa silex, ac Tophus lapis, cuius opera Cemẽtarij parietes incrustant, & cisternas cõficiunt: quale Belgis Teras vocatur, liquescat atque in puluerem resoluatur. Siquidem vtrique liquori consumens, igneaque vis subest, ac penetrabilis, quę solida quæque depascit ac conterit, quo fit vt qui horum vsu affluentius vtuntur, vt etiam salis immodico & cumino macilenti efficiantur atq; arescant, prorsusque extenuẽtur, adeo vt impuberum incremẽto officiant, & quò minus in decoram longitudinem adolescãt, prohibeant. Depopulantur enim humorem natiuũ, cuius adminiculo in spectabilem decẽtemque proceritatẽ corpus assurgat. Sic humores salsi, mordaces, vrentes, nitrosi membranas in corpore, carnẽ, musculos, neruos, ossa solida, & quæ lapidosa sunt duricie, vt dẽtes & capitis ossa petrosa, erodunt, atque, vt erucæ caules atque holera, vt vermiculi ac teredines lignum, ærugo ferrum, exedunt, ac cariosa efficiunt. Cæterùm ouo crudo tam solidam infractamque inesse firmitudinem, qua parte in longum ac geminos verti-

Tophus teras gipso affinis.

Quid homines macilẽtes afficiat.

Humores praui ossa corrodunt.

Simile à vermiculis.

ces

ces se porrigit, vt ne à robustissimo quidē viro comminui possit, sicui explorare libeat, non vanum aut commentitium experietur, nisi enim in obliquum nonnihil inflectas, atque in latus inclines, non cedet prementis articulis, nec collisum durissimo obiecto frāgetur, si quidem ita renititur testacea illa firmitas, vt rumpi, aut soluta compage dissilire nequeat, etiamsi quis cōpressis manibus omne robur, omnesque vires adhibeat, lateribus enim stipatum, vndiq; se fulcit, nec intorquetur, aut inflexum lentescit. Sic sudes, ligna, trabes, ferramenta erecta, ac sublimè constituta, immensa pondera sustinent, nec incurvescunt aut inflectuntur. Quum autem huius rei nō sint ignaræ villaticæ mulieres, quæ nundinarum diebus vrbes frequentant, ac merces alimētarias oppidanis adferunt, oua in canistris non semper prona, aut in aluum depressa, in quā ferè sponte decumbunt, sed erecta ac resupina constituunt, ita vt angustior pars quæ vtrimque turbinata est, sublimis existat atque eminentior, quod ea ratione ab ijs perficitur, quò minus collidantur, ac pondus impositum perferant, quibus etiam partibus ouum salsugine aut aqua aluminosa

Ouum salsugine immersum innatat.

nosa immersum fluitat, quemadmodum etiam succinum vulgo Ambra.

LVNA MIRA NATVRAE VI singulis mensibus, secus quàm alia astra, singulas corporis partes sanas latenter & tacitè, valetudinarias manifestè nec citra doloris sensum perreptat, illisque modò duobus, modò tribus diebus inhæret. Obiter an in ea parte cui sidus incumbit, tutò vena incidi possit.

Cap. XV.

Sidera res infernas regunt.

SIdera vim suam in res terrenas effunde re, ortus & incrementa rerum, totiusq; mundi vniuersitas demonstrant, neque enim otiosa est, iners, ignaua natura rerũ, sed viuida, alacris, erecta, efficax, magnisq; viribus ab opifice cuius verbo omnia vigent ac subsistunt, instructa. Nec solum ad oblectandos pascendosque oculos (tãquam inanis pictura) exhibita nobis tam spectabilis cœli species, astrorũ decursus, ordo, cõtinuatio, series: sed vt aliquẽ ex his effectum atque vtilitatem consequamur. Siquidem Deus qui præter oblectamentum ac contemplationem tanti operis

Genes. 2. Psalm. 31.

Terrena astris obsequuntur.

ris quam ex his concipimus,ac cumulatè fruimur, ad vſum ſingularem omnia condidit:ipſaque ſtirpes,maria,amnes, flumina,metalla,gemmas,lapides,& quęcunq; vel è terra eruuntur, vel eius ſuperficiem exornant, ac varietate rerum diſtinguũt: ipſaque hominum corpora atque inſitos humores cœlo ſubiecit, ſic vt ex aſtris aliquam agitationem ac motum impulſumque percipiant,atque effectum experiantur. Nam mentes humanas à cõcretione mortali ſolutas ac liberas ſolus Dei ſpiritus, à quo decerptæ ſunt, impellit atque incitat, nec vllum ijs cum aſtris commercium aut ſocietas , niſi forte conſenſus & conſpiratio corporis, cuius miniſterio ac ſubſidio cuiuſque mens atque anima vtitur, aliquando obluctante ratione, tranſuerſa rapiatur , ac corporis voluptatibus obſequatur. Cæterùm quum Luna ſidus ſit homini familiare ac proximum, terræque citimum,prę cæteris in corpus humanum vim ſuam exerit,ac per ſingulas partes peculiari vi effectuque voluitur , non ſine acerrimo nõnunquam cruciatus ſenſu. Siquid enim latentis occultique vitij vlli membro ſubeſt,doloribus acerbè cõcutitur ac dilaceratur,vellicante illas partes

Natura rerum aſtris ſubiecta.

Mens ab aſtris libera.

Paulus Rom.ca.7.

Citimum
Vltimum
vel extremum.

tes

tes Lunæ, vi aut agitatis humoribus qui illi infixi sunt, ac tenaciter inhæresçunt. Ita omnes morbi, affectus, intemperies Lunę vi exasperantur, atque incrudescũt, vbi articulis insidet, adeo, vt vulnera ęgrè saneſcãt, aut cicatrice obducãtur, ac nonnunquam letalia efficiantur, siquando illi membro illata sunt, cui incumbit. Pari ratione caput, fauces, pulmo, pectus, hepar, lien, renes, vesica, intestina, tum neruosæ partes incommodũ percipiunt, aut in ijs intemperies ingraueſcit, subsistente in ijs viſceribus sidere. Sic pectus astrictum est & anhelosum, nerui, membranæ, musculi contrahuntur ac rigeſcunt, vbi hâc Luna decurrit. Humores enim quibus omnia membra imbuta sunt, & aluntur, quum salubres, tum insalubres & vitiosi, Lunæ motibus effectibusq; expositi sunt & subditi. Cæterũ quum Lunæ decursus magna ex parte damna ac detrimẽta corporibus infirmis ac valetudinarijs inferat, in controuersiam ac disputationẽ vocari possit: An in ea parte qua consistit ac moratur Luna, væna incidenda, nã in hac re plerią; meticulosi sunt, nec tale quiddam tentare audent, etiamsi morbus vrgeat, atque huiusmodi præsidium confestim

Vulnera ex effectu Lunæ letalia.

Singula mẽbra Lunæ motus percipiunt.

An pars in qua Luna est, ferro tentanda.

stim expoſcat. Ego verò intrepidè magnaque ſubſidij morbique propulſandi fiducia, maturè id aggrediendum iudico, acuti enim celereſque morbi nullas admittunt inducias, nullas moras, aut deliberandi ſpatia: ſed vt hoſtes in bello, vt incendium in ædibus, peſtis in vrbe, in agro ac ſegete rubigo & depopulatio, graſſantur atq; in perniciem properant. Nec quis etiam deterreri debet, aut ab incepto deſiſtere, etiamſi aduerſo aut maligno ſidere id tentari videatur. Sic in pleuritide, angina, pulmonis atque hepatis inflammatione, neglecta aſtrorum anxia obſeruatione, ac ſiderum aſpectu, maturè ad venæ ſectionem properandum etiam in ea membri parte quam Luna occupat. Vt enim ingruente tempeſtate, ac ſæuientibus ventis nauclerus etiam æſtu aduerſo, ventoque minus ſecundo celerrimè ſaluti proſpicit, ac fidã tutamque ſtationem ac portum remis veliſque conſequi tentat: vt denique Agricola vel ſementis vel meſſis tẽpore propere ac feſtinanter, pluuiæ metu, omnia perficit, matura enim ſatio ſæpe decipit, ſera ſemper: ita quoque Medicus ratione atque experientia fultus, prima qua-

Simile ab externis calamitatib.

In acutis morbis negligenda aſtra.

Simile à nautarum induſtria.

Ab Agricolarum induſtria ſimile.

que occasione atque opportunitate, quã potest expeditè, salutare remedium adhibere satagit, ac humorum redundantiam, morbiq; ferociam potius, quàm ad astra intentus. Sunt quidem obseruandi cœlestium corporum decursus, quos Deus in signa & tempora, in annos, dies & menses constituit, sed excluſa temeraria pronunciandi vanitate atque impudentia, quam Esaias ac pleriq; alij infectantur atq; impugnãt, prorsusque indignantur illos de cuiusq; fato, hoc est, re quæ cuiq; ex Dei ordinatione cõstituta est & designata, illique impendet, de hominum successu, & quid illis obuenturum sit, indubitanter atque exertè pronunciare, suamque sentẽtiam proferre. Non desunt primarij ac præcipui nominis viri, cum quibus mihi aliquãdo fuit disceptatio, qui rerum publicarum progressus & incrementa, vel etiam defectus atque interitus, religionis innouatæ vel instauratæ mysterium, & qui eius causa exoriuntur tumultus, & persequutio, quorum magna ad insontes hoc est, qui piè viuere volunt in Christo Iesu, deuoluitur, ad siderum aspectus ac reuolutiones referunt, quum propagatio Euangelij, quo per spiritum Domini fides,

Genes. 1.

NB. *Quatenus obseruanda astra.*

Cap. 47.

Hierem. 10

2. Timo. 3.

fides,& qua illi innitimur,fiducia in mentibus noſtris accenditur, ex Diuinitatis arbitrio, ac voluntate patris æterni pendeat ac profecta ſit, quæ ab omni æternitate,vt Paulus ait,apud Deũ, qui vniuerſa per Ieſum Chriſtum condidit,abſcõdita fuit, ac ſuo tempore reuelata ijs quos hæredes conſorteſque promiſſionis conſtituit per Chriſtum.Sic patefacta veritate,viſum eſt illi coruſcante Euangelij ac verbi ſui luce, nullo non tẽpore extirpatis erroribus, ſuperſtitione, idololatria, impietate conculcata, ſincerum cultum inducere, ſuiq́ue agnitionem hominum mentibus inſerere: quod ab illo conceptum decretumq́ue & ante mundum conditum, ac cœlum ſideribus illuſtratum. Quocirca deſinant qui aſtris plus nimio inhærent, nec altius aſſurgunt,aut cogitationes ſuas ad Opificem referunt, res cœleſtes,hoc eſt,mentem atque animum ſiderũ inclinationibus ſubijcere, tametſi enim ſanguis cęteriq́ue humores,ſpiritus quoq; quũ naturales,tũ vitales aſtrorũ vires influxuſq; manifeſtò percipiãt, mens tamen atq; anima ab archetypo Diuinitatis deprompta,nec ſiderum vi impellitur, nec vlla ab ijs vel incommoda vel com-

Ephes.3.

Religio nõ aſtris ſed Dei ſpiritu ſubiecta.

Mẽs Aſtrologis in Deum erigenda.

Humores ſideribus expoſiti.

moda percipit: nisi fortè consensu quodam, cum corpore affici statuas. Mens siquidem in homine, ratio, intelligentia, voluntas, fidei cognitio, & qua Deo innitimur fiducia, religionis amor, & veneratio qua summus Dei cultus subsistit ac continetur, ab æterna illa mente atque immutabili emergit ac promanat, nec humanus animus vi alia, quàm afflatu numinis ac diuini spiritus instinctu ad optima quæque ac salutaria incitatur. Sic quum cæteræ animantes naturæ impetu ferantur, solus homo ratione ducitur & consilio, modò intra conditionis suæ limites consistat, nec prorsus à dignitate & præstantia, qua à Deo excultus est, degeneret.

Mens humana ab astris aliena.

Mēs hominis à Dei, spiritu, non ab astris impellitur.

CONSILIVM QVO IVVENIBUS gratificari soleo, vt maturè pubescant, Venustaque lanugine mentum decoretur: Obiter graminum fruticumque cum crinibus ac capillis non inscita comparatio.

Caput

Caput XVI.

PVellæ nubiles quę primo quoque tempore maritis destinari cupiunt, hoc potissimum habent in votis, vt in decentem venustamque proceritatem adolescant, ac iam maturæ aptæque matrimonio censeri possint, atque à procis ambiri. Iuuenes verò hoc exoptant, vt aliquid virilis roboris consequantur, ac maturè pubescant, mentumque speciosa barba decoretur. Hoc enim persuasum habent præter Belgas, cæteræ nationes, glabros atque imberbes minus virilis roboris obtinere in præstanda Venere ac procreandis liberis, ita vt plerique grauatè suas filias ijs elocari sustineant: tametsi aliquando secus res habeat, atque imberbes quique nulla lanugine criniti existūt, in congressu maritali viros præstent, licet frequentius caloris naturalis inopia illis vires langueant, ac facultates naturales flaccescant, speratæque prolis desiderio frustrentur. Cæterùm qui barbatuli videri affectant, alendæque barbæ studiosi sunt, sæpius illam segetem sibi adimi patiantur, quò laxatis spiramen-

Puellæ venustæ, iuuenes viriles videri exoptant.

Imberbes minus viriles censentur.

Barba vt adolescat sæpius radenda.

tis, atq; agitatione crebra excitato calore qui calorẽ elicit, affluentius pili erumpant: quod vernis potissimum mensibus tentari debet, quo anni tempore calor & humor in corpore augescit, atque in illas partes diffunditur. Vbi enim sæpius barbam resecari contingit, vt gramina, densius frutificantur pili ac cæsaries, habent enim crines rationem cum gramine ac virgultis, quæ crebrius detonsa ac demessa, celerius succrescunt, ac se proferunt vberius. Quocirca iuuenculis qui nullo sunt barbæ apparatu, nec virili specie, nouaculam cultrumque tonsorium identidem admouendum suadeo. Siquidem si mentum ac supremum labrum subinde aqua ægelida madescat, atque elixetur, excitato calore & humore qui in eas partes confluit, crinita efficiuntur ac pilosa. Cæterùm quò glabri ac depiles, hirsuti efficiantur, atque eleganti comptaque barba nitescant, remedium aliâs à me descriptum in libro de Corporis habitu, quo iuuentus maturius venusta lanugine cohonestari queat, ac supremum infimumque labrum silvescere, quò socero non displiceat gener, cui filia destinanda, quæ nonnun-

Capillorũ ac graminum comparatio.

Li. 1. ca. 7.

quam

quam non minus appetens est, auidaque sponsi, quàm sponsus illius, plerumque in rem voluptariam, quàm in dotem intensior. Inter ea quæ barbam emoliuntur, ac passim obuia sunt, minimeque operosa, vel statuo butyrum salis expers, succum cœpe rubicundi, radicem arundinis internodijs distinctam, colore candido, sapore mellito, axungiam melis vulgo taxi, vel Das, vrsi, leonis, radicem, brioniæ, betæ, raphani, lepidij, liliorum alborum, iridis: ex linimentum confici potest, nam mentum eo delibutum primum teneram lanuginem profert, postmodum densam promissamque barbam, quæ ne præmaturè canescat, aqua frigida potius cui momentum vini admixtum sit, irrigari debet, siquando adornari illam contingat, nam calida aut ægelida, hoc est, quæ tepescit, & rugosam faciem efficit, & præproperè caniciem accelerat, sic iuuenibus aqua calida barbam confestim elicit: proiectioribus verò incanam reddit. Cæterùm eunuchis vel natura, vel quibus testes execti sunt, omnia frustra tentantur in emolienda barba, ob caloris

Barbam quæ præstant.

Aqua calida canam barbam & faciē rugosam efficit.

Eunuchi cur imberbes.

inopiam, qui humores excitare nequeat. Quò fit vt voce exili existant & fœminea, tum corpore glabro, licet antea criniti essent.

QVATENVS, AVT QVA ratione Medicina conseruatrix in peste atque aëris contagione adhiberi debeat, tum quæ hac vi affectuque polleant.

Caput XVII.

OBseruaui in Gallia Belgica, grassante peste, ac sæuientibus morbis alijs popularibus, complures diu inuictos substitisse, atque illæsos aduersus ingruentis mali contagia, quorundam antidotorum vsu ac consuetudine: cuius generis sunt Theriaca andromachi, Galeno miris encomijs celebrata, Mitridaticum, scordium, Zeduaria, angelica, laserpitium, cui affine ostrucium herba imperatoria, vulgo Meyster vvortel aut magistrantia. Verum vbi illos peste corripi contingeret, nulla remedia tam efficacia excogitari potuerunt quæ morbum

Quæ pesti obsistunt.

bum discuterent, quamlibet enim præsentanea antidota adhiberentur omnia frustra tentata sunt, nec successit curatio. Siquidem quum valida esset ac furiosa veneni vis, quæ munitum vallatumque antidotis corpus inuasit, illisque præsidijs in tuenda valetudine nihil effectum sit, nulla erat aut perexigua in reliquis medicamentis spes sic vt re propemodum conclamata,

Præseruatiua cautè adhibēda.

Vna salus victis nullam sperare salutem.

Virg. li. 2. Aeneid.

Quocirca vbi me ad illos acciri contingat, exquisitissima remedia eaque duplicato pondere exhiberi curo, vt iuxta Prouerbium, Malo nodo malus adhibeatur cuneus, ac primum roborato corde, omne virus ad extimas corporis partes elicio, nulla tentata in eiusmodi affectibus (nisi aliter expedire visum sit, & res exigat) venæ sectione, ne contagio, vt in fumanti igne agitato assolet, latius se diffundat, maiorq; in corpore ad præcipuas partes, ad quas omnes venarum atque arteriarum riui producuntur, veneni fumus atque exhalatio se proferat. Quamobrem quum imperita vulgi multitudo, etiam plerique patricij nullo delectu ac discrimine omnium consilia ad-

Aliquādo in peste nō incidendā venam.

Non omnium cõsilia in re medica admittenda.

mittant etiam cerdonis ac proletarij, magno valetudinis detrimento, hoc cuique persuasum esse cupio, vbi regionem inuasit morbus pestiferus, vel ex aëris contagione, qui omnes indiscriminatim, quum nobiles tum plebeios corripit,

Pestis ex aëre omnibus communis

vel alimenti vitio, aut commeatus inopia, qui populares vexat, ne quiuis temerè ijs antidotis assuescat, quibus vti solent, atque in corpus admittere peste contaminati, ne desint postmodũ remedia, quibus illa expugnari ac cõfici: possint sed victus tẽperãtia, & frugalitate se datisque affectibus se muniat ac tueatur.

Pestis ex prauo cibo plebi peculiaris.

Socratis temperantia.

Hac enim ratione substitisse legimus Socratem in sæuissima pestilentia, ac vastitate, quæ totam Græciam atque Asiam exhausit ac depopulata est, ea vsus moderatione vitæ, vt à tanta clade liber perstiterit & immunis. Interim non improbo (quod ipsum crebrò factitare soleo) lenioribus remedijs imminenti malo obsistere, ac ne vllam contagionem concipiat, corpus obdurare ac præmunire, ita vt nemo extra limen prodeat, atq; aëri se committat impastus aut ieiunus, modò intemperantia atque ingluuies excludatur, rebus autem odoratis ac re-

Sani vt cõtra pestem subsistant.

dolen-

dolentibus,aqua rosacea,vino, aceto floribus sambuci ac rubentibus rosis medicatis,os,nares,oculos, aures, manus, faciem perfundere , atque irrigare salubre est: fauces fouere attrito Coriandro , cinamomo,Zeduaria,gariophilis,mali Medici cortice . Hæc enim ambientis aëris contagia dispellunt, quæ vltro citroque reciprocante anhelitu Cor ac vitalis spiritus inficiunt. Ego verò quum grassante peste,nusquam non intrepidè, succurrẽdæ plebis ac ciuium studio , me conferrem, illis præsidijs , ac potissimè Mali citrei , aut eius quod citranguli aut limonis nomine passim innotescit,attrito dẽtibus succulento putamine recens dissecto,me munire soleo,ac coniecta in Deum Opt.Max. fiducia, pestiferos halitus discutere , nihil enim huius pomi cortice,succo,semine magis efficax, ac præsentaneum . quod Virgilius etiam non subticuit;

Præseruatiua in peste.

Antoris Præseruatio a peste

2.Georg:

Mali Medici aut Citrei vires.

Media fert tristes succos,tardumque saporem,
Felicis mali,qui non præstantius vllum,
Pocula si quando sæuæ infecere nouercæ,
Auxilium dabit,& membris agit atra venena,
Flos apprima tenax:animas & olentia Medi
Ora fouent illo,at senibus medicantur anhelis.

Fortissima autem illa antidota expugnãdæ pesti,cõficiendisq; venenis dedicata, par-

parcissimè deglutire soleo. Corporis siquidem habitum, eiusque qualitatē quæ in calidi, frigidi, humidi, sicci mistura cō sistit, immutant, ac destruunt, & siqua subest corpori humorum rēdundantia (nisi prius exhibita purgatione) illam vndique diffusam inflāmant, atque accensa bili febres vrentes excitant.

CVI REI ASSIGNANDA tanta in numerosissima hominū multitudine, formę dissimilitudo, ac tā multiformis diuersaque in facie, vultu, oculis species, ita vt nonnunquā ne vterini quidem partus conformes sint, ac sibi assimulentur.

Caput XVIII.

Dissimilitudo hominum cui asscribēda.

VT in natura rerum mira ac spectabilis varietas: ita quoque in specie formaque humana, colore, vultu, oculis, lineamentis, oris habitu & constitutione innumerabilis mirādaque dissimilitudo ac dispar conditio. Hanc quum nonnulli ad siderum influxum referāt, ego aptius, magisque appositè ad seminis naturam ac matris imaginationem referendam cen-

censeo. Siquidem quum mulier in ipso conceptu totoque gestationis tempore, ac nouem mensium decursu multa animo concipiat, ac singulo momento in diuersas cogitationes rapiatur, oculis quoque in obuia quæque continenter defixis, fit vt quæ in oculos influunt ac cogitationi infixius inhærent, in fœtum deuoluantur. Quum enim natura muliebris solicitè formationi fœt° insistat, nec aliud quàm decentem formam atq; effigiem meditetur, omnesque vires eò conferat, siqua species aut simulachrum oculis influat, aut mente concipiatur, in pullulantem embrionem deriuatur ac confluit. Interim matres iam recens in lucē edito infanti operam sedulò impendūt, quò corpus concinnum, elegans, venustum, lepidum, speciosum, membris articulisque distinctum consequatur. Nam puerile corpus vt cera & argilla sequax est ac tractabile, omnemque in partē flecti potest. Itaque si os distortum est, atq; indecorè constitutum: fingunt, conformant, restituunt, vultum componunt, faciem (si ea terrica sit & torua) blandam perficiunt, speciosam, amabilem: oculis decoram venustatem conciliant, atque

Imaginatio mulieris multa molitur.

Vitia natura corrigi possunt.

ex

ex glaucis seu cæsijs: quos ferè impuberes obtinent humiditatis ratione, nigros efficiunt copioso lactis vsu, ac potissimè si nutrix calidæ naturæ existat, ipseque infans in loco opaco ac subobscuro contineatur, nam luminosum conclaue, ac sole vel luculento igni illustratum, tenellis oculis officit: luscosos verò, pætos, strabos, atque in obliquũ obtortos oculorum orbes in suam sedem reuocant inclinata in oppositam aduersamq; partem oculorum acie, ita vt musculi obtutu contrario in naturalem sitũ reducantur, retortique resiliant: nares resimas ac collapsas contractatione placida ac molli erigunt atque instaurant: Aquilinas verò ac rostratas premendo ad decentem figuram reducũt, ita vt nasi perpendiculum à fronte ac supercilijs ad supremi labri lacunam, tanquam gnomon & recta linea vt solarijs aut horologijs assolet, nec extrorsum nec introrsum defixa, porrigatur. Similiter si labra tumida sint & obesa, quod Aethiopum generi familiare, vt nasus simus ac depressus, arte ea tractant, atque idẽtidem premunt, quò attenuentur ac subsidant: pari ratione mentum vel propen-

Vt oculorũ orbi nigre-scant.

Nasi forma quæ decora.

sum

sum vel contractum, frontem, caput, genas, supercilia deformata, in decorā speciem confingunt, atque artifici habilitate decenter conformant, ita siqua parte claudicat natura, atque ab optima absolutaque formatione alienata est, vt sunt nonnulli obtorto collo, varis repandisque atque incuruis cruribus, aut gibbo deformati, huiusmodi errores in ætate tenera facilè corriguntur, ac mēbra oblique torta, luxata, suisque sedibus mota, cura atq; industria hominum instaurantur. Sic efficit nutricum sedula sollicitaq; cura, vt infantes speciosè adolescant, nec vllis membrorum vitijs reddātur obnoxij, pleriq; verò matrum incuria ac supina negligentia non solū in deformem ac despicatā specie degenerāt, sed gibbosi, claudi, lusci, torui, aspectuq; inamabili efficiūtur, atq; ab humani corporis dignitate ac præstātia desciscūt. Nōnullæ nutrices plus satis sedulæ atq; officiosæ impuberū ijs partib⁹ quæ micturientib⁹ ac reddēdo lotio inseruiūt, quæq; aliquādo propagādis liberis futuræ sunt vsui, aliquā etiam operā impendūt, quò maturè pubescāt, nec à spe prolis excidāt, & matrimonio addicti pudore suffundantur, si minus

Vnde corporis deformitas.

minus strenuè officio maritali perfungi contingat, quum obseruent acerbas cõtentiones atque intemperies hac de causa inter affines exoriri, ita vt subinde genero diuortium minitentur, nisi se virũ præbeat, ac melius nuptæ gratificetur: quanquam hoc molle & effœminatum nutricum officium improbare soleo, quũ impuberes hac vellicandæ mentulæ ratione intempestiuè ac præter ætatis rationem, quum nondum virili robore polleant, in Venerem incitentur, eaque præsidia consumant, eos humores ac vitales spiritus profundant, quibus postea validos vegetosque liberos possent procreare: quum intempestiua Venere vel nullos vel flaccidos proferant, minusq; vitales. Quocirca cõsultum arbitror ne præmaturè ex se natos coniugio alligari patiantur, nisi vires robustæ sint & confirmatæ, vllumq; in matrimonij societate insultum perferre possint, quod ipsum ætati teneræ denegatum est, siquidem prima quaque impressione labascunt, atque euirantur, præstat enim vt sponte sua, ipsoque naturæ impulsu abditæ partes turgescant, quàm aliqua illecebra incitatæ.

Nutrices notantur.

Præmaturæ Veneris incõmoda.

MVLTA

MVLTA ANIMANTIVM piscium, alitum, insectorum genera absque semine progenerari, vt etiã herbas: multaque animalia atq; auiculas insolita ratione ac modo absque mutua màsculi opera concipere.

Caput XIX.

MVlta emergere ac propagari in natura rerum sponte, nulloq; alterius cõplexu aut fœtura, ex sordibus ac putredine, vt glires, sorices, cocleas, limaces, erucas, bruchos, vespas, crabones, cimices, ranas, blattas, bufones, anguillas, in corporibus humanis vermes, licet intus semine scateant, quo postmodum numerosa sobole se propagant, quotidiana exempla commonstrant. Inter herbas quoque multæ ex limosa terræ pinguetudine atque vligine progerminant, nullo sparso semine, aut commissis solo, subactaque plantarijs: vt sunt Zizania, loliũ, vrtica, oleaster, alga & quæ iniussa sponteque virescunt gramina. Ita sunt apud Belgas Corniculæ quas monedulas vocant petreas, quòd in præruptis saxis atque excauatis petris, non in arboribus

Multa ex sordibus enata.

Quæ corniculæ ore cõcipiant.

nidulentur, vulgo Steen cauvvē, quæ se non ineunt cæterarum alitū more, quod passim in gallis multisque alijs auibus obseruamus, quæ in dorsum insilientes, compressoque fœmellæ corpore Venerem perficiunt: sed inconniuentibus fixisque oculis sese obtuentur, ita vt fœmina ex maris oculis, obtutu continuo lachrymas ac rosidas guttas eliciat, quas absorbet, atque ex ijs, vt existimant nonnulli, concipiunt. An vero ore concipiāt ac pariāt, vt apud nos Sepia, Squilla, Loligo, Locusta, Polypus & Galeus piscis plebeius, vulgo Haye, cute scabra, qui ore fœtū etiam in foro piscario euomit, non ausim certo statuere. De Galeo verò pisce nihil exploratius, nec magis cōpertum ore illum fœtū effundere. Quū enim nuper rusticus quidam aliquot Galeos vili precio emptos, humeris gestaret, spectantibus ciuibus ac popularibus, erepserūt ex hiāte ore aliquot pisciculi, ita vt rusticus à plebe irrisus, ac fastidio affectus erga pisces, illos in sterquiliniū abijceret. Est autem Galeus alterius differentiæ, læuore perpolitus, cuteque molli nec scabrosa, qui circa vmbilicum dehiscente ruptoq; aluo fœtum excutit,

Galeus piscis ore parit, & qui alij.

ita vt longo amento maternis viſceribus adhæreſcat. Audiui enarrātes piſcatores fide dignos vidiſſe ſe recens è mari exēptos ſubductoſque Galeos dilatatis faucibus, oriſq; hiatu ſenos ſeptenoſque piſciculos eieciſſe mirè agiles, ita vt confeſtim in mare coniecti ſe natatu exercerent: quemadmodum videmus pullos teſta exemptos ſcalpturire ac roſtro quęque impetere. De Cornicularū verò conceptu, qui ore, vt fertur, perficitur, nō auſim indubitanter quiddam pronunciare, quum illæ columbarum naturam mihi exprimere videantur, quæ roſtro ſubinde ſe baſiant, ac quodammodo oſcula figunt, vt proci amaſijs aut nouis nuptis. Vnde in illos qui ſatis inter ſe iuuenantur ac laſciuiunt, atque identidem in oſcula atque amplexus proruunt, Columbare prouerbium iactari ſolet, ac Colūbatim ſe inire atque amplecti, Quod Belgicè Duuebecken à Columbarum geſtu, dici ſolet, ita vt ineunte vere illa ſint Veneris præludia ac velut proœmia. Non deſunt Plutarcho teſte, qui mures citra virilem operam concipere, ac grauidos effici aſſerant, ſi crebro ſalem linguant. Virgilius quoque huic rei quiddam nō

Columbare columbatim prouerbium

abſimile memorat de equarum conceptu,

Georg. 3.

Scilicet ante omnes furor eſt inſignis equarum.
Continuoque auidis vbi ſubdita flamma medullis,
Vere magis (quia vere calor redit oſſibus) illæ
Ore omnes verſæ in Zephyrum ſtant rupibus altis,
Exceptantque leues auras, & ſæpe ſine vllis
Coniugijs vento grauidæ, mirabile dictu,
Diffugiunt.

Simile è famelicis.

Non diſſimile quiddam equino generi euenit, quod nonnullis famelicis qui nidore culinæ ſaturantut, atque alimentorum penuria odoribus reficiuntur, aut puellæ nubili, cui quum amaſio frui negatum eſt, illum tacitè fouet gremio, illũ animo menteque etiam abſentem concipit, ita vt ex crebra imaginatione maſſam quandam informem concipiat, conglobatis collectiſq; in ijs partibus humoribus qui conceptui inſeruiunt, quæ informis concretio imaginaria Venere perficitur, nullo conceptu, viriq; opera.

NB.

Imaginaria venus quid in vtero moliatur.

MANVS VEL ALIAE CORporis partes frigore geluq; aut pruinis obſtupeſcentes ac rigidæ, vt reſoluantur, ac calore rurſus imbutæ reuiuiſcant.

Cap.

Cap. XX.

COntingit aliquando cœlo aſpero atque inclementi, flanteque hibernis menſibus Aquilone, aut vento alio rigido quo omnia paſsim concreta conſpiciuntur ac conglaciata, hominibus etiã manus, parteſque alias corporis intolerando cruciatu obrigeſcere ac ſtupore affici, ita vt emortuę decidant, vel ſectione adimi debeant, atque vt areſcentes rami, detrũcari, ne pars ſana inficiatur. Vbi autem tale quiddã inciderit, vt ijs aſſolet qui per loca gelida ac pruinoſa iter faciunt, aut illiſa naue, tabulatis inſident, ac fluctibus hinc inde iactantur, non confeſtim ſic affecti igni admouẽdi, ſed paulò remotius ab hoc collocandi, ne dolor repentino atque immodico calore exaſperetur atque incrudeſcat. Interim affectæ partes placida mitiq; frictione demulcẽdæ defricantis manu oleo Chamemellino, aut anethimo vel amigdalino perfuſa, mox aqua egelida fouẽdę, aut lacte bubalo tepenti ac recens mulcto, cui incocta ſunt lauri folia viridia quę oleoſa ſũt, roſmarinus, ſaluia, ſtæchas, ſpica Celtica vel lauendula, quo reuocari ſanguis poſſit, ac partes emortuę reuiuiſcere. Omnia

Frigore obrigeſcunt corpora.

Frigus inimicum neruis & ossibus.

autem hæc sensim perfici debent, ne dolorē iritari cōtingat Nemo autē opinor nō aliquādo in se expertus est, quā acerbo dolore articuli neruorū ratione, qui exquisitissimo sensu pollent, afficiantur, vbi intēsiore ac penetrabili frigore rigescunt, vel extincto, vel refugiente ad intimas partes sanguine, ita vt primo frigoris occursu rubescant manus, mox frigescente sanguine liuescant, atque emoriātur, vitali spiritu ac sanguine destitutæ. Quocirca molli agitatione vellicādi articuli, atque admouendū liquamē in quo decocta quadrupedū intestina, pedes, farcimina, omasa: quod in omnibus vtrib⁹ passim obuium est ac parabile: in quo liquamine, vt etiā lacte bubulo elixari possunt herbæ paulò ante memoratæ, quò postliminio calore viuifico mēbra imbui queant, atq; instaurari, fouent enim mēbra huiusmodi fomēta ac roborant, doloresq; mitigant, vt etiā thermæ, hypocausta, aquæ dulcis balnea: partes quoq; sic affectæ, modò ne prorsus frigore rigescant, ac nonnullus sanguis subsit, aqua gelidā immersæ, eaq; subinde irrigatę, in pristinū vigorem restituuntur, ac sensim incalescere incipiunt: per antipariſtasim enim

Membris frigore oppressis quæ auxiliētur

Nix & aqua gelida calorē excitant.

enim seu contrariũ expulso frigore calore inducitur: quod ipsum experiri quisq; potest, cõtractata niue aut glacie, confestim enim manus feruescunt ac rubore suffunduntur. Sic poma congelata, in aquã frigidã demersa ad naturã suã redeunt, totaq; illa conglaciata concretio liquescit ac resoluitur. Ita glacies in puteũ demissa, euestigio liquescit ac diffunditur. Sunt enim aquæ puteales hibernis mensibus calore quodam imbutæ, vt penuaria ac subterranea specus: æstiuis verò mensibus intensissima frigiditate. Cæterũ quò ab internis etiã partibus ad externas calor ac vitalis sanguis propellatur, intus exhibendæ sorbitiones ex vino ac calorificis rebus confectæ, quibus natiuus calor, vt ignis sopitus, exuscitari posset: propinandũ quoq; ex vino lectissimæ theriacæ momentum: foris corpori applicandæ lagenæ stanneæ aut fictiles aqua calida oppletæ, in qua herbæ incoctæ sint quæ sudorẽ eliciunt, ac corporis spiramenta relaxant, vt sunt feniculus, apiũ palustre, liguslicũ, olusatrũ, & smirnium, lauri folia, melissa, angelica, ruta, origanum, satureia, &c. quod ipsum etiã in peste factitare soleo: quo à Corde om

Putei este frigidi, hieme calidi.

Lagena corpori applicata sudorem eliciunt.

Sudor in peste quomodo eliciendus.

ne virus & contagio discutiatur. Quod siquis à naufragio in littus eiectus, prẽter membra artusq; frigore rigentes, aquam etiam marinam affatim hauserit, quę vrinam affluenter prouocant illi exhibẽda, & ne salsugo internas partes exhulceret, potiunculam confici iubeo ex ordeo, ficubus, vuis passis, semine anisi, fœniculi, eiusq; radice, ac rubenti cicere, addito radicis glycyrrhizę momento, hæc enim marinæ aquæ ardorem atque acrimoniã retundit, parteſque exhulceratas lenit ac mitigat. Quòd vero ad cibi rationem attinet; omnia salsa, acida, acerba, acria euitentur: Aqua mellis, lactis bubuli potus cum modico Zaccari ne coaguletur, prẽclarè ijs auxiliatur. Ptisana & quicquid ex ordeo conficiturvel in sorbitionis, vel pulmentarij aut cremoris modũ, mirificè confert. Quod si cutis foris (vt assolet) ex vrenti salsugine erodatur, linimenta ex recenti butyro, adipe suillo non salito, axungia, anatis, anseris, gallinæ, vnguento rosaceo, atque è populo nigra, vulgo popelier, admouenda.

Naufragi qua ratione instaurandi.

Potio salutaris qui marinam hauserint.

Veratæ cuti ex aqua salsa linimentũ.

VNDE

VNDE EXORIANTVR ATque emergant in homine Conſcientiæ ſtimuli: & an, vt affectus & animi perturbationes, humoribus aſſcribendi: an in animo menteque ac voluntate conſiſtant.

Caput XXI.

CONſcientia, hoc eſt, bonorum malorumque in cuiuſque mente teſtificatio, quæ recordatione quadam actorũ, rectè facta approbat, vitioſa aç nequiter tranſacta arguit ac deteſtatur, omnibus à Deo inſita eſt. Ita pura atque integra mẽs nullius ſibi criminis conſcia ex bene actę vitæ recordatione emergit: perturbata autẽ, tumultuoſa, pauida, inquieta ex ſceleratæ vitæ conſuetudine oritur, ſeſeq; vel inuitus profert, ſic vt nonnullos in deſperationem ac diffidẽtiã impellat, vt Cain, Saulem Regem, Iudam: alios in ſpem ac fiduciam conſequendæ ſalutis erigat, vt Dauidem, Petrum, Magdalenam. Homo itaque angore quodam mentis atque animi cruciatu afficitur, ſiquando Conſcientia patrati ſceleris memoriam animo obijcit, vindictæque metu terret ac concutit,

Conſciẽtiæ quid.

Cõſcientiæ vis.

quibus ſtimulis mens nonnunquam in Deum erecta, vt in filio prodigo cõtigit, reſipiſcit, ac diſcuſſa trepidatione, trãquillitatem cõſequitur, ſic vt mens rurſus exhilareſcat atque erigatur, ac diffuſo per corpus ſanguine, erectiſq; ſpiritibus qui paulò ante ſopiti erant, color efflореſcat, qui caleſcente corpore, contractoq; mœrore animo, extinctus erat atq; exanguis. Quum enim ſe proferant vitia affectuſq; animi in vultu ac corporis habitu, ſiquando aliquid latentis occultiq́ue facinoris in mente reſidet, huiuſmodi ferè homines oblata vel leuiſſima occaſione expalleſcunt, tumultuantur, æſtuant, contremiſcunt, ſuſpirioſi ſunt, gemebundi, taciturni, ſuſpitioſi, exanimes, varijſq́ue cogitationibus diſtrahuntur, quod, vt Dauid ait, peccatum iugiter animo obuerſetur, ita vt non pro voto aut animi ſententia excuti poſſit aut obliterari admiſſi criminis recordatio, ſed ſubinde recrudeſcat, ac redintegretur: quò ſpectat illa Dauidis precatio quum in tali affectu eſſet cõſtitutus, atque huiuſmodi fluctibus æſtuq́ue iactaretur: Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, ac ſpiritu principali cõfirma me: Tum illa cum animo ſuo expoſtulatio vel po-

Timor quãdo ſalutis ac reſipiſcentiæ cauſa.

Pſalm. 50.

potius deploratio, Quare triſtis es anima mea, & quare cõturbas me? ſpera in Deo, quoniam adhuc cõfitebor illi, Rurſus parta animi tranquillitate, diſcuſſoque mœrore, Introito anima mea in requiem tuã, etenim Dominus benefecit tibi. Dediſti lætitiam in corde. Ita ſi omnia nobis aliter peracta ſint, quàm æquitas exigit, ac praua voluntas, ipſaque in malum inclinatio aliò, quàm intellectus cõcipit, mẽs dictat, ſuadet ratio, impellitur, poſtmodũ excruciat animum hominis malè actorũ recordatio. Quũ alij ſepti ac muniti conſciẽtię fiducia, ac mẽtis ſecurę teſtimonio fulti, nihil metuant aut exhorreſcant, nec ingruentibus etiam calamitatibus, peſte, bello, fame, rerumque penuria, perſequutione, tyrannorum ſęuitia deijciantur aut labaſcant, tametſi enim ea ſit humanę naturæ fragilitas, vt nemo nõ inopinato inſultu concutiatur, cuius rei Chriſtus ſpecimen edidit, iamiam immolandus: vir tamen integer & qui propugnatore Deo nititur, impauidè atque intrepidè aduerſus imminentes tempeſtates ſubſiſtit, illoque munimento ac præſidio ſe fulcit ac tuetur. Sic Dauid anguſtijs vndique circumſeptus, inuictum infractumque animi robur

Pſal. 41.

Pſal. 4.

Cõſcientiæ fiducia quid efficiat.

Matth. 26.

robur periculis opponit. Spiritu siquidē potenti fultus ac vallatus, confidentius loquitur, Etiamsi consistant aduersus me castra, non timebit cor meum etiamsi exurgat aduersus me prælium, in hoc ego sperabo. Similiter Iob, Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo. Impij verò, scelerati, sontes, nefarij, facinorosi tametsi septi sint ac stipati magna cliētēla, muniti opibus, aucti latifundijs atque ampliſſima agrorū possessione, rerumque omnium affluētia fruantur, carnificinam tamen animi percipiunt, omnia metuunt atq; exhorrescūt, ipsaque mens conscientia scelerum tanquam gladio, vt Sapiens ait, pungitur. Quum enim subit animū maleficij recordatio, confestim tanquam furijs agitati, contremiscunt, pallescūt, circumspectāt, omniaque vel tuta timent. Est enim cuiq; natura insitus delectus rerum, iudicium, boni malique discrimen, impressaq; Dei notitia, quam Paulus appellat legem, seu instinctum ductumque naturæ, qua ferimur ad honesta, auersamur turpia, attestāte, vt is ait, cuiusque conscientia, & cogitationibus inter se accusantibus aut etiā excusantibus. Magna itaque in omni vitę actione vis & effectus conscientiæ, sic vt homo

Psal. 26.

Cap. 13.

Prou. 12.

Lex naturæ quid.

Rom. 2.

homo quamlibet atrocia illi impingantur, constantiam tueatur, semperque in proposito susceptoque consilio persistat, nihil metuat, non contremiscat, aut vllis minis cõcutiatur, si nihil commiserit, qui vero aliquo crimine contaminatur, aut labem aliquam in mente conceperit, pœnã continenter ante oculos versari imaginatur, paratumque interitum. Timor enim, quo & sanguis se recondit, ac spiritus cõsopiuntur ex peccatorũ conscientia exortus, homini mentem eripit, ac vultum totiusque corporis speciẽ immutat: ita etiã in medijs delicijs, in tripudijs, in symposijs, in amplexu coniugis carnificinam ac morsus animi experiuntur: quum vitę integritas omnia pacata efficiat, tranquilla, placida, quieta, minimeque turbulenta aut tumultuosa. Quod vnum argumento esse potest, mentem hominis à Deo profluxisse, illius vi incitari, illius spiritu & afflatu impelli, denique supersesse à morte animam, quæ reuolutis annis, vbi supremo Iudici cum hominibus disceptare visum erit, corpus postliminio est amplexura. Mane autem atque antelucano magis elucet ac se profert Conscientiæ vis ac stimulus, dissipatis fumis ac discusso fuligi-

Conscientia speciem corporis immutat.

Argumentũ validũ immortalitatis.

Cõscientia quo diei tempore se profert.

noso

NB. Propter Turcam Saxonis Mauritium.

noso vapore, quo mẽs ex hesternis ac pridianis vel actionibus vel epulis, symposijs, cruditate, crapula, ingluuie, alea fuit oppressa, ita vt eo potissimũ tempore subeant animo anteactæ cogitationes, eaq; in mentem recurrant quæ detestari solet vel improbare. Sic Propheta, Mane exaudies vocem meam. Mane adstabo tibi & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. Mane, mane eriget mihi aurem Dominus. De mane vigilabo ad te. Iustus tradet animam suam, vt vigilet ad Deum qui fecit illũ. Deus Deus meus ad te de luce vigilo. Ita euigilatis, ieiunis, impransis, abstemijs magis se ingerunt cõsciæ mentis affectus, ac Deus diluculo aurem homini vellicat. Quis enim vino obrutis, crapula, ingluuie, ebrietate oppressis cultus adferri possit, aut salutaris vel admonitio vel afflatus adhiberi? Ita noui pleroſque, quibus quum idẽtidem suboriri soleat ac repullulascere rei malè actæ recordatio, vino affatim se obruisse, ne obreperet animo, ac tacitè se insinuaret facinorum memoria: quãquam postridie malum recrudesceret, ac mentem ob cruditatem sæuius infestaret. Simile enim quiddam ijs euenit, quod morbo infectis qui

Cur mane se profert Conscientia.

Psalm. 5.

Esaiæ. 50.

Esaiæ. 26.

Eccles. 39.

Psal. 62.

Simile ab egrotis.

qui non detegunt, sed celant hulcera ac tumores quibus scatent, quo fit vt acerbius intus dilaniari illos contingat, ad quod exemplum alluſit Dauid, quum inquit: Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea dum clamarem tota die: ita peccatum, terror animæ, mentis inquietudo, Conſcientiæ anguſtia confeſſionem ſceleris extorſit, & tamen non induci potui, vt commiſſum ſcelus confiterer, ac pœnitentia id expiarem. Cæterùm multũ momenti adferunt in permouenda mente, in excitandis ſopiendiſque conſcientię motibus vitæ inſtitutio, corporis habitus, inſiti humores. Sic nautæ, milites, baiuli, caupones, trapezitę, vſurarij, lenones, pleriſque negotiatores ſeu minuti mercatores non magnopere mouentur conſcientiæ impulſu, ita vt eam largam ſint conſequuti, & qui, vt laxiora ac patentiora retia, omnia tranſmittant, colãtes culicem, camelũ, vt Chriſtus ait, deglutiẽtes. Nõnulli ſolitarij atq; vmbratili vitæ addicti, plus ſatis anxij ſunt, ac trepidant timore vbi null' timor. Sic ſuperſtitioſos pluſquã par eſt aut res exigit, Cõſciẽtię motus agitat, nec inanẽ perſuaſionẽ ſibi eximi patiuntur. Ita melancholici præ cæteris anxij

Pſal. 31.

Locus Dauidis explicatus.

Quibus deeſt Conſciẽtia.

Simile à retibus. Matth. 23.

xij sunt, Cholerici ob humorum tenuitatem & feruorem, vilem habent conscientiam, eamque vel excutiunt vel extenuãt, vel obliuione obruere tentant. Sanguineis non magnopere cordi est ille animi motus, nec assurgit vlla in mentem transactæ vitę cogitatio: quò spectat illud, scribis contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentię meę. Quę enim nobis in ætate iuuenili insolenter transacta sunt, nec magnopere commouebant, ea in senectute, in morbis, in calamitatibus, ingruente clade aliqua recrudescunt, ac menti, tanquam rationes expunctæ atque obliteratæ, obijciuntur: vt ijs quibus quũ olim multum æris alieni conflatum sit, ac iampridem rerum creditarũ solutio animo excussa, rursus appellari incipiunt, atque vt debita refundant, iure adiguntur. Phlegmatici autẽ desides, ignaui, veternosi, socordes ne cogitant quidem, quid sit conscientia, nec eorum mens aut incalescit, aut vllis stimulis excitari potest ad ea concipienda quæ salutaria sunt, vtpote immodica humiditate immersi. Impij qui in profundũ sunt demersi, quique vel à verbo vel Dei cognitione alieni existunt, omnia contemnũt, irri-

Iob. 13.

Iobi locus explicatus.

Simile elegans ab ære alieno oppressis.

irrident, ſubſannant. Nonnulli intermedij palliant, excuſant, tergiuerſantur, aliò transferunt: quod ipſum deprecatur Dauid, nec in eum errorē deuolui exoptat, Nec declines cor meum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis. Multa itaque Conſcientiæ lumini officiunt, idq; obumbrant, adoleſcentia, crapula, ingluuies, intemperātia, amor, nox, deliciæ, voluptates, quæ omnia pudoris ac modeſtiæ frenum excutiunt, Sic Plautus,

Pſal. 1.

Pſal. 140.

Nox, vinum, mulier, nihil perniciosius homini adoleſcentulo:

Cui Ouidius conſonat,

Amor. li. 1. Eleg. 6.

Nox, & amor, vinumque nihil moderabile ſuadent,
Illa pudore vacat. Bacchus Amorque metu.

Siquidem conſultores illi parū ſalutares ad deteriora animū rapiunt, mentemque à ſanioribus conſilijs auertunt, & ſi quis horū Conſcientiam pungat ac ſtimulet, ſi ad optima quæq; impellat atq; exhortetur: contemnunt, negligunt, irridēt, cauillantur, omniaq; obnubilant, eleuāt, extenuant, ac cauſantur iuuentutem, ac florentes annos Genialiter, nulloq; nubilo tranſigendos, poſtremo cogitationes tetricas ablegandas, atque in ſenectutem transferendas: ita quū rationis documenta reſpuant, ac Conſcientiæ dictamen ca-

Iuuentus conſcientiā negligit.

uillatione illudãt,ad Voluptatis amussim potius, quã ad Aequitatis ac moderationis normam omnes suas cogitationes exi-
Eccle. 11. gunt. Vndè appositè Solomõ, Adolescẽtia vana,præceps,temeraria,lubrica, inco-
Adolescentia consilij inops. gitans, improuida, inconsiderata, & quæ illam comitari solet voluptas & deliciæ fugaces atque euanidæ,nonnunquã damnosæ & quæ luctuosum funestumq; exitũ consequantur. Quoniam autem huic ætati ferè comes sit imperitia , incogitantia, consilij inopia,ob id minus perspicit,quæ ipsi salutaria sunt,frugifera , fructuosa.Est etiam nonnullis qui in consistenti ac firmata ætate constituti sunt,& penes quos summa rerum publicarum , ac religionis columen consistit,aliquando errore & caligine inuoluta Conscientia,ita vt plerũque non omnia exactè atque adamussim demetiantur aut excutiant , aut adhibita in consilium ratione, iudicio, delectu re-
Homines non Cõsciẽtiæ motu, sed affectibus ducuntur. rum, Dei verbo ac spiritus Diuini afflatu negotia sua perficiant , sed nonnunquam illos impellat vel affectus humanus , vel principũ fauor & gratificatio: quod Paulum factitasse legimus: vel etiã stabiliẽdæ superstitionis inueteratæ error,& inolita vitiosa consuetudo, quæ irrepsit non bo-

norum

norum consensu & autoritate, sed imperitæ plebis errore, quam tamen nemo, tanquam legem ac regulam vitæ aboleri sustinet & obsolescere: quò fit vt in delectu rerum, in boni maliq́ue discrimine, in erigenda instaurandaq́ue ac propaganda sincera religione ac Dei cultu hallucinẽtur ac cæcutiant, prorsusq́; à scopo aberrent, magno Conscientiæ detrimento. Sic Iudæis persuasum erat se obsequiũ præstare Deo, quũ in illos sæuirent qui Christo nomen dederant. Pari impulsu ac studio incitatus Paulus Christianis infestus erat, illosq́ue minaciter persequebatur, zelo quidem pietatis, sed qui errore inuolutus esset, & qui, vt Apostolus ait, nõ secundùm scientiã perficeretur, hoc est, nõ iudicio, non ratione, non excussa cognitaq́; causa, vt Gamaliel factitauit, nõ animaduersa cognitaq́; Dei voluntate, non spiritus Diuini impulsu atq; afflatu, quẽ probari vult expresso Dei verbo, atq; an ex eo proficiscatur, explorari, itaque erratum est in delectu religionis non affectu & propensione pietatis, quod spiritu Diuino, qui certa atq; indubitata mentibus hominum ingerit, essent destituti. Sic videtur via homini iusta (vt sapiens ait) &

Errores inueterati egrẽ eximuntur.

Ioan. 16.

Acto. 9.

Rom. 10.

Acto. 5.

1. Ioan. 4.

Prou. 14.

nouissima eius ducunt ad mortem. Cuius rei specimẽ nobis exhibet Paulus ex persequutore factus præco ac propugnator,
1. Timot. 1. assertorque Euangelij Christi, qui se misericordiam consequutũ profitetur, quòd ignorans fecerit per incredulitatẽ, & quò in eo ostenderet omnem clementiã Christus Iesus, ad exprimendum exemplar ijs qui credituri essent in ipso, ad vitam ęternam. Hæc autem de Conscientię motu vi debuntur fortasse quibusdam verbosius à me amplificata, præsertim quũ hoc argumentum ad sacrarum literarum professores atque Ecclesiæ ministros spectet, quorum interest, & munus exposcit, cuiusque mentem salubri exhortatione tranquillã ac pacatam efficere, animoq; pauores eximere. Verùm quum hi affectus qui ex cõsciæ mentis angore emergunt, valetudini officiant, ipsique spiritus atque humores vitiati huic rei fomenta ministrent: Medici quoque officium est, huiusmodi perturbationes menti eximere, vt ijs sublatis corpus omnibus suis numeris inculpatè subsistat. Operosum enim est atq; admodum difficile corpus à sanitate collapsum restituere, atque instaurare, vbi mens vitiorum ac labe Conscientiæ contamina-

ta est,

ta est, vbi sensuum organa ac spiritus animales ac vitales sunt vitiati. Nec minus molestũ est viro Ecclesiastico animo medelam adferre, vbi corpus vitiosis humoribus oppletum est. Siquidem ob arctissimam vtriusque partis cognationẽ & consensum, animi vitia redũdãt in corp°, corporis verò morbi in animũ mentẽq; trãsferuntur. Exemplo sunt lympathi, melancholici, phrenetici, amentes, deliri, ebrij, apoplecti, veternosi, paralytici, maniaci, Lunatici, tum pleriq; alij, quorũ morbosi affectus ex cerebri intemperie oriuntur, quocirca Capiti quod mentis sedes est, tum vtriusq; partis sanitati accuratè prospiciendum.

Animi & corporis cõsensus.

θεῷ δόξα.
1565.

QVAE PRIMO LIBRO continentur.

Cap.		Fol.
1.	De natura Diuinitatis instrumento	1
2.	Hominis dignitas & præstantia	7
3.	Naturalissimum procreare sibi simile, eoque reuerentur vti debent homines tanquam diuino munere, Deique instituto	10
4.	De similitudine natorum cum progenitoribus. Et qua ratione, quæ foris incidunt, infanti communicentur, multarumque rerum formas ex matris imaginatione concipiat	12
5.	De absurdo prægnantium appetitu, atque insatiabili rerum desiderio, quibus si contingat frustrari, periclitantur	20
6.	Semen conferre mulierem, totiusque operis esse consortem	22
7.	Vnde species, sexusque animalis, hoc est, vtri acceptam ferre conueniat, viróne an mulieri masculi vel femellæ procreationem	25
8.	De prodigiosis monstrosisque partubus, Obiter quid designet Prouerbium QVARTA LVNA NATI, alia ratione, quàm in libello nuper à me edito tractatum	28
9.	Qua ratione masculum, qua fœminam procreare possit, qui eius rei sit auidus: obiter ex qua causa Hermaphroditi, hoc est, vtriusq; sexus homines generẽtur	33
10.	An excremento menstruo fœtus alatur, & an adolescentulæ concipere possint, prius quàm menses profluxerint	38.
11.	Animam non à parentibus proseminari, sed infundi diuinitus, omnisque interitus ac corruptelę esse expertẽ? tum quoto gestationis die inducatur	42
12.	Anima tametsi sit incorporea, nec ex concretione materiæ, aut elementis constet: affectibus tamen exposita est, suasque sentit perturbationes, & pathemata quæ in corpus redundant	48

Animas

13. Animas hominum non omni ex parte esse æquales, nec pari conditione ac dignitate, sed aliam alia præstãtiorem 57
14. De Animæ immortalitate, atque indubitata certaque corporis humani resurrectione: tum qua ratione ac modo id perfici contingat. Denique quanta ex tanto munere mentis erectio in Deum, quantaq; morituro fiducia consequendę salutis 63
15. An prodigiosis, monstrosisque partubus atque abortiuis anima rationalis indita, sintque resurrectionis futuri participes: obiter qua ex causa excitentur 77
16. Humores atque alimenta corporis habitum, mentisque statum manifestò immutare: atque hinc affectuũ origo, ac conscientiæ stimuli emergunt, obiter quid Melancholia efficiat, & qua quisque ratione illi mederi queat 80
17. Herbas mutationibus obnoxias, tum viribus formaque destitui, nisi nouos subinde cultus adhibeas 90
18. Quàm varia sit ac multiplex soli, terræque natura & conditio 104
19. Lunæ radijs augescit, non matureſcit botrus 105
20. Stercoratio quare Hesiodo improbata 106
21. Qua ratione Curculio, aliæque bestiolæ infestæ frugibus abigi, necarique possint 107
22. Lumbricorum vermiumque qui humanis corporibus innascuntur, sagacitas, & quid portendat per os nares-que erepere 109

QVAE SECVNDO LIBRO continentur.

1. Humores, non malos Genios morbos inducere: Spiritus tamen aëreos se ijs, vt tempestatibus immiscere, ac faces subdere 111
2. Melancholicos, maniacos, phreneticos, quique ex alia causa furore perciti sunt, nonnunquam linguam alienã personare, quam non didicerunt, nec tamen esse Dæmoniacos 117

3. De Epilepsiæ,quam tum veteres,tum recentes plebeij in certos Diuos referunt, violentia ac sæuitia: qua denique ratione expugnari possit.Obiter comitiali morbo,lethargo, apoplexia oppressos non statim sepulchro inferendos 119
4. Qui fiat,vt morbi longi sint ac diuturni, nec facile medicamentis cedant.Vnde febres recidiuæ, vndeque induciæ, atque intermissio.Quæ scire omnium interest, nequis facile morbo tentetur, aut vt illum cito excutiat 125
5. De ijs qui subducti lecto,somnoque oppressi ambulant ac perreptant culmina,ædiumque tabulata,multaque perficiunt dormitantes, quæ vigilantibus accessu adituque sunt difficilima,quæque summa cura perficere præstareque nequeant 129
6. Ex his qui submersi sunt, virorum cadauera supina: feminarum verò prona fluitare,exemptoque pulmone non emergere. 132
7. Submersorum corpora,vbi emergunt, atque in conspectum producuntur,tum eorum qui interempti,cõfossique sunt,præsentibus amicis, aut eo qui interitus causa illis extitit,è naribus,aliaque corporis parte sanguinem profundere 134
8. De infantium recens natorum galeis,seu tenui molliq; membrana,qua facies tanquam larua,aut personato tegmine obducta,ad primum lucis intuitum se spectandam exhibet.Helm vulgo vocant 136
9. Quur apud Belgas In fabis versari dicantur, vacillantis parumq; firmi cerebri, vulgo,In die boonen. fol. 138
10. Non quiuis grauis ac teter odor homini noxius. Sunt enim inter hos qui contagia discutiant, morbisq; putridis obsistant. Obiter vnde manauit prouerbium, Cornua inibi, eoque loco aduri, vulgo Men brandt daer hoornen 140
11. Digiti sinistræ manus,qui minimo proximus est,præstantia,qui postremò omnium morbo articulari,aut chiragra infestatur,& siquando affici contingat,non mul:ò post mors imminet.Obiter quare præ cæteris auro deuinciri mereatur 141

12. Quædam ignem non concipiunt, flammisque inuicta sunt,& qua ratione id efficiant 142
13. Calor natiuus hominis foueatur, augescitque animalculorum, præcipuè autem infantium calore, si parti corporis inualidę applicentur. Non enim hoc fomentum concoctionem solum adiuuat, sed dolores quosque articulares sedat.Inter catellos autem,qui id præstent efficacius 144
14. Cur morbus Gallicus nunc,quam olim mitior,minusque sæuiat,& in quos morbos degeneret 146
15. Qua ratione moribundi etiam constante adhuc mẽte raucum murmur edant,ac sonitum reciprocantem, quem Belgæ populari voce Den Rotel vocant 147
16. Mortem hominis, rerumque existentium interitum esse contra naturam,parumque appositè naturalẽ dici. Sic tamen obfirmandus est animus, vt mors non sit formidanda,licet non sine ratione omnes illam exhorrescant 148
17. Ebrietatis ac temulentiæ incommoda & quæ illi obsistant ac medeantur 150
18. Intemperantia potus,quàm cibi nocentior 152
19 Alia vi ac ratione vinum inebriat, aliterque homines afficit,quàm Sicera,Zythus, nobisque vocata Cereuisia 154
20 Procero crassoque corpore homines aliquando minus vitales, quàm graciles:minusque animosè morbis obluctari. Exiguæ autem staturæ homunciones plerũque vini capaciores,quàm obesi, ac serius temulentia tentari 155
21. Qui mane ientaculum sumunt, si id moderatè fiat, in prandio liberalius edunt,minusque vino, etiamsi largius bibant,offenduntur.Obiter an multus panis esus sit salubris 157
22. Nux myristica seu moscata, & Corallius lapis à viro gestata melioréscunt,deteriora verò efficiuntur à fœmina 159
23. Magna ex parte steriles esse,& infœcundos,quibus semen sponte profluit,seseque polluunt, & qua ratione id fiat 161
24. In morbis excrescere corpora,atque in longitudinem

produci,licet minus edant:in latitudinem verò diminui 164
25.An ieiunis,an pranſis venam incidere expediat, & an conſultum ſit ſtatim ab inciſa vena ſomno ſe dedere fol. 166
26.Phyſiognomonia,hoc eſt,naturæ morumque inſpiciendorum ratio,qua ex notis ſigniſque corporis, animorũ motum ac propenſionem elicimus ac dijudicamus, nõ improbanda.Cæterum quid ex hac potiſsimè obſeruare conueniat,ſcripturæ teſtimonijs comprobatur fol. 168
27.An aperto hiantique ore dormire,an clauſo, cohibitiſque labris ſalubrius 171
28.Imprecationes parentum, quibus ex ſe genitos execrantur,ac maledictis inceſſunt,aliquando in euentum effectumque rapi.Bonas quoque ominationes, quibus illis felicia ac ſalutaria quæque exoptant,ad lætum exitum eſſe adiumento,atque ex progenitorum voto omnia conſequi 172
29.Qui fiat,vt iuxta vulgare prouerbium, Nemo propemodum ex morbo, aut longa peregrinatione melior euadat,vitamque emendatiorem aſſumat fol. 173
30.Lapides ſeu gemmæ terra marique erutæ,vel animantium corporibus exemptę,qua vi ac facultate polleant, quaue ratione aliquid efficiant 178
31.De Somniorum euentibus, & quatenus obſeruanda, ijſque adhibenda fides 180
32.De anno χλιμαχληρικῷ,hoc eſt,Scalari & gradario,ſeptimo & nono, quibus annis corpora hominum manifeſtam mutationem ſuſtinent, ſenum potiſsimè tertio & ſexageſimo. Similiter de dierum Criticorum ratione,hoc eſt, iudicijs morborum,quibus Medici indubitanter ſalutem vel mortem ægrotis denunciant fol. 182
33.Qua ratione Speculum obiecta referat, & quid ſtudioſis,quique continenti intuitu oculos fatigant, nitidus ſpeculi læuor commodi præſtet: tum qua ratione hebeſcentem viſum reſtauret 185
34.Qua vi & facultate polleat Aqua vitæ, ſeu Vinum ardens

ardens & causticum, vulgo Brande vvîjn, & quibus id tuto exhiberi possit. Obiter admirandi aliquot factitij huius liquoris effectus 188
35. Argenti viui prodigiosa vis & natura, quod Belgæ à mobilitate Quicziluer vocant 190
36. Qua ratione in Salis inopia Carnes, aliaque edulia à putredine conseruari possint, Obiter Salis, Aceticque vis mirifica 192
37. Pallidæ mulieres rubicundis, macilentæ obesis magis salaces, magisque viri desiderio pruriunt 195
38. An affluēter atq, auidè, an sensim ac parcius: nōnullisq; interuallis vrgente siti, vel in mensæ accubitu bibendū sit 196
39. Quæcunque properè ac festinanter matureſcunt, vel iustam longitudinem assequuntur, celerius intercidūt, nec diutinam ætatem perferunt: quod infantes ac stirpium aliquot genera commonstrant fol. 198
40 Alimenta aliquando vitiari, ac veneni aliquid contrahere ex bestiolarum insessu incubituque. Denique humanis corporibus ex diffusis in illa sordibus simile quiddam innasci, nempe mures, sorices, glires, ranas, rubetas: eiusque rei exemplum 200
41. Solis Lunæque vis & natura in constituendis excitandisque tempestatibus. Quid denique auræ aërisque mutatio in corporibus, animisque hominum ac spiritibus efficiat. Obiter vnde Oceani fluxus refluxusque ac reciprocatio, quæ diei naturalis spatio bis conficitur 202
42. De Lactucæ natura ac viribus, & quibus illa vel prosit, vel officiat 209
43. De Hippolapatho herba, vulgo Patientia fol. 209
44. De Saliuæ hominis effectu 210
45. De vsu Lactis, de colloſtro ac cremore, illud Belgæ Bieſt, hunc Room indigetant, tum quæ hæc coagulari in stomacho prohibeant 211
46. Podagrici cur salaces, atque in Venerem proni, & quotquot in dorsum decumbunt, duroq; cubili innitun-
tur

tur 212
47. An exanthemata ac pueriles varioli, quæ vulgo Maselen dicuntur, vino rubro exigi expugnariq́ue possint, Denique lacte bubulo: quæ à mulierculis exhiberi solent, quum huiusmodi pustulæ efflorescant 214
48. Tonitru ac fulmine vitiari vinum, eumq́ue liquorem, quæ Belgis Cereuisia dicitur : & quibus id prohibeatur, eorumq́ue vires instaurentur. 215
49. Tempestatis, ex marinæ aquæ contactu præsagia, tum quid portendant hiberna tonitrua 216
50. Pueros rebus pulchris affici, ac rugosas deformesq́ue anus exhorrescere, quocirca cum annosis fœminis in eodem lecto nõ collocandos, multò minus, si pedibus ex aduerso illis sint constituti 217
51. Qui fiat, vt tenella ætas, prægnantes, sacrifici, quiq́ue solitariam vitam agunt, ac sedentarij sunt, primo omnium morbis popularibus ac peste corripiantur. 218
52. Varia naturæ documenta, rerumq́ue diuersarum non inconcinna congeries. Quæ quum grata breuitate tractare instituì, vno velut fasce complecti visum est fol. 219

QVAE TERTIO LIBRO continentur.

Cap. fol.
1. Qua ratione filij parentum probra atque ignominiam perferre cogantur, illisq́ue progenitorum scelera atque iniquitates imputentur adeo, vt horum causa vel famę, vel rerum fortuitarum iacturam patiantur, aut aliqua in corpore animoq́ue damna ac detrimenta concipiãt fol. 229
2. Quare conualescentibus ac morbo defunctis primum omnium genitalia turgescant, quæq́ue illis natura insita sunt, nempe concumbendi desiderium perficere tentent, ac hac de re salubre consilium atque admonitio 234
3. De Aurę atque Aëris effectu, tum flatuum ventorumque

que nominibus, natura, ac viribus in excitandis morbis, ac promouendis humoribus, qui agitati menti damna nonnunquam inferunt 237
4. De pixide nautica, vulgo Compas, quam Plautus Versoriam vocat, cuius obtutu atque obseruatione nauclerus velificatio perficitur 250
5. Quid canes agat in rabiem, & quo potissimum anni tempore, & qua ratione ijs mederi possis 255
6. De Auri natura ac viribus, & quo effectu polleat, siquando in sanitatis vsum ac tutelam corpori humano adhibetur 259
7. De Grandine porcorum, alijsque huius animantis morbis ac vitijs, quæ vulgari lepræ seu Lazarismo affinia sunt, vulgo ab insalubri ac morbido corporis habitu Ongans appellantur: Et qua ratione hæc contagio expugnari possit. 261
8. Cur Belgæ, vbi nox molestè ac tumultuosè, parumque ex animi sententia transacta sit, quiritentur Ioannis Baptistæ noctem sibi obtigisse 266
9. De Salis conficiendi ratione singulari atque inaudita, eiusque natura, effectu, viribus, vsu, & differentijs: Obiter herbarum aliquot maritimarum quæ salsuginoso succo imbutæ sunt, & ex quibus Sal elicitur, consideratio 269

QVAE LIBRO QVARTO continentur.

Cap. Fol.
1. De vi effectuque Lunæ, cuius motu impellitur Oceanus, & quid moribundis ac morbo deploratis obuenire soleat, vbi cum morte luctantur, atque è vita migrare incipiunt, ex accessu recessuque Oceani, ac Lunæ decursu, cuius vires efficacius, quàm cæteri, percipiunt atque experiuntur maritimi 278
2. De Zelandiæ insulis, ac gentis huius natura, conditione,

ne, moribus, origine: & quantum commoditatis atque emolumenti huius regionis fundus, ac soli vbertas exteris adferat, compendiosa ac dilucida descriptio, in qua obiter refricatur rerum gestarum memoria, multæque naturales causæ explicantur
fol. 283

3. Qui fit vt senes ac prouectioris ætatis homines quum minus robustos tum tetricos plerumq; liberos progenerent, vultuque tristi atq; inamœno, & qui rarius exhilarescant 301

4. Qui fiat vt Laurus quam nonnulli Zelandiæ denegatam adserunt, nulli quàm huic regioni, speciosior existat, & qua ratione effeceris vt contra gelu atque hiberni frigoris iniuriam intacta subsistat nec emoriatur 305

5. De Corpore neutro, hoc est, quod nec sanum, nec ægrotum statui possit, sed vacillanti dubiaque valetudine existat atque inter vtrumque fluctuet
fol. 306

6. De videndi ratione atque oculorum acie, & quur nonnulli remotissima quæque acutè cernant, quum ad proxima cæcutiant atque hallucinentur: alij propius admota exactè videant etiam minutissima, longius verò sita, etiam eminentes moles ægrè perspiciant. Et quur oculus dexter magna ex parte sinistro obtusior, minusque lucidus, Obiter de coloribus Oculorum ac plerisque alijs, quæ animi argumenta proferunt: obiter hebescenti visui remedia
fol. 310

7. Ratio quur nonnulli mutilis truncisque ac decurtatis membris nascantur, alij geminis quæque redundant ac superuacanea sunt, nec vlli vsui inseruiunt
fol. 318

8. An indusia, vulgo Camisiæ, tegumenta lintea febricitantibus mutanda. Et an statim à morbo conualescentibus barbam radere, aut capillos adimere expediat: Tum in quibus morbis pedes abluere consultum sit 320

Quod

9. Quod mira naturæ vi, atque incredibili efficacia singulæ herbæ singulis proprijsq; membris ac corporis partibus auxilientur, atque aliæ in alias, vires suas peculiari effectu proferant
fol. 326

10. Sexum inesse stirpibus, atque alias alijs affici
fol. 330

11. Murenæ quas Belgæ Pricken vocant, in fumario exiccatæ, tædæ atque ardentis facis vicem vsumque præbent, si accendantur
fol. 335

12. De ouo à Gallo edito, & qua ætate atque annorũ decursu id proferat: denique quid ex eo progeneretur, tum de lapide Gallinaceo & Aëtite gemma
fol. 336

13. De mulierum natura, conditione, moribus: & quur is sexus vbi incanduit, acriores quàm vir, iras concipiat, ac rixetur enormius, multisque alijs affectibus impotentibus succumbat: Obiter quem sensum habeat illud Sapientis Hebræi, Melior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens
fol. 342

14. Cur ouum duobus extremis verticibus quibus oblonga atque angustiore sui parte (vt Polus Arcticus & antarcticus) subnixum fulcitur, digitis aut complicatis palmis comminui frangique nequeat, quãlibet præmas: Et quur aceto acri maceratum, in tractabilem teneramque membranam mollescat, denique idipsum aqua vitæ, hoc est, vino ardenti immersum, nõ secus, quàm ferrum ab aqua forti, consumatur
350

15. Luna mira naturæ vi singulis mensibus, secus quàm alia astra, singulas corporis partes, sanas latenter & tacitè, valetudinarias manifestè nec citra doloris sensum perreptat, illisque modò duobus, modò tribus diebus inhæret: Obiter an in ea parte cui sidus incumbit, tutò ve incidi possit
fol. 351

16. Consiliũ quo iuuenibus gratificari soleo vt maturè pubescant,

bescant, Ven ustaque lanugine mentũ decoretur. Obiter graminum fruticumque cum crinibus ac capillis non inscita compar atio 354
17. Quatenus aut qua ratione Medicina conseruatrix in peste atque aëris contagione adhiberi debeat, tum quę hac vi effectuque polleant. 356
18. Cui rei assignanda tant a in numerosissima hominum multitudine, formæ dissi militudo, ac tam multiformis diuersaque in facie, vultu, oculis species, ita vt nonnũquam ne vterini quidem partus conformes sint ac sibi assimilentur 358
19. Multa animantium, piscium, alitum, insectorum genera absque semine pr ogenerari, vt etiam herbas, multaque animalia, atque auiculas insolita ratione ac modo absque mutua masculi opera concipere. 363
20. Manus vel aliæ corporis partes frigore geluque aut pruinis obstupescentes ac rigidæ vt resoluantur, ac calore rursus imbutæ reuiuiscant 364
21. Vnde exoriantur atque emergant in homine Cõscientiæ stimuli: & an vt affectus & animi perturbationes, humoribus a scribendi, an in animo menteque ac voluntate consistant. 367

RERVM ET SENTEN. tiarum huius operis Index.

A.

AB agricolarum industria simile 353
Ab arboribus simile 198
Ab herbis ad homines reducenda cultura 334
Ab incisa vena temperantia exigitur. 167
Ab officina fabrili simile 197
Abortus & effluxus discrimen 79
Accommoda similitudo à bombardis 35
Aceti vis 193
Aceti & fecis cum cineribus comparatio 371
Acetum melancholicis noxium 263
Acetum ouum consumit ac cotem dissoluit 144
Acida bilioſis salubria 263
Acrimonia vrinæ morbo gallico infectis, peculiaris 162
Adolescentia consilij inops 371
Aduersa quæ aliquando acciderunt animo repetenda 296
Adulteria notantur 176
Adulteria non impunita 232
Adulteriâ Cauenda 232
Adulterium muliebre indelebilis macula 348
Aduocati muneribus afficiuntur 284
Ad vsum omnia referenda 100
Aër & alimenta valetudini vel prosunt vel officiunt 107
Aër & ventus valetudini vel officiunt vel prosunt 237
Aër serenus mentem exhilarat 243
Aër Zelandicus qualis 284
Aegroti cur panis esum respuunt 159
Aegrotis quando in eduliis gratificandum 21
Aestate ædes & corpora bestiolis scatent 282
Aestuaria quid sit 298
Aestuaria in bello, Belgarum perfugia 298
Aestus oceani causa 205
Aëtites lapis qua vi polleat 341
Affectibus omnes obnoxij 84
Affectus Venereus in herbis 332
Affectus in fœtum transeunt 303
Affectus quando mitiores 84

Affectuum in animo tyrannis 80
Affectuum origo 81
Affluentia socordes & acedioſos facit 175
Africi natura 244
Africus ventus vulgo zuydtvveſt 207
Alcis vires, vulgo Eelant dicitur 124
Alectoria gemma quid præſtet 341
Alectoriæ gemmæ vis in viros 341
Alembicum quid ſit 188
Alexandri Magni veſtes cur odoratæ 160
Alexander ſauciatus fragilitatem ſuam agnouit 175
Algæ maris deſcriptio 275
Alia aliquando parentum alia filiorum conditio 230
Alia hominis, alia animantium conditio 63
Aliquando in peſte non incidendam vænam 357
Alia vis longitudinem alia latitudinem parit 165
Alius qualitatis in herbis effectus alius ſubſtantiæ 328
Allio roſæ odoratiores euadunt 222
Allium & quæ viroſa ſunt oculis inimica 317
Alumen igni obſiſtit 143
Amantes palleſcunt 51
Amara ebrietati obſiſtunt 151
Ambacti qui Zelandis 285
Ambulare ac vociferari in ſomno vnde eueniat 129
Ambulones nocturni non appellandi proprio nomine 130
Ambuſta refrigerantia non exigit 271
Amicitiæ & inimicitiæ rerum 330
A morbo vires inſtaurandæ 129
A morbo nemo emendatior 173
Amor parentum in filios & è diuerſo vnde emergat 304
An à galli ouo baſiliſcus prodeat 337
An dormiendum inciſa vena 167
Andreas ab Aurea exercitatus nauarchus 248
Andreas ab Aurea quid Carolo Cæſari conſuluit 248
Angelica, illiſq; affines herbæ 93
Angelorum diſcrimen 58
Anguillæ ſalſa aqua delectantur 292
Anguis ex ſpina hominis 338
Anhelitus cohibitus concoctionem adiuuat 172
Anicularis halitus pueris noxius 218
Anima, licet incorporea, doloribus agitatur 56
Anima quid 47
Anima hominis diuinitatis particeps 64
Anima migratuta cur vaticinetur 119
Anima affectibus obnoxia 52

Anima quando corporis ministerio indiget 54
Anima multa agit absque corporis adminiculo 54
Anima singulis diuersa 47
Anima imperfecta in pueris instrumenti ratione 48
Animalculorum in corporibus origo 200
Animalia sponte nulloq; semine nata 200
Animalia noctu oculata 315
Animam rationalem quando homo concipit 44
Animantes mente destitutæ 64
Animantes naturæ instinctu ducuntur 6
Animarum inepta transmutatio 44
Animarum discrimen 57
Animæ carnificina mentem vellicat 69
Animæ domicilium 47
Animæ dotes & ornamenta 43
Animi cruciatus quàm corporis sæuior 53
Animi & corporis consensus 373
Animus ab aëris intemperie vitiatur 240
Anni non superstitiosè obseruandi 183
Annus sexagesimus tertius senibus suspectus 182
An pars in qua Luna est ferro tentanda 352
Antidoton contra pestem 225
Antonij eremitæ de natura sententia 4
Antoninus cæsar diademate insignitus 137
Antuerpiam scaldis exornat 290
Anus minus iritantur 345
Aphia piscis qualis sit 291
Apolepti serius humandi 121
Apostemata rudera ac pilos profundunt 201
Apuleij de mundo sententia 3
Aqua calida canam barbam & faciem rugosam efficit 356
Aqua in Zelandia qualis 284
Aqua quur nigra in fontibus 314
Aqua vitæ vt exploretur 188
Aquæ vitæ vis 188
Aquilo quando minus diuturnus 248
Archimedis memorabile factum 187
Ardelio, vulgo tantefaire 131
Argentum viuum auro afficitur 228
Argenti viui effectus 228
Argumentum validum immortalitatis 369
Argumenta animi ex oculis 317
Aridus vterus quæ exigat 37
Arnemudæ portus 286
Ars impressoria an vetusta 253

Arte mutatur ſpecies & color animantium 14
Artificialis promontorij deſcriptio 275
A ſale ſilt & zold, vnde ſoldaten Germanicè 270
Aſellus piſcis vulgo cabbeliau 291
A ſignatis cauendum 170
A ſimilitudine exordium ex itineris difficultate 126
Aſpectus Lunæ portus æſtu implet 208
Aſtra ad morborum indicia conferuntur 184
Aſtrorum in terrena efficacia 97
Atriplex marina 272
Auicennæ concilium in conceptione molienda 37
Auidè bibere flatibus corpus diſtendit 237
Auiditas omnia ſuauia efficit 21
Aura & venti corpora immutant 240
Aura rigida ſatis noxia 246
Auri in cibo vſus 260
Auri ſacra fames 259
Auri igniti effectus 261
Aurum cor recreat 261
Aurum ficoſis ſalubre 228
Aurum lepram expurgat 260
Aurum decoctione non atteritur 260
Aurum fumo ſplendeſcit 95
Aurum liquorem combibit 95
Auſter epilepſiam excitat 124
Auſter articulares dolores mouet 243
Auſter pituitoſis noxius 242
Auſter omnia obnubilat Aquilo ſerenat 243
Auſter inſtabilis 242
Auſter & Aquilo diuerſa ratione catharros mouent 247
Auſter bilioſis non incommodat 242
Auſter quos morbos excitet 242
Auſter animo grauis 243
Auſtri incommoda in excutiendo partu 242

B.

Balnea quando adhibenda 325
Barbæ raſura aliquando noxia. 324
Barba vt adoleſcat ſæpius radenda 355
Barbam quæ præſtant 356
Baſiliſci ſilueſtris deſcriptio 338
Bataui piſcibus porcos ſaginant 265
Bataui Zelandis conſociati 299
Belgarum inferiorum aliquot propenſiones 289

Bestiolæ ex sordibus generatæ 200
Bilioſi hominis natura 82
Bilioſis acutus viſus 312
BitumenZelandicum Darri, vulgo, ſalis materia 274
Bombardæ an olim fuerint 254
Braſsica ebrietati obſiſtit 151
Braſsica viti inimica 331
Braſsica vinum corrumpit, beta inſtaurat 216
Braſsicæ marinæ ſeu ſoldanellæ deſcriptio 273
Bruta non ratione ſed naturæ ductu feruntur 58
Bubones inguinis, vulgo clapooren 31
Bufones noxij 264
Butyrum & oleum ſordes eximunt 332

C.

Cabbeliau 180
Cæcias cuius naturæ 248
Cæcias qua ratione nubes trahat 249
Cæpe natura ab alijs ſtirpibus diuerſa 225
Cæruleus oculorum color quem viſum facit 315
Calore, humore, & ſpiritu corpus ſubſiſtit 144
Calthæ vulgo goudtbloemen 214
Calx cum aqua raparum ignotos dolores placat 271
Camelot 96
Cancer & lepra affines morbi 164
Cancri marini effectus 265
Cancri, rabidi canis morſum curant 265
Cancrorum deſcriptio & vires 264
Cancrorum aſtutia 265
Canes quando rabie concitantur 257
Canes aquam expoſcunt 255
Canis vt à rabie præſeruetur 255
Caphuræ vis putredinem à liquoribus arcet 223
Capillorum ac graminum comparatio 355
Capo vnde gemma innaſcitur 341
Caput læſum viſui officit 311
Carbones foſsiles oleo extinguuntur, aqua ardeſcunt 96
Carbunculi extra corpus, febres excitant continuas 128
Cardiaci morbi remedium 260
Caro melancholici ſuci particeps ſapida eſt 262
Carpioni è capite lapis eximitur 180
Carthaginenſes nauigandi periti 252
Caſeus viridis appetentiam acuit 284
Caſtaneæ qui ſeruentur 224

Catamidiari quid sit 12
Catelli melitei 18
Catelli vniformis coloris quid membris admoti prestent. 145
Cauda canum truncata non rabiunt 255
Causidicorum superstitio in cõseruandis infantiũ galeis. 137
Cerebri & hæpatis affecti præsagium ex testibus 213
Cerebro regia potestas 311
Cerebrum & cor à remotibus partibus afficiuntur 170
Chelidonius vel hirundinarius 179
Christi fiducia mortis metum homini adimit 149
Christi pauor hominis argumentum 55
Christus in corpore & animo cruciatus sensit 55
Christus quur serius Lazarum suscitauit 122
Cley à verbo cleuen deducitur 274
Cibi delicati libidinis fomenta 174
Cibum aliquando commodius quàm potum deglutiri. 198
Cibus immodicus potoribus obnoxius 151
Cibus offerendus ante venæ sectionem 167
Cibus & potus spiritus alimenta 167
Ciconeæ parentibus afficiuntur 25
Cineres herbas à gelu tuentur 305
Cynosura quid 252
Circius ventus, vulgo, noordtvvest 207
Collega quo nomine Zelandis dicitur 285
Coloris oculorum diuersitas vnde emergit 314
Colostrum vulgo biest 212
Columbare, columbatim prouerbium 364
Comites vnde dicti 293
Comparatio elegans à preconibus sumpta 99
Comparatio elegans à sole & luna desumpta 66
Compendiosa morbi gallici curatio 164
Conceptus non naturalis eiicitur 30
Concubitus enormis detestandus 38
Conditoris materias & amplitudo 67
Coniugij institutio à Deo 10
Conrardi Gesneri laus 292
Conscientia quid 367
Conscientia speciem corporis immutat 369
Conscientia quid in mente efficiat 56
Conscientiæ vis 367
Conscientia quo diei tempore se profert 369
Conscientiæ fiducia quid efficiat 368
Consensus corporis & animæ 66
Consilium in oculis instaurandis 316
Conspicilia quando vsui 311

Continuæ febres vnde 42
Conualescentibus venus noxia 234
Corallina à Corallij amplexu herba 276
Corallium ex mari ligustico subducitur 143
Corallus rubicundior fit viri contactu 160
Corallus frutex 96
Cordi quæ accommoda 327
Cori & eorum qui illi affines sunt natura 245
Cor primum viuens vltimum moriens 314
Corporis deformitas vnde 18
Corporis proceri inccommoda 155
Corporis habitum multa immutant 83
Corporis moles ingenio officit 155
Corpus animi vi ad actionem impellitur 51
Corpus animi instrumentum 51
Corpus quomodo animæ instrumentum 66
Corpus animæ causa periclitatur 65
Corpus & anima mutuis morbis afficiuntur 85
Corpus neutrum admittunt nonnulli 307
Corpus aëris constitutioni obnoxium 203
Cranium caluaq; humana ad quid prosint 123
Crisis, seu iudicium de morbis 180
Crocodili lachrimæ prouerbium 331
Cruditas melancholicis noxia 114
Crustacea rabidis salubria 264
Cucumeres aquam appetunt oleum respuunt 220
Cucumerum natura 331
Cuiq; parti sua vis insita 236
Cultura omnia melioresc unt 97
Cuniculi humano sanguine pasti insalubres 282
Curculiones quid sint 107
Curculiones quibus abigantur 108
Cur diuulsa spectantur 213
Cur fœmina minus ingenioſa 347
Cur filij naturales quos vocant alijs erectiores 304
Cur nonnulli deiecta mente 303
Cur conualescentes in Venerem proni 234
Cur anni climacterici periculosi 183

D.

Damast 96
Dauid naturæ admirator vnicus 8
Dauidis & Periclis moderatio 81
Dauid Rex amplexu Iuuenculæ incaluit 146
Dauid morte pueri non contristatur 232

Decretorij dies 184
Decubitus in dorsum noxius 130
Deformitas non priuat quenquam hominis nomine 77
Delphini in hominem amor 330
Dei amor & propensio erga hominem 64
Deiratis arcana quatenus eruenda 70
Delectus vini 88
Dentatos nasci inominosum 99
Deo qua ratione membra attribuuntur 53
Deo nihil impossibile 79
Deo se quisque submittat 62
Deus præcipua fœcunditatis causa 26
Deus prima conceptus causa 33
Deus qua re homini innotescat 2
Deus elementis vritur ad inferenda damna 249
Deus homini vnicè afficitur 64
Deus cur coniugium instituit 343
Deus omnipotens in eo quod vult 67
Deus omnium causam in seipso complectitur 1
Deus cur coniugium instituit 10
Deus castigat vt emendet 176
Deus noxijs bestijs homines vexat 331
Deus collapsæ naturæ instaurator 43
Dies quadragesimus rabiei expositus demorsis 258
Differentiæ febrium 128
Diffidentia excutienda animis 77
Diffidentia & fiducia quid efficiant 73
Digiti annularis præstantia 142
Digiti medici dignitas 142
Dilemma autoris de menstruo profluuio 40
Diogenis sententia de luuene pallido 51
Dissimilitudo hominum cui ascribenda 358
Diuis non assignandi morborum cruciatus 120
Diuitiæ non malæ sed eorum abusus 177
Doctrina diuinitus inspirata optimos mores effingit 173
Doctrina cœlestis mentis pabulum 174
Dolores neruorum vnde 162
Dolor capitis ex hesterno mero 152
Duces vnde nomen sortiti 293
Ductus naturæ quid efficiat 290
Dulcia aliquando vermes perimunt 108
Dupla quando obuersantur 319

E.

Ebrietas dioscoridi detestata 196

Ebrietas vitanda 150
Ebrij ridiculo vultu 154
Ebrijs & iratis ſpecula obycienda 185
Elephanti erga hominem obſequium 331
Embolia ingreſſus ſecretior ab immittendo 17
Embrio primis menſibus hominis nomen non promeretur fol. 46
Epati quæ conferunt 327
Epibata quid ſit 252
Epilepticorum habitus formidabilis 121
Erectio genitalium ſanitatis indicium 235
Errores inueterati ægrè eximuntur 372
Errori naturæ non inſultandum 170
Eſaiæ locus explicatus de baſiliſco 339
Ethnici immortalitatem admittunt 68
Eunuchi cur imberbes 356
Euri locus & effectus 240
Euronoti effectus & ſtatio 241
Eurus aliquando peſtis cauſa eſt 241
Eurus hieme frigidiſsimus 241
Ex animantibus naturæ vis perſpicitur 12
Exempla reſurrectionis ex Cipriano 72
Exemplum ex hominis ſtructura 72
Exemplum à tenellis arboribus 235
Exemplum ab exhauſto corpore 73
Exemplum à rabidi canis morſu 163
Exemplum à vitioſo corpore 230
Exemplum eius qui à ſomno morte ſopitus eſt. 167
Exemplum à fumoſis ædibus 139
Exhortatio ad humanitatem ex animantium affectu 12
Ex muliere maior mali pars in natos deuoluitur. 16
Experientia de pediculorum ſagacitate 110
Experimentum in matrona gemmæ Aëtiaæ 341
Ex ſagittarijs videndi ratio eruta 313
Ex ſpeculo noſtram conditionem exploramus 186
Ex teſtaceis quæ ſanis, quàm infirmis aptiores 265

F.

Fabarum flores cur cerebro officiunt 139
Fabri cur ſurdaſtri 236
Famelici ingruente febre 225
Fauonij natura 245
Febricitantes & ebrij cur deliren t 87
Febrium inducię vnde 127

Feles marina 191
Ferrum qua ratione fulmen à liquoribus arceat 215
Ferruminare quid sit 222
Feruidus spiritus causa motus in somno 130
Ficosi omnes podagrici, non econtra 147
Fides charitate stipata 75
Fiducia, in Christum mentes erigit 75
Flandrorum virtus 295
Flissinga Ciuitas 287
Floces vini porcis accommodi 263
Fluuiatiles cancri quibus vsui 264
Fluxus mensium ostendit conceptionis argumenta 39
Fœmella tardius masculo perficitur 45
Fœmina, virum, vt materia formam appetit 24
Fœminæ informes massas edunt 333
Fœminæ estate salaciores 195
Fœminis non deesse semen ratione conuincitur 22
Fœminis multum tribuendum in procreatione liberorũ 11
Formæ elegantia aut turpitudo vnde 138
Formicatio quis morbus 163
Formicatio accedens morbo gallico 163
Formicinus homo 163
Formulæ percontandi de valetudine 30
Francorum rex Zirizæos subleuat 294
Frictio capitis oculis confert 324
Frictiones & ligaturæ quando vtiles 325
Frigore obrigescunt corpora 365
Frigus inimicum neruis & ossibus 365
Fructus puteis immersi atque in olla reconditi diu conseruã tur 195
Frugalitas in rebus spectanda 259
Fruges vnde corruptioni obnoxię 106
Frugiperdæ stirpes quæ 332
Frumenta vnde corrumpantur 107
Fuligo satis noxia 221
Funes ex herbis conficiuntur 143
Furor muliebris vnde emergat 345

G.

Galeus piscis ore parit, & qui alij 363
Gallinæ incubatio 25
Gallina oua edit absque galli opera 25
Gallitricium quid sit 221
Gallo vnde concretio oui 337
Gallus quo tempore ouum edit 337

Gallus leoni formidabilis 338
Gandauum studiorum alumna 290
Garæophilea flos Belgis spectatissimus 190
Gelu opportunum ad crurum fractionem 193
Genij mali ad inferenda damna præsto 344
Geniorum malorum discrimen 61
Genitalia ex morbo primum reuiuiscunt 213
Germani sale & aromatis delectantur 266
Glires quare ædes ruinosas deserunt 109
Goêsa Ciuitas 297
Gordvvormen, aquæ cœlesti æstate innascuntur 201
Grando porcorum quis morbus 262
Gratitudo erga deum exigitur 177
Guido flandrorum Comes captus 296
Guido Dampetra flandriæ comes 293

H.

Habitus corporis Conscientiam foue 367
Hasnia vulgo coopmans hauen 297
Halimi legitimi descriptio 272
Halimus famem arcet eod.
Hannibalis scomma in Phormionem 99
Hæderæ vis in discutienda ebrietate 152
Helucus capitis grauedo ex crapula 152
Herba kali ouibus gratissima 274
Herba kali cancros remoratur 273
Herbę kali descriptio eod.
Herbæ aliæ alijs aduersantur 222
Herbæ singulis membris consecratæ 326
Herbæ & vires & species immutant 97
Herbæ siluestres priores hortensibus 334
Herbæ suis quæq; locis delectantur 93
Herbæ salsæ medentur morbis ouium 274
Herbarum diuersitas 6
Herbas mutationi obnoxias ac degeneres esse 90
Herbis flores in diuersum colorem mutantur 92
Herbis cognatio & affinitas 331
Hermaphroditos quid gignat 38
Hydrocephalon quale capitis vitium 19
Hieronymi à seroskerka laus 292
Hippocratis in peste consilium 239
Hippolapathi descriptio 210
Holcas genus nauigij vastum 300
Holmia Sueciæ regia eod.
Homines quomodo resuscitandi 71
Homines interdiu inquieti noctu clamosi sunt 132

Homines non Conſcientiæ motu ſed affectibus ducuntur. fol. 371
Hominis primordia quæ 11
Hominis cauſa omnia condita 4
Hominis mens dei ſimulachrum 7
Hominis ſecuritas in quo conſiſtat 63
Homo in quem vſum & finem creatus 2
Homo dei imago 43
Homo mundi præfectus 8
Homo præcipuum dei opificium 7
Hortatio ad amplectendam doctrinam cœleſtem 62
Homo dei imaginem refert 64
Homini rerum principatus attributus 69
Homo caducis afficitur 259
Humani corporis decor 8
Humida & liquida citius alunt 152
Humidę mulieres exotica appetunt 20
Humores praui oſſa corrodunt 350
Humores ſua tempora ſortiuntur 112
Humores menti infeſti. 49
Humores corporis quos mores pariant 117
Humores quique certis horis vigent 113
Humores ſyderibus expoſiti 354
Humorum prauitas & copia morborum origo 111
Humorum mira vis in concitanda mente 117
Humorum motus & reuolutio in mortuis 122

I.

Iapix ventus qualis 245
Idololatria & ſuperſtitio infœcunditatis cauſa 33
Ignis aëris contagia diſsipat 141
Ignis ſudorem & contagia elicit 323
Ignorantia veri errores parit 349
Imaginaria venus quid in vtero moliatur 364
Imaginatio mulieris multa molitur 359
Imaginatio in muliere quid efficiat 319
Imberbes minus viriles cenſentur 355
Impuri gemmas contaminant 178
In acutis morbis negligenda aſtra 353
Incepta concoctione potu abſtinendum 197
In claudos prouerbium 170
In contagioſis morbis ſudor eliciendus 123
Incubus, De Maere 122.130
In deum, per Chriſtum defigendi oculi 75

Inedia macilentis noxia 90
Inedia quando pernicioſa & quouſq; 238
Inedia bilem accendit 89
Infans quando galeam proferre videtur 137
Infantes non exaſperandi ſæuis verbis 178
Infantia à maioribus inſtituenda 289
Ingenium vbi intenderis ibi valet 101
Inguinum tumores non reprimendi 162
In mari ſonitus longiſsimè exauditur 295
In morbi augmento nihil innouandum 321
In prandio citius quàm in cœna inebriamur 158
In re medica omnia ſeriò agenda 102
In re medica turpe dicere non putâram 102
Inſitionis tres ſpecies 92
Intemperantia Veneris infanti noxia eod.
Intemperantia vini memoriæ officit 150
Inter homines alius alio nequior 349
In victu mundicies ſalubritati deuincta 202
Inundationes ineunte hieme incrudeſcunt 207
Ioannis baptiſtæ dies memorabilis 266
Iocus popularis in hos qui ex inguine laborant 164
Itali quomodo anatomiam perficiunt 226
Iudicium Domini in' illatis cladibus 231
Iudoci à VVeruia laus 292
Iuſtificatio impij ex dei fiducia 76
Iuuentus Conſcientiam negligit 371
Iuuentus ſucculenta 302

L.

Lac piſces corrumpit 212
Lac calore inſpiſſatur, liqueſcit frigore 211
Lac corruptelæ obnoxium 214
Lac quibus vtile 211
Lacertæ erga hominem ſtudium 331
Lactantij ſententia de ſimilitudinis ratione 13
Lacte madeſcunt vbera, vbi menſes ſubſiſtunt 40
Lactuca ante aut poſt cœnam ſumenda 209
Lactuca quibus vſui eod.
Lactucæ frigiditas quibus retunditur 209
Lætitia ſolida 268
Lagena quale poculi genus 287
Lagenæ corpori applicatæ ſudorem eliciunt 366
Laminæ corneæ glauco colore 315
Lampetræ vnde nomen ſortitæ 335

Lapis bufonius 180
Laricis ligni vis 144
Lauro frigus inimicum præsertim radici 305
Laurus viti inimica 331
Laurus quibus natalibus delectetur 305
Laurus cur Brabantis negata 306
Laurus viti inimica 222
Laurus densum solum exigit 305
Lens aquæ quid 275
Leprosi vt explorentur 227
Leprosi habitus qualis 262
Leprosorum saliua noxia 211
Lex de porcis mactandis 262
Liberi à patribus instituendi 173
Liberi quando ferre cogantur parentum probra 233
Libonoti & Austroafrici natura 244
Lignum aloës licet leue demergitur 192
Limacius lapis quo effectu polleat 179
Limonis succus corrosiuus 194
Liquores vitiati vt instaurentur 216
Lyssa vermiculus sub lingua canis 256
Loci situs mutationem herbis inducit 91
Luna mare concitat 205
Luna quando tempestates concitat 206
Luna morbos humidos exasperat 120
Lunæ decursus 206
Lunæ effectus in producendis febribus 105
Lunæ vis quos morbos acuat 279
Lupulus vulgo Hoppe 108
Lusci qua animi conditione 318

M.

Macilentis nihil adimendum 326
Magna apud Zelandos rerum vicissitudo fol. 300
Magnes qua ratione ferrum alliciat 251
Magnetis natura 330
Mala mens inquieta 50
Mali corui malum ouum 16
Mali genij ventos exasperant 115
Mali genij corpus & mentem oppugnant fol. 115

Mali Genij Melancholiæ incumbunt 85
Mali geni Hominibus infesti 57
Mali Medici aut Citrei vires 358
Mandragora an conceptum perficiat 334
Manus ac pedes vnde trunca & mutila fol. 319
Manus quando vellicandæ 325
Maria doloribus concussa 55
Margaritæ aceto maceratæ liquescunt fol. 194
Maritimæ herbæ squallidæ 278
Martinalia festa 267
Martiniana Ciuitas 297
Masculus quando concipitur 36
Materia accumulandi seminis 35
Mathioli industria 272
Matrimonij incommoda 343
Matrimonij commoda 344
Medicinæ tres sunt partes 306
Medicus naturæ administer 126
Mediocritas fœlicitatis laudanda 301
Meditatio alterius vitæ quid efficiat 63
Melancholia vnde contrahitur 85
Melancholia vt expugnetur 86
Melancholiæ incommoda 328
Melancholici natura 82
Melancholici commiseratione digni 87
Melancholici non facile inebriantur 114
Melancholici vnde absurda imaginantur fol. 85
Melancholicorum natura vbi vino incaluerint fol. 114
Membra sibi salutaria alliciunt 326
Membra animæ instrumenta 48
Membris frigore oppressis quæ auxilientur fol. 365
Memorabile de Mauro 134
Mens astrologis in Deum erigenda 354
Mens quibus vacillat ab aëre cito offenduntur fol. 244
Mens humana ab astris aliena 354
Mens artibus imbuta ante doctrinam 118
Mens hominis à Dei spiritu non ab astris impellitur fol. 354
Mens ab astris libera 352

Mens

Mens verbo dei fulcienda 86
Mens tabulæ raſæ comparatur 59
Mentis ſedes 43
Mens humana diuinitatis exemplar 68
Mens hominis diluculo erectior ex ſanguinis habitu 112
Mens atque anima incorporea 44
Mens in deum nos erigit 42
Menſibus deſinentibus deſinit fœcunditas 39
Menſis à luna Belgis nomen accipit 206
Menſtrua quæ venænata 42
Menſtruatis abſtinendum 40
Menſtrui profluuium in quem vſum 39
Menſtrui liquoris facultas 26
Menſtruo inquinata intacta eſto 31
Menſtruum materiam ſuppeditat alendi fœtus 27
Mentha olfactum reſtituit 223
Mentis cum gemmis comparatio 68
Mentis præſtantia 310
Mentis intentio corpus attenuat 54
Mercurialis, quo effectu in excitanda prole 36
Merluca piſcis qualis 195
Metelliburgum expugnatur 293
Metelliburgum Emporium 286
Metelli dictum de vxore ducenda 343
Mineralia vnde 94
Mirabilis deus in operibus ſuis 326
Mituli vulgo, Moſſelen porcis ſalubres 263
Moderatè omnia inſtituenda 11
Mœchi adulteria ioco eludunt prouerbiali 348
Moer quid Belgis 95
Mola matricis belgarum maritimarum qualis 29
Moles & promontoria caput vocantur 275
Monſtroſa corpora vnde 28
Monſtroſa ſpecies vnde 77
Montes arenoſi belgis Duynen 94
Morbilloſi omnes dolorum differentias percipiunt 162
Morbilloſi ſanos inficere geſtiunt 309
Morbis contagioſis qui primum ſuccumbunt 218
Morbi aſſuetudine miteſcunt 146
Morboſi & debilis diſpar conditio 309
Morbo gallico infecti, ſemper pruriunt 161
Morborum incredibilis contagio 163
Morborum inſultus, vt hoſtium propulſandus 129
Morbos expugnari ciborum nonnullorum deſiderio 22
Morbum aliquando morbo expugnari 22

Morbus Comitialis in quos referendus 120
Mores ex humoribus emergunt 83
Mores gentilitij plebi peculiares 289
Moribundi cur murmulosum sonum edant 147
Morsus canis venæ incisionem non exigit 257
Mosæ origo 299
Motus & iactatio corporis, ægroto noxia 321
Mulier cur erga natos viro propensior 24
Mulier quur irata lachrimetur 345
Mulier quando pacatior 348
Mulier quale animal 344
Mulier citò irata citò placabilis 345
Mulier concubitus auida 23
Mulier cur vini copiam perferat 156
Mulier quæ magis imperiosa 13
Mulier viro patentiores habet meatus 133
Mulier gestans vterum affectibus exposita 18
Mulier corallum deterius efficit 160
Mulier quur subitò incandescat 345
Mulier prægnans incommodum sentit ex denegatis edulijs fol. 21
Mulieres non segnes in elaborando fœtu 25
Mulieres ab omnibus scriptoribus proscinduntur 348
Mulieres comendi studiosæ 185
Mulieres immodicè canibus afficiuntur 18
Mulieris intemperies tempestati similis 344
Mulieris fragilitas vnde eod.
Mulierum salacitas 235
Multa ex sordibus enata 363
Multa in rerum natura exolescunt 235
Multi animæ immortalitatem statuunt pauci resurrectionē fol. 65
Munia fracturis apta 228
Murænæ exiccatę inardescunt 335
Murænæ spina, neruus est, non os 336
Murænæ siue lampetræ descriptio 335
Murænæ quo tempore pinguescant 336
Murænis in cauda spiritus vitalis 335
Muscus marinus fruticosa concretio 276
Mustela basiliſco hostis capitalis 319
Mustela basiliſco hostis 226

N.

Napus, vulgo naueel 108

Nasi forma quæ decora 359
Natiuitas Christi quid effecit 74
Natura quid 1
Natura rerum ad deum nos erigit 5
Natura dei ministra 72
Natura, nec iners, nec otiosa 1
Natura præcipuas partes à morbo tuetur 141
Natura cuiusque adnotanda 307
Natura modicis contenta 259
Natura rerum astris subiecta 352
Natura rerum resurrectionem astruit 67
Naturalia somnia obseruanda 181
Naturales proles quas vulgus vocat 303
Naturæ vis ad deum referenda 2
Naturæ propria definitio 3
Naturæ contemplatio ad deum erigit animos 4
Naturæ artificium 72
Naturæ ordo ac series 111
Naturæ lex cuique impressa 61
Naturæ instinctus 56
Nauale prælium 295
Naufragi qua ratione instaurandi 366
Nautæ clepsydris vtuntur 251
Nautarum apud Zirizæos vitæ conditio 290
Negotiatio Euangelica quid 60
Negotiatores frumentarij, vulgo Corenbyters, odiosi 107
Nemo culpam in deum transferat 59
Nemo non afficitur rerum varietate 217
Nemo insolescat progenitorum nobilitate 233
Nemo non mortis metu contremiscit 148
Nemo non affectibus vrgetur 80
Nemo non immortalitatem vel affectat vel meditatur fol. 65
Nerui motu & sensu prediti 198
Nerui quomodo à cerebro producuntur 154
Neruis quæ auxiliantur 327
Nigrum tegmen infantis quid significet 137
Nihil absque argento viuo inauratur 191
Nihil ex omni parte beatum 107
Nitrum liquori frigiditatem inducit 224
Nix & aqua gelida calorem excitant 365
Nix liquefacta stirpibus noxia 305
Nobilitas quæ solida 233
Nocte omnia latè exaudiri 295
Nomen à re inditum fissingt 287

Non consultum diu ieiunum persistere 158
Non inuadendas aliorum ditiones 296
Non nimium dolendum orbitate Liberorum 232
Non omnium consilia in re medica admittenda 357
Non temere suscipiendum Bellum 296
Notæ corporis animi conditionem indicant 169
Noto spirante paludes olidæ 244
Nuces muscatæ vt explorentur 160
Nutrices notantur 360

O.

Obesi æstu maris accedente periclitantur 280
Obseruatio in constituendis ianuis 239
Occluso ore somnus salubrior 178
Oceani vis in morsu canis 257
Oceanus æstate magis salsescit 269
Oculi animi indices 317
Oculi cæsij vnde & qua functione videndi 315
Oculi & visus moderatè constitutus 315
Oculi nigri qua videndi facultate 314
Oculi primum moriuntur 314
Oculi prominentes & reconditi caligantur 313
Oculis cur absurda obuersantur eod.
Oculorum color & acies qua ratione variatur 315
Oculorum colores medicamenta immutant 316
Oculorum varia dispositio 317
Oculos exhaustos quæ fouent 316
Oculus Christi flos 91
Oculus dexter sinistro obtusior 314
Odores fœdi aliquando vtiles 140
Odores graues aliquando pesti obsistere eod.
Odores, spiritus instaurant 323
Oleę natura 222
Oleum cuiuis liquori super infusum putredinem arcet fol. 220
Oleum lini & sesami non congelascit 189
Oleum magneti vim attrahendi eripit 251
Oleum venæna retundit 220
Olfactus vt restituatur 223
Olidis faucibus qui parcius pane vescuntur 158
Omne nimium pernicioſum 236
Omnia membra suis officijs distincta 236

Omnia naturæ opera in deum referenda 3
Omnis homini similis introitus & exitus 230
Omnis natio suis vitijs imbuta 289
Omphacij veriuijs vis 195
Operum habendus delectus 76
Opificia quædam colorem homini immutant 278
Opij vis 227
Opinio anilis de infantium galeis 136
Oppositio plenilunium, coniunctio nouilunium facit 204
Orbitas liberorum à deo 231
Oriens oriens occidenti obuertitur 207
Ossa humana comitiali morbo idonea 123
Otiosi catharris obnoxij 279
Otiosi lunæ effectibus expositi 279
Ouillis pedibus lanuginosa concretio subest 256
Ouium natura in cursu 256
Ouum & ambra salsugini immissa fluitant 133
Ouum in aceto liquescere 350
Ouum salsugine immersum innatat 351
Oxalis, Zurckel 209

P.

Palmæ natiua vis 333
Papauer erraticum noxium 227
Parentum morbi & vitia in proles redundant 16
Partes genitales vel secundæ vel aduersæ valetudinis sunt indices 213
Partus de prauati vnde 319
Passi vis 195
Patriciorum conditio diuersa à plebeia 289
Pauent aquam rabidi 257
D. Pauli solidæ rationes in asserenda immortalitate 69
Pauli de muliere præceptum 347
Paupertas sapientiam sortita 304
Peccatum morbos & mortem inuexit 149
Peccatum originale quam labem intulit 230
Peccatum originis quomodo obliteratum 231
Pectori quæ herbæ amica 327
Pecuniæ vsus & necessitas 259
Pedum lotio quando adhibenda 325
Pedum lotio aliquando noxia 325
Pelles quando animantibus detrahendæ 281
Pellium quarundam natura in erigendis pilis 281
Peonia qua vi polleat 122

Pæoniæ semen spectatissimum 335
Peste extincti ocius humandi 121
Pestis ex prauo cibo plebi peculiaris 357
Pestis ex aëre omnibus communis 357
Phœnix resurrectionis typus 71
Philandri opinio de versoria 234
Philippi Regis laus 202
Phoca, vulgo Zeehont 215
Pica morbus 20
Picatio morbus seu Citta quis 278
Pilotæ seu naucleri ventorum obseruantissimi 248
Pingues plerumque steriles 225
Pinguia venenis obsistunt 153
Piscatorum apud Belgas affectuum moderatio 390
Pituitosi conditio 82
Pixis nautica duos & triginta ventos statuit 239
Pix oleo eluitur 332
Platonis sententia de fœmina 347
Plenitudo aut inanitio obseruanda in oculis fomendis 316
Plinij sententia de similitudinis ratione 14
Plumbum liquefactum, vt non vrat 188
Plumbum liquefactum & oleum feruidum vrentissima fol. 189
Plus nimium salaces podagrici 212
Plutarchi sententia de vino eluendo 224
Potio salutaris qui marinam hauserint 366
Porci in siluis vagantes salubriores 25
Porcorum fœtosa cutis adurenda 263
Portulaca, dentium stupori medetur 223
Portulacæ marinæ conditura 272
Præcocia citò euanescunt 199
Præmaturus ineritus vnde 231
Præmaturæ veneris incommoda 360
Præposterus diuorum cultus 267
Præseruatiua cautè adhibenda 357
Præseruatiua in peste 358
Principijs obstandum 126
Procacitas hominum 233
Prodigium de argento viuo 228
Proles quur ferè matri assimiles 24
Proles cur matri addictior eod.
Proles quando damna concipiunt ob parentum reatus 231
Properata minus solida 199
Prouerbium vulgare apud Belgas, in eos qui quarta luna nati dicuntur 30.31

Prouerbium vulgare ex imaginatione desumptum fol. 19
Prouerbium in morbidos 164
Prouerbium muliebre in eunuchos 35
Prouerbium de cornubus adustis 140
Prouerbium in ignauos 82
Prouerbium vulgare ex cibo male cocto 89
Prouerbinm in fabis oberrare 138
Prouerbium ex tumultu nocturno desumptum 266
Prouerbium populare in fœminas 235
Prouerbium triuiale in pueros præmaturè agiles 199
Prouerbium belgicum de Brabantia & Zelandia 300
Prouerbium ex oculorum obtutu in nefarios 318
Prouerbium ab equis effœtis 303
Prouerbium in improbos 249
Prouidentia diuina omnia administrari 301
Puellæ venustæ iuuenes viriles videri exoptant 355
Puellæ maritarę reuiuiscunt 23
Pueri deformes anus fugiunt 218
Pueri non plectuntur ob scelera parentum 229
Puerorum malitia parentibus imputanda 303
Pulmo prælargus quid commodi afferat 114
Pulsus vermiculans 163
Pulsus formicans eod.
Puluis nitrosus, vulgo Buspoer 35
Puluis præcipitatus 191
Purgatio, venæ incisionem præcedat 322
Pusillanimes ac meticulosi qui 82
Pustulæ vnde varij coloris 321
Putei æstate frigidi hieme calidi 366

Q.

Quam diu in longum corpora porrigantur 165
Quam multa visui officiunt 312
Quando cœnacula fronde adornanda 323
Quando mulier ex facie in fœmora aut nates notas transferat 20
Qua ratione foris admota morbos mitigant 125
Quare mare piscibus fœcundum 201
Qua re vxoribus gratificandum 35
Qua re quisque fiat emendatior 174
Quatenus obseruanda astra 353

Quatuor calamitates à deo homini immittuntur 108
Quatuor leuiſs. inter liquores 189
Quatuor humorum decurſus in corpore 112
Quæ capiti dolorem inferant 139
Quæ à peſte præſeruant eamque demoliuntur 322
Quæ bilem expurgant 228
Quæ corniculæ ore concipiant 363
Quæ corallo ruborem concilient 160
Quæ effectus exaſperant 83
Quæ edulia ex carne ſuilla conficiantur 261
Quæ flatus diſcutiunt 237
Quæ generandi facultatem perficiant 34
Quę herbę fœmina quæ mas 332
Quæ herbæ maritimo tractu delectantur 94
Quæ humiditatem vteri expugnent 36
Quæ peſti obſiſtunt 356
Quæ pituitam exturbant 328
Quæ qualitas vermiculos progignat 282
Quæ res ſpiritus fulciant 9
Quę ſemen virile accumulent, ac venerem excitent fol. 34
Quę venena depellant 328
Quę vrinam moliuntur eod.
Quęrcus Oleæ aduerſatrix 331
Quibus locis herbæ præſtantiores 104
Quibus fœtida quibus odorata admouenda 342
Quibus rebus corpus incrementa ſuſcipit 166
Quibus deeſt Conſcientia 370
Quibus os ſiccum vel vdum 211
Quibus affatim bibendum 197
Quid germanis burg 286
Quid talenti & minæ diſtributio deſignet 60
Quid Zelandis cleyn ſout 270
Quid officiat proceritati 164
Quid homines macilentos efficiat 350
Quid veſtibus tineas innaſci prohibeat 281
Quid Actius de porcis morbidis ſtatuit 262
Qui filij naturales 233
Qui morbo oppreſsis adeſſe coguntur 322
Qui oculi nocte ſcintillant 315
Qui placidè, qui tumultuoſè extinguantur 148
Quod genus hominum inhumanum 83
Quod ſalis genus optimum 192
Quomodo euitanda pericula anni climacterici 183
Quo ſale ſalſamenta conſeruantur 269

Quoto dierum numero fœtus absoluatur 44
Quur quidam febricitantes non sitiant
Quur nonnulli minus validi 303
Quur alij in longum alij in latum excrescunt 165

R.

Rabidis potus non denegandus 238
Rabiem quæ expugnent 257
Radijs 223
Ranarum esus quibus vtilis 264
Raphanus temulentiæ obsistit 222
Raphanus & rapa oculis grata 317
Rara auis mulier bona 346
Ratio & experientia exiguntur in artibus 329
Ratio multarum rerum inexplicabilis 222
Ranus calor qui 275
Reconditi & protuberantes oculi ratione diuersa vident 313
Reges olim rei herbariæ studiosi 99
Regiones, corporis & animi conditiones immutant 78
Regi Hisp. Philippo grata Zelandorum mundicies 283
Rei gestæ narratio de alcis viribus 325
Rei gestæ narratio de prægnantis appetitu 20
Rei gestæ narratio de puero magno capite 19
Rei gestæ narratio, de admirabili mulieris partu 32
Rei apud ferrarienses gestæ narratio 103
Rei gestæ narratio de galli ouo 337
Religio non astris sed Dei spiritu subiecta 354
Remedia ad rabiem canis 257
Remedia incubi 122
Renibus quæ conueniunt 327
Rerum vicissitudo quid indicet 5
Res gesta apud Tornacenses dū pestis ibidē grassaretur fol. 141
Resurrectio quid homini contulit 74
Resurrectio labantes fulcit 74
Resurrectio semper in animum reuocanda 74
Resurrectio corpora indecora restituet 78
Rhamni descriptio 277
Rheni origo & decursus 299
Ridiculum de rustico quodam 140
Robigo brandt vulgo 215
Romanorum lex de fœmina 347
Romerswalla Ciuitas 297
Ros solis quid 260

Rubea radix & alumen durabili colore pannos imbuit. 283
Rubicundum infantis velamen quid portendat 137
Rudimenta humanæ formationis 45
Ruta corpori admota adurit 340
Ruta & chelidonia quando oculis salubria 316
Ruta oculis aliquando noxia 316
Ruta venænis obsistit 226
Ruta frigida venena obtundit 340
Rutæ vis 340

S.

Sal agros & iumenta fœcunda præstat 193
Sal insperſum carbonibus ignitis odorem sopit 56
Sal recens cito liquescit vetus serius 269
Sal fœcunditatem confert 192
Sal torridus vulgo braetzout 271
Salaces homines notantur 32
Salem Zelandi quo modo candidum efficiant 270
Salis conficiendi inaudita ratio 269
Salis efficacia in morsu canis rabidi 271
Salis ex glebis confectio 270
Salis habendus delectus 269
Saliua quid 211
Saliua canis rabidi noxia 257
Saliuæ vis & effectus 210
Salsugo 193
Salsugo ambustis vtilis 271
Sanguis cur homini ex consternatione subitò erumpat 135
Sanguis cur ex vulnere interempti profluat 134
Sanguis cur febres continuas excitet 113
Sanguinem defecantia 328
Sanguis putredini obnoxius 127
Sanguis mortuis referuescit 136
Sanguineis fortis visus 311
Sangninei hominis natura 82
Sanguisugæ in corpore muliebri 32
Sani vt contra pestem subsistant 357
Sanitatis indicia in pueris 235
Sapientes cur aliquando stultos procreant 15
Saxo vnde conficitur 332
Scaldæ fremitus quando tempestatem denunciat 291
Scaldia insula à flumine sic dicta 288
Scaldis per flandriam decursus cur de honte dicitur. 290
Scaldis fluuij origo & decursus 290

Scheluiſch 186
Scheluiſch piſcis vnde denominetur 291
Schoerbuyck à vitioſo ſtomacho gingiuas & pedes inficit fol. 101
Scylla qua vi polleat in epilepſia 123
Scorta quur non concipiant 41
Secunda algæ ſpecies 275
Semen virile opifex fœtus 30
Seminis cohibiti noxa 23
Seminis efficacia in ſimilitudinis ratione 12
Seminis vis, quantum ad ſimilitudinem 26
Senatus conſultum ne ſal adulteretur 270
Senes cito ebrietate tentantur 156
Senes aridi 302
Senes cibo ſe fulciunt 157
Senſim non auidè bibendum 197
Septenarius numerus ſacratus 185
Septentrionalis venti natura 246
Serotini fructus diuturni 199
Sextarius libram & vncias octo complectitur 260
Sexus in ſtirpibus 332
Sicci & aridi in Oceani defluxu moriuntur 280
Sidera & humores vim non neceſsitatem inferunt 84
Sidera res infernas regunt 351
Siderum vis humoribus incumbit 330
Siderum vis metallis incremento eſt 310
Similitudo nemini prolem aſſerit 15
Simile ab infœcundis arboribus 161
Simile ab arboribus in ſaxoſis locis conſitis 320
Simile ab hominum natura & educatione 93
Simile ab æquo calcitroſo 51
Simile à gallinis & fœminis quibus mas deeſt 333
Simile non inconcinnum ab herbarum fragrantia 118
Simile ab ignis fomite ac nutrimento 248
Sinapi corallum rubicundum efficit 160
Sinapiſmi & pulueris præcipitati vis in morſu 258
Sinaxis ſiue eucharistia 75.76.
Signati ſycophantæ 170
Singula membra Lunæ motus percipiunt 352
Sinthereſis quid 56
Sirupi vis 195
Snoeck 180
Socrates cur affectibus minus obnoxius 80
Socratis temperantia 357
Solarium quid ſit 251

Sol geminus in ſpeculo aquæ ſubdito 187
Solis & lunæ vis in res inferiores 204
Solis & Lunæ effectus in inferiora 202
Solomoni nihil nouum 253
Somnia à Deo aliquando immitti 181
Somnia ægrorum & ebriorum 182
Somnia varia pro humorum redundantia 182
Somnus noxius à venæno aſſumpto & in peſte 153
Speculum quid oculis conferat 186
Speculum quur ex aduerſo imaginem referat 186
Specula viſui opitulacitur 312
Speculi præcipuus vſus 186
Spiritus diuinus aëreo ſpiritui comparatur 238
Spiritus vitioſus alimento nocentior 238
Spiritus rarus & tenuis viſui officit 312
Spiritus humidus & modicus qualem viſum efficit 312
Spiritus non æquè ac cibus ad neruos penetrat 198
Spiritus mundi omnia fœcunda præſtat 333
Spiritus corporei mentem concitant 87
Spiritus craſſus quem viſum efficit 312
Spleni quæ conferunt 327
Statura puſilli cur iracundi 81
Status cœli animos immutat 203
Steencolen 96
Stercoratio inſalubris 106
Sterilitas à Deo 33
Sterilitas & orbitas à Deo 232
Stimuli veneris varij 10
Stirpes renaſcentes reſurrectionem commonſtrant 71
Stolones vulgo vvaterſchoten 306
Studioſi quicq; vt melancholiam excutiant 85
Studioſi non perferunt inediam 157
Sub æſtu & gelu canes rabiunt 255
Sublimis animus ad ſumma enititur 304
Submerſi cur ſtatim non emergant 133
Submerſi quoto die emergant 133
Subſolani venti qui ab ortu progreditur effectus 240
Succini natura 330
Succinum vulgo Ammer 37
Succiſæ ſtirpes ad tempus germinant 135
Sudor quando maturius erumpit 323
Sudor & ſaliua ex humoribus vim ſortiuntur 210
Suydrbeuelandia inſula vnde dicta 297
Sulphur & argentum viuum metallorum principia 190
Superſtitio quid 268

Tartas

T.

Tartarus quid sit 261
Tartarus, vvijnsteen 213
Tepor lecti pelles deteriores efficit 283
Terrauana quare sic dicta 94
Terræ atque vteri comparatio 28
Terra post Deum rerum patens 72
Terrena astris obsequuntur 251
Tertulliani falsum dictum in pytagoræos Druidas 44
Testes flaccidi uel erecti quæ valetudinis argumenta præbeant 213
Thomæ mori epigramma lepidum 14
Timor quando salutis ac resipiscentiæ causa 367
Tithimalli vires 224
Toletum Zelandiæ Ciuitas 297
Touitrua hiberna tempestates præsagiunt 217
Tonitrua & fulmen liquores vitiant 215
Tophus teras gipso affinis 350
Tres in homine spiritus 9
Tres membranæ infantem muniunt 136
Tres sunt conditioues corporis humani
Triremes vulgo galeyen 294
Trissa quod genus piscis 269
Tropi scripturæ de Dei membris 53
Tumorum in inguine curatio 163
Turcosæ vis 178
Turff & darry ignis fomenta apud Zelandos 95
Tussis à liquido humore molestus 242
Tussis pueros strangulans 242

V.

VValachria vnde dicta 28
VValachriæ situs 286
Valetudinarij auræ mutationem percipiunt 204
Valetudinarij alij lecto affixi alij inambulantes 307
Valetudinarij auræ iniurijs obnoxij 24
Validum argumentum resurrectionis 65
Vapores tetri cerebro infesti 86
Varronis in peste consilium 239
Vates calamitatibus expositi 55
Vbertas materiæ geminata profert 318
Venæ emulgentes quæ 38
Venena etiam foris admota cor petunt 330
Venæ apopleticæ 47
Venena liquida nocentissima 153

Venti etiam animo intemperiem adferunt 241
Venti cardinales quatuor 239
Ventorum origo 237
Ventus quid sit 238
Venus immodica venustatem dpopulatur 230
Venus omne animal mœstum efficit præter gallum 330
Venus incommodam valetudinarijs 235
Verbi Dei fructus & vtilitas 63
Veria Ciuitas vnde dicta 287
Veria Ciuitas 287
Vermes cur è naribus prolabuntur 109
Vermis linguæ canis eximitur 256
Verminatio qui morbus 163
Verrucæ & claui vt aboleantur 224
Versoria an recens inuenta 252
Versoria ex quibus constet eiusq; descriptio 258
Versoria septentrionis index ex vi magnetis 250
Ver spiritus etiam effœtos erigit 303
Verticulus quid sit 272
Vetustas omnia deteriora efficit 98
Vexilla Zirizæa cur rubra 293
Videndi origo à cerebro 310
Vina vitiosa mentem perturbant 89
Vina quibus condiri soleant 216
Vini & olei vires 220
Vinum ardens quibus vsui 189
Vinum aut alius liquor vt cito acescat 227
Vinum diluculo haustum pernicioſum 157
Vinum glutinosum vt instauretur 216
Vinum, quo minus vapescat 224
Vinum rubrum an sudorem & vrinam moliatur 214
Vinum quomodo ab acore vindicetur 216
Vinum quomodo diluendum 224
Vinum & lac commixta, vitiosa 212
Virago vnde nomen sortita 13
Virgines tempestiuè elocandæ 23
Viridia oculos fouent 317
Virgilij laus ob rerum cognitionem 203
Viridi colore oblita serius igneſcunt 143
Viri qui citò in lachrimas proni 345
Vir muliere præstantior 159
Virus vt ad interna rapiatur 258
Viscum, planta quo effectu contra epilepsiam 114
Vis non inferenda vitæ 87
Visus cui exactissimus 311

Vitia naturæ corrigi possunt 359
Vitis oleæ amica 331
Vitis vt fœcunda efficiatur 220
Vnde corporis deformitas 360
Vnde flatus in corpore 237
Vnde herbis purgandi efficacia 251
Vnde pueris notæ imprimantur & deformes species 19
Vnde vis in concitandis spiritibus 118
Vnde membrorum defectus 319
Vnde nigri oculi emergant 314
Vnde in corpore & animo monstrosæ species 31
Vnde sitis nocturna 171
Vnde Zelandi Matriaci dicti 285
Vnicornis venenis obsistit 125
Vomitus commoda 152
Voragines Zelandicæ creken 298
Vox cur viris robustior quàm fœminis 133
Vrentia specula 187
Vrina quibus supprimitur 162
Vsus rerum spectandus 259
Vt animi propositum fœlicem successum obtineat. 174
Vteri natura 342
Vtero quæ apta 327
Vt frons & vbera rugis deformata nitescant 221
Vt manus leuore perpoliantur 221
Vt nonnulla absque nucleis proueniant 92
Vt oculorum orbi nigrescant 359
Vt vini, ita humorum vis mentem concitat 117
Vulnera ex effectu Lunæ letalia 312
vulnus non citò obducendum in morsu 258
Vulturni natura 241
Vultus animi index 50
Vultus & oculi animi indices 168

Z.

Zeevvolff 180
Zelandia insulis fœcunda 286
Zelandia Batauiæ appendix 297
Zelandia apud Danos 297
Zelandia cuniculis fœcunda 281
Zelandia an veteribus cognita 284
Zelandia in duas quæsturas diuisa 292
Zelandia mutationi obnoxia 299
Zelandiæ aér quur serius inficiatur 284
Zelandi callidi & industrij 285

Zelandi Matlaci dicti à ſociali concordia 276
Zelandi cur poculis addicti 287
Zelandi aſtuti 288
Zelandici ſoli vbertas 283
Zelandorum origo 283
Zirizæa quando primum erecta 297
Zirizæa piſcatoribus fœcunda 288
Zirizæa puteos ſalubres habet 290
Zirizæi literis afficiuntur 284
Zirizæi exercitati nautæ 288
Zirizæi Metelliburgum expugnatum Comiti reſtituunt 291
fol.
Zirizæis virtute parta priuilegia 293
293

FINIS.

ANTVERPIÆ,

Typis Ioannis VVit-

hagij.








Farbkarte #13
B.I.G.
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black